Digitized by Google

R 123/25

THEOLOGIA

ET

PHILOSOPHIA INDICA.

TOMUS SECUNDUS.



Digitized by Google

« Non sumus ii, quibus nihil verum esse videatur; sed ii, qui omnibus « veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tantâ similitudine, ut in iis « nulla insit certa judicandi et assentiendi nota : ex quo existit et illud, « multa esse probabilia ; quæ quanquàm non perciperentur, tamen, quia « visum haberent quemdam insignem et illustrem, his sapientis vita regere- « tur. » CICERO, *de Nat. Deor. lib.* 1, *ed. et interpr.* D'OLIVET (1721), *N.°* *V*, *p.* 169.

« 29. These and other rules must a *Bramen*, who retires to the woods, « diligently practise; and, for the purpose of uniting his soul with the divine « spirit, let him study the various *Upanishads* (OUPNEK'HATS) of scripture, « or *chapters on the essence and attributs of God.* »

INSTITUT. *of* MENU. *ch.* VI, *on devotion, or on the third and fourth orders, edit.* 1796, *p.* 148, 149, JONE's *Works* (1799); *T.* 3, *p.* 229.

« 84. Among all those good acts performed in this world, *said the sages*, is « no single act held more powerful than the rest in leading men to beatitude.

« 85. Of all those duties, *answered* BRIGU, the principal is to acquire « from the *Upanishads* (OUPNEK'HATS) a true knowledge of one supreme « GOD; that is the most exalted of all sciences, because it assures immor- « tality. »

IBID. *ch.* XII, *on transmigration and final beatitude; edit.* 1796, *p.* 356. JONE's *Works*, *T.* 3, *p.* 455.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT

(ID EST, SECRETUM TEGENDUM):

OPUS IPSA IN INDIA RARISSIMUM,

Continens antiquam et arcanam doctrinam, è quatuor sacris INDORUM Libris, RAK BEID, DJEDJR BEID, SAM BEID, ATHRBAN BEID, excerptam;

Adverbum, è Persico *idiomate*, Samskreticis *vocabulis intermixto*, *in* Latinum *conversum*; *et* notis, *difficiliora explanantibus*, *illustratum*:

STUDIO ET OPERA

ANQUETIL DUPERRON,

INDICOPLEUSTÆ,

R. Inscript. et human. litter. Academiæ olim Pensionar. et Directoris.

Quisquis Deum intelligit, Deus fit.

OUPNEK'HAT IV, MANDEK, ex ATHRBAN BEID excerptum; T. 1, p. 393.

BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

TOMUS II.

ARGENTORATI,

TYPIS ET IMPENSIS FRATRUM LEVRAULT.

PARISIIS, apud eosd. Bibliopolas, ad Sequanæ ripam aggere *Malaquaïo*.

X. (1802.)

ECOLE SAINTE GENEVIÈVE
B.D.J.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANQUETIL DUPERRON
INDIAE SAPIENTIBUS
S. D.

A PRISCIS temporibus in Europâ æquè ac in Asiâ, celebres PHILOSOPHI, senis Galli, qui olim, primâ ætate, regiones vestras, homines, res, terras cognoscendi cupidus, peragravit, accepta et grata vobis sit observantia et veneratio. Iterùm colloquiis vestris interesse, ex ore vestro *scientiam magnam* et *scientiam parvam* recipere, quidquid mare, tellus, cœlum comprehendit discere, operibus de sacrâ Indorum linguâ evolutis, veterum monumentorum, librorum explicationes, commentaria vobiscum legere, tùm astronomiæ, chronologiæ, historiæ, quales in academiis vestris docentur, præceptis eruditum, ad prima universi principia, vobis ducibus, ascendere non sinit corpus debile jam premens annorum moles.

Hoc opus summum, arduum, quod hominem totum et vegetum requirit, alius forsan, nec invideo, Gallus, Germanus aut Anglus, suscipiet. Quicunque sit, eâ quâ me in regionibus *Bengalicis*, *Baharicis*, *Dekanensibus*, *Guzaratensibus*, apud *Telongoukos*, *Coromandalenses*, *Malabares*, *Canarinos*, *Marattas*, excepistis

Digitized by Google

humanitate, benevolentiâ, illum prosequimini. Nationum, colorum, relligionum, opinionum, morum, regiminum procul cedat differentia. Amicum amici, fratrem fratres amplectantur.

CALCUTTÆ, ad ripam orientalem *tẽ Bagrati*, minoris *Gangis* (latitud. septentrional. 22.° 33.′ longitud. 86.° 7.′ 45.″ [1]), in regione *Bengalicâ*, aliquot abhinc annis, exsurgit ANGLICA ACADEMIA, quæ orientales litteras, scientias, omnes, peculiariter INDICAS colere, scrutari satagit. Quæstionibus, observationibus, lucubrationibus scripto mandatis, cum *tẽ Noudia*, *Benarès*, *Elahbad*, *Jagranat*, *Sandol*, *Schirengam*, *Schalembron*, *Iloura*, *Keneri*, *Sind*, *Kaschmir*, PANDETAN, SANIASAN, DJOGUIAN, PIRAN, physicis, astronomis, sapientibus, philosophis, cujuslibet generis scriptoribus, necessitudinem, saltem aliquam conjunctionem habere possunt doctæ istius *societatis* membra, quandoquidem has omnes regiones pervadit ditio *Britannica*. Commentaria quotannis in lucem edit *Calcuttensis academia*, ubi, Indicarum linguarum, *Bengalicæ*, *Persicæ*, etiam *Samskretici* idiomatis ope, quæ regionem, quod ad mores, scientias, historiam etc. spectant, illustrantur.

1. *Recherch. historiq. et géograph. sur l'Inde*, 2.e *part.* (1787), *p.* 409.

Digitized by Google

Venerandum, cui sincero animo fausta apprecor, institutum! undè ad Europam, et vicissim ab Europâ ad Indiam, rerum cùm physicarum, naturalium, materialium, tùm spiritualium cognitio effundenda est, si accuratum idiomatum studium, dictionariorum confectione præpositâ, et latissima linguæ Persicæ peritia, debito donata, excitata præmio, semper vigeant et floreant.

Cum nascente illâ academiâ amicitiam, et vobis, præstantissimi BRAHMANES, et ei perutilem fore pluribus monstrare necessè non est. Ex hoc scientiæ promtuario, rerum naturalium, terræ productionum, stirpium, arborum, metallorum etc., quin, siderum, generaliter cœli cursûs, profundiori et rectiori methodo, physicæ animalium structuræ, medendi artis, trium terræ partium cognitionem, fortè ratiocinandi et animi conceptus exprimendi pressiorem rationem; in summâ, *hominis physici* et *hominis moralis* notitiam, si non omnimodam, saltem eâ quæ vestris in libris traditur, uberiorem, altiorem, clariorem fortè accipietis: et ea à vobis antiquum et recentem, quod ad solum et animantia, discet Indiæ statum; sublimes de Ente supremo et unico cogitationes, hominum cum eo et inter se rationes, et si libuerit, è libris vestris

Digitized by Google

moralium præceptorum corpus, rectæ rationi, humanitati, quàm omnes Europæorum hâc de re diatribas magis consentaneum, quoque Anglorum invasionis delictum apertè condemnatur, educet.

Solum, ah! solum homine ratione prædito dignum commercium; quo ambabus partibus, absque ullius detrimento, lucrum certum afferetur!

Divites vestras et tranquillas regiones nimiùm movit Europæorum cordibus infixa, telarum et aromàtum dira cupido! τὸν *âtma*, ut *Djenian* (Dæmones) in corpore ponunt: illum, ut *Fereschtegan* (*Angeli*) *animam puram* esse eos doceatis.

At verò, quò Indica doctrina faciliùs Europæas aures attingere, mentibus altiùs insidere queat, mediante quasi opus est interprete. Quis *Bengalicum*, *Telongoucum*, *Malabaricum*, *Canarinum*, *Marattensem*, *Indoustanum*, *Samskreticum*, et alia id genus idiomata unquàm simul callere poterit Europæus? *Persica* lingua, ut optimè nostis, à *Pekino* ad *Constantinopolim*, à *Tartariâ* ad *Comorinum* usque *caput* intelligitur, et apud plurimas nationes in usu est; non secùs ac *Latina*, in Europâ. Munus à cœlo datum grato animo recipientes, antiquiora Indiæ monumenta in istam linguam vertite: *Samskretica* dictionaria, *Amerkosch*,

Digitized by Google

Viakkeren, *Nammala*, eodem idiomate, et eâ distributione, quâ *Farhang Djehanguiri*, aut *Farhang Berhankatée*, Persica lexica, reddite : ampla geographiæ veteris et novæ, plantarum, terræ productionum, artium itidem dictionaria conficite : historias generales et particulares, *Aaïn Akbari* τẽ *Aboul Fazel*, *Tarikh Fereschtah*, etiam *Mahabarat*, quamvis ficta sit hujus operis narratio, præ oculis habentes, collectiones veteris Indiæ historiæ, primorum regum, *Bhart*, *Djedaschter* etc. epochas, aliorum catalogum cum accuratâ inquisitione, prudenti judicio, è ruinis educite : simul et *Samskreticæ grammatices* præcepta Persicè exponite ; quin, cum Europæis, in Indiâ, in Europâ, eodem idiomate commercium habete.

Istis interpretationibus, credite hoc meæ fidei, non vilescet antiquorum aut recentiorum sermonum usus. Jam in Europâ *linguarum confusionis* lues grassatur, ignorantiam parit, homines à se invicem prorsùs abscindit, dùm *Germanus Germanicè*, *Danus Danicè*, *Suecus Suecicè*, *Moscovita Moscoviticè*, *Anglus Anglicè* (non dicam, *Gallus Gallicè*, quoniam *Gallica lingua*, ut *Latina*, quasi tacito consensu vernacula plurimis locis effecta est), scribit, etiam academicus, philosophus, theologus, politicus, historicus, physicus,

Digitized by Google

qui quidem 16 et 17 sæculo linguam Latinam in operibus suis adhibebant.

Similiter scientiarum aditus occludetur, quandiù mensurarum cujusvis generis, rerum denominationes in *botanicâ*, *chimiâ*, arte *marinâ*, *geographiâ* etc. mutare, cuique etiam peritiori licebit. In materiis quæ à memoriâ pendent, unicus et constans procedendi modus, altiores figit impressiones, et tutiorem ac faciliorem mentis operationibus viam pandit. Qui scientiam reconditam affectat, obscuritate, tenebris se involvit, nova fingit eo consilio vocabula; scioli, tenuitatem suam tegere satagentis, fallaciâ.

Notum est signorum idæas repræsentantium stupendam multitudinem, quæ quidem memoriæ infigere necessum est, et hominem, ut aiunt *Litteratum*, per 30 et 40 annos operi huic soli incumbentem tenent, apud *Sinas* luminum effusionem, scientiarum progressum, in imperio à longinquo tempore sapienter ordinato, semper retardasse.

Si lingua Latina, armorum Romanorum comes, orbem tunc cognitum non occupasset, et sub imperatoribus Græca, in spissâ, cum Barbarorum, etiam Indigenarum dialectis, caligine, ignorantiâ, diù populi remansissent. Bonarum artium et litterarum cogni-

Digitized by Google

tionem Græcis, qui, captâ Constantinopoli, 15.° sæculo apud eos refugium quæsierunt, debent Europæi.

Populus, generaliter hebes et rudis, à doctis eruditur proprio suo idiomate : communi ergò et cuique regioni peculiari linguâ uti debent institutores, ut doctrina vel moralis, vel physica, vel supernaturalis, sine magno et semper intelligentiæ damnoso conatu, in mentes ingredi queat. Doctorum verò et eruditorum inter se commercium, eâdem linguâ, *Latinâ* apud Europæos, *Persicâ* apud Indos, haberi exoptandum est.

Hæc autem ab homine, quasi contribuli vestro scripta, haud dedignemini, *Viri sapientes.* Quis sit meus vivendi modus, audite, quæso. Cibi quotidiani, è pane, paululo lacte aut caseo, et puteali aquâ solùm constantis, impensa, quatuor *Gallicarum assium* est, seu Indicæ *roupiæ* 12.ª partis : ignis hieme, super lecto culcitæ, lintei, usus incognitus : nulla corporis lintei lotio, mutatio. Sine ullo reditu, ullâ attributione, ullo munere, pro ætate et antè acto labore satis valens, litterariis operibus victum quæro; uxoris, nati, famuli, omnium hujus mundi bonorum, vinculorum expers et immunis; solus, absolutè liber, etsi omnium hominum, inprimis proborum amantissimus : in hoc statu durum, cum sensibus bellum gerens, mundi spretis, si non omninò

Digitized by Google

victis illecebris, invitamentis, alacri animo ad Ens supremum, perfectum, assiduo nisu anhelans, corporis solutionem, à metâ non longè distans, tranquillâ mente opperio.

Vestrum sanè, quamvis fide, relligione diversum, saltem morali et philosophico habitu planè similem libenter agnoscetis : et eâ fiduciâ intimam vobis mentem aperio.

Montanorum præsertim tractuum, ubi Indici imperii sedes olim fuisse perhibetur, *magni* et *parvi Tibet* etc., descriptionem, revolutiones; diluvii universalis, cujus libri vestri mentionem faciunt, vestigia asserta; magnorum lacuum, ut maris *Caspii*, lacûs *Aralis*, antiqui *Kaschmirensis* stagni, etc. diversis temporibus effluvia; regionum demissarum, campestrium inundationes; populorum Indiæ originem, migrationes, relligiones, mores; diversorum monumentorum, vel extructorum vel in montibus excavatorum, et anaglypharum effigierum quæ iisdem videntur, descriptiones : denique Indiam totam materialem et spiritualem, à vobis, *illustres philosophi*, Europa expectat.

Secretum super quibusdam rebus spiritualibus jussum haud ignoro, quasi debiles et incauti animi

Digitized by Google

quædam ardua doctrinæ capita in suam perniciem convertere quirent. In sanctissimâ, quam profiteor, *Christianâ relligione*, dogmata etiam sunt abstrusa, quæ errorum et turpis morum corruptelæ ansam præbuerunt. Ea est humanæ mentis infirmitas! et tamen nihil proselytis propriè abscondit eximia illa et sublimis relligio. Prudentiâ in tradendâ institutione opus est, non autem absolutâ communicationis denegatione. Cùm veritatem notam quemque fratri suo ut bonum paternum impertire justum, laudandum est; tùm maximè eum qui, Providentiæ instar, beneficentiæ suæ dona in omnes effundentis, se à supremo Moderatore ad pellendas mentis tenebras missum arbitratur.

Benignam, mansuetam, humano generi comprimis accommodatam moralem Indorum doctrinam, *Sapientes eximii*, sæpiùs in corde versavi. Nihil mihi, nativo mentis impulsu, antiquius, quàm rectos, sedatos mores, habitus, promovere, propagare. Cogitantis autem quâ ratione Indicas oras aggressi sint populares mei Europæi, quantus dolor animum subit! mœrens ingemisco.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames? (VIRGIL.)

Digitized by Google

Si nec supremi arbitri metu, nec, vastatis, laceratis regionibus, miseratione permovetur invasorum mens, æquo et dulci imperio insontes et mites populos sibi non molestos, nullâ injuriâ cognitos, regere, quanti eorum intersit tandem attendant. Terra exhausta brevi avidioris cultoris spem fallet. Interim magno sumptu classes armantur. Indorum merces, numerosis navibus allatæ, emporia, fora, compita, apothecas replent, referciunt : abundantiâ res vendendæ vilescunt; iisque non emptis, nullo proindè facto compendio, quin primo aliquoties mercium pretio non recepto, alendi commercii, et rerum publicarum causâ, eædem quotannis et eodem apparatu maritimæ jubentur, parantur expeditiones : undè tùm miseri et nimiùm patientis Indi, tùm impensè cupidi mercatoris, qui militis personam imprudenti fert audaciâ, eodem ictu ruína.

Dùm sævissimò bello Europa quassatur, Galliaque, mea charissima patria, armorum strepitu exhorrescit, vobiscum, *pacifici* Brahmanes, confabulari amo. Discite, et coætaneis, posteris vestris dicite, in hoc horrendo ferientium et cadentium tumultu, etiam Lutetiæ, fervido violentissimarum affectionum foco, aliqua superesse, si non ut vestra sublimia, saltem ad res

Digitized by Google

sublimes tendentia ingenia, quæ sæculo suo convicium facientia, sanguinis amnium cursum, ardenti desiderio, cùm aliter non possint, compescunt, et appetentibus, rogantibus populis pacem, cum regimine priscis moribus, solo, cœli temperiei, ditionis spatio congruenti, votis accelerant.

Veritas equidem sublato, grandi supercilio tradita, plerumquè odium parit; demisso, gratiam apud vos parituram spero.

Hac Latinâ τῆς OUPNEK'HAT versione, vestra de rebus tùm spiritualibus tùm materialibus placita, Indicum morale, theologicum, politicum, physicum systema, Europæ eruditæ, quà potis est, offero. Primum volumen è prelo exiit. Alterum, *vobis dicatum*, fausto prodeat auspicio. Totum opus excipite, *Sapientes et prudentes viri*, emendate, supplete. Perfectio, si qua sit, è manibus vestris proficiscatur. Responsionem quam dare possetis, tanto intervallo dissitum recipere non sinit nimis provecta ætas. Cùm mihi summa dies, quæ fortè haud multùm abest, venerit, corporis vinculis solutis, primo fonti, originali lumini, *eâ quæ creaturæ convenit ratione*, adunatus, et in arce sublimi, malis inaccessibili, collocatus, res mundanas, tranquillo animo, placidâ

Digitized by Google

mente, etsi meorum et vestrî desiderio motus, aspiciam. Ens supremum, cui soli adhærere perfecta felicitas, Deus optimus, maximus, vos sospites, incolumes, hoc in mundo,

SAPIENTES INDI[1]!

servare, et tutam vobis, certam ad alterum, versùs quem, è tetro ignorantiæ et erroris specu enitens, indesinenter et confidenter gradum moveo, viam præbere dignetur. Valete.

Dabam Parisiis, è Museo, *æræ Christ. Januario* 1801; *Hedjiræ*, 1215; *Radjah Bekermatschit*, circà 1856; *Radjah Sake Salevan*, 1822.

---

1. De Indicâ litteraturâ vide opusculum, *On the Literature of the* HINDUS *from the* SANSCRET, *communicated by* GOVERDHAN CAUL, *with a short commentary.* ASIAT. RESEARCH. *T. I, p.* 341-346.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT.

OUPNEK'HAT NARAÏN,[1]

OUPNEK'HAT septimum.

Ex ATHRBAN BEID (*excerptum*).

NARAIN, id est, ens quod in animâ omnium animantium sit, et anima omnium animantium in eo sit, illud ens unum (*unicum cùm esset*), voluit quòd ego multum factum (*me*) ipsum apparens efficiam; id est, ex unitate (*solitate*) cum multiplicatione (*in multiplicationem*) ingrediar. LXXXVII. *Suprà, T. I, N.° VIII, p. 97; N.° XXIV, p. 121 - 128.*

Primùm, ex eo *pran* apparens fuit; et cor apparens fuit; et sensus externi et interni apparens fuit; et *Bhout âkasch* apparens fuit; et ventus apparens fuit; et ignis apparens fuit; et aqua apparens fuit; et pulvis (*lutum*, *terra*), quod habens omne est, apparens fuit.

Et ex illo ente *Naraïn*, *Haranguerbehah* [*Brahma* nomine], apparens fuit [, id est, qualitas productionis]: et *Andr* appa-

1. *Oupnek'hat Naraïn*, gallico sermone, prodiit in libro, *Recherches historiques etc. sur l'Inde*, inscripto, 2.. *part. p.* 297-301. Hoc specimine, sicut et 8i, 9i et 19. *Oupnekhat* gallicâ interpretatione, eodem libro insertâ, anno 1787, doctorum sententiam prænoscere volui. Hîc accuratiùs ad verbum translata sunt.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT VII.

rens fuit; id est, qualitas regis : *Mahadiw* apparens fuit; id est, qualitas destructiva : *Pradjapat* apparens fuit; id est, *mokel* (*præfectus*) mundi : et annus, quod duodecim (12) menses est, apparens fuit : et undecim *Roudr* apparens fuit : et octo VAS (*Beschn*) apparens fuit : et collecti (*omnes*) *Fereschtehha*, et collecta animantia, omnia ex eo apparentia fuerunt (*exiverunt*), et in eo destructa (*annihilata*) fiunt.

Et ille *Naraïeni*, quòd hoc omne ex eo apparens fuit, unus et unicus (*solus*, *singularis*) est; et semper cum ente suo stans (*in se perseverans*) est.

Ipse ille *Naraïn*, *Brahma* est : et ipse ille *Naraïn*, *Mahadiw* est; et ipse ille *Naraïn*, *Andr* est : et ipse ille *Naraïn*, duodecim (12) menses anni integri est : et ipse ille *Naraïn* undecim *Roudr* et octo *Vas* est : ipse ille *Naraïn*, *Aschnikamar* est : et ipse ille *Naraïn*, omnes *Rek'heschiran* et *Aolia* (*Dei amici*) est : et ipse ille *Naraïn*, tempus est.

Suprà, *T. I*, *N.° XXXI*, *pag.* 180, *not.* 1.

Et ipse ille *Naraïn*, *djehat* (*facies*, *superficies*) et medium intervallum τῦ *djehat* est.

Sursùm, *Naraïn* est : deorsùm *Naraïn* est : antè, *Naraïn* est : post, *Naraïn* est : (*ad*) dextram, *Naraïn* est : (*ad*) sinistram, *Naraïn* est : [intrà, *Naraïn* est :] extrà, *Naraïn* est : quidquid fuit, et quidquid est, et quidquid est futurum, *Naraïn* est.

Ille *Naraïn*, divisionis (*partium*) capax non est : et ille *Naraïn*, cum explicatione non venit (*explicari non potest*) : et ille *Naraïn*, alterationem (τὸ *alium fieri*) et mutationem non habet : et ille *Naraïn* immunis (*ab omni*) est, et purus est, et lux est : et ei secundum (*ens*) non est.

Quisquis eum unum (*solum*, *unicum*) esse scit, ei etiam secundus non est.

Digitized by Google

Quisquis corpus suum currum (*esse*) scit; et cognitionem, (*esse*) facientem ire currum scit; et cor suum, funem τὸ custoditum habere (*dirigere*, *retinere*) currum, scit; et sensus, trahentia currum scit; et *djiw âtma* suum, super hunc currum equitem (*conscensum*) facit; cum termino petito (*ad metam intentam*) quòd ens *Beschn* est, id est, nutriens (*servator*), et sine cessatione est, et sine defectu est, et ad illum gradum, quòd dominus omnium graduum (*super omnes gradus*) est, facit pervenire.

Hoc *Oupnek'hat Naraïn* quisquis legit et intelligit, ex omnibus ligamentis et vinculis mundi, et omnium peccatorum, et à peccato τῆ petere mercedem operum, liberatus factus, salvus (*beatus*) efficitur: et ipse, *Beschn* factus, id est, figura τῆ *parvardegar* (*nutrientis*) factus, *parvardegar* fit.

Hoc principale (*præcipuum*, *libri*) *Athrban Beid* est.

Quicunque hoc *Oupnek'hat* tempore manè legit, omnia peccata noctis præteritæ ejus, condonata fiunt: si tempore vesperè legit, omnia peccata diei ejus condonata fiunt; et quisquis utroque tempore legerit, ei ipsi peccatum non est; et si, ut scivit etiam peccatum fecerit, illud etiam condonatum fit: si, in tempore medii diei (*meridie*), hoc *Oupnek'hat*, vultu cum vultu (*facie ad faciem*) solis, stans, legit, τὸ quinque (5) peccatum, quod peccatum magnum est, juxtà illos (*eum*) illud etiam condonatum fit: et peccatum τῆ exire è viâ et consuetudine (*lege*), quas, cum jusso Dei, habuerit, etiam condonatum fit.

Cuicunque gustus τῆ legere integros (*libros*) *Beid*, et τῆ obtinere mercedem illius (*operis*) sit, et ei facile (*in promptu*) non sit quòd legat, ex unâ vice τῷ legere hoc *Oupnek'hat*, mercedem τῆ legere omnes (*libros*) *Beid*, obtinet.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT VII. Et quisquis vult quòd vitam naturalem (*longam*) obtineat, et in tempore illius vitæ opus purum faciat; hoc *Oupnek'hat Naraïn* legat: quòd, in mundo, cum opibus summis (*ad opes summas*) ut pervenit, et omnes volitiones congruenter cum voto (*juxtà desiderium suum*) acquisitas fecit, cum felicitate (*ad felicitatem*) *rẽ kian* et *maarefat* (*cognitionis*), perveniat; id est, is sine cessatione fiat.

Absolutum est *Oupnek'hat* NARAIN.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT

TADIW [1],

è DJEDJR BEID (*excerptum*); *id est, lumen, quod omne id est.*

PRADJAPAT cogitationem fecit : quælibet mortificatio, quæ existit, finem habet; et τῷ *Brahm* finis non est. LXXXVIII.

Proindè, *maschghouli*, qui optimum et meta omnium mortificationum et *selouk'ha* est, eum facio : quòd omnes mercedes, è τῷ facere illum, acquisitæ fiunt. *Suprà, T. I, N.° XXII, p. 101-103.*

Ille *maschghouli*, hoc est; quòd, totum mundum formam (*esse*) τῆ *Brahm* scit, et τὸν *Brahm*, formam totius mundi : quemadmodùm stamen subteminis in τῷ texere (*in texto*) unum est.

Cum hac ratione (*hoc modo*) *Pradjapat maschghouli* ut fecit, scivit, quòd [2] ignis etiam is est ; sol etiam is est ; ventus etiam is est; et luna etiam is est; tres (3) (*libri*) *Beid*, *Rak*, et *Djedjr*, et *Sam*, etiam is est; universalis etiam is est; ligatus (*ens redditum particulare*), etiam is est; aqua etiam is est; *Pradjapat* etiam is est.

Momentum (*temporis punctum*), et oculi nictatio, et *gheri*, et hora, et *p'her*, et dies-nox, et mensis, et annus : omne à *Brahm* apparens fuit.

---

1. Sub voce *Tadiw* legitur, *id est, sarb mideh* (nomen *djaki*. Vide *N.° LXXXIX, p.* 10). Liber, *Recherches histor.* etc. *sur l'Inde*, hoc *Oupnek'hat* offert in Gallicam linguam translatum ; 2.e *part. p.* 301-308.

2. Essentiæ et attributorum Dei, et formationis omnium entium, quæ universum constituunt, fusa expositio; digna sanè, quæ cum veterum religionum hac de re dogmatibus conferatur.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT VIII. [Et nubes, et fulgur, et tonitru, et pluvia, ex eo apparens fuit.]

Ei sursùm non est; ei medium non est; ei deorsùm non est: ei (*pars*) sinistra non est; ei (*pars*) dextra non est:

Eum cum volitione et demonstratione (*argumentatione*) et cum scientiâ aliâ nisi (*per*) *Oupnek'hat* non potestas scivit (*non possunt scire*).

Is sine simili est; et nomen ejus omne cepit (*omnia comprehendit*).

Vidè infrà, N.° CXXXIX. Priùs ab *Haranguerbehah* apparens fuit. Ipso hoc quòd (*statim ac*) apparens fuit, dominus mundi fuit; custoditum habens cœlum et terram, et inter cœlum et terram fuit.

Hujusmodi ens magnum, lumen, prætergressus (*relinquens*), propter quemnam *Fereschteh korban* (*sacrificium*) faciam?

Id, solum, cùm opulentiâ magnâ suâ, super quidquid halitum percutit (*respirat*), et oculum simul percutit (*movet*), rex factum, dominus duorum pedum et quatuor pedum est.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen, prætergressus; propter quemnam *Fereschteh korban* faciam?

Id est, quod scii (*scientes*) omnes ei hoc modo *setaesch* (*elogium*) faciunt; quòd, montes, et maria, et fluvii, omne, demonstratio magnitudinis ejus est.

Djehat, et inter *djehat*, et omnem mundum, cum robore brachii (*lacerti*) sui custodita habet.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen prætergressus, propter quemnam *Fereschteh korban* faciam?

Id dans seipsum est; et cum cognoscente se (*illud ens supremum*) largitum vim est (*vim seipsum cognoscendi cognoscenti largitum est*): cognitio ejus dans vitam est; et sine cognitione ejus (*defectus cognitionis ejus*), dans mortem: omnis mundus

Digitized by Google

submissus mandato ejus est; et *Fereschtegan* omnes *korban* super eo (*illi sunt*). OUPNEKHAT VIII.

Hujusmodi ens (*magnum*) lumen, prætergressus, propter quemnam (*Fereschteh*) *korban* faciam?

Id *maranzand* [1], id est, non cognoscenti, viam suam non facit (*viam ad se non instruit*): id creans terram et cœlum est; et custoditam habens rectitudinem est; et creans illos est, qui, ex opere, cum mundo (*ad mundum*) lunæ eunt.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen, prætergressus, propter quemnam *Fereschteh korban* faciam?

Id est, quòd ex eo majus aliud non est; et priùs ab eo aliud non fuit; omnis mundus ex illo plenus est; et id in mundo lætum (*contentum*) est (*sibi complacet*): ab hoc respectu (*ideò*) quòd omnes figuræ, figura ejus est; et id figura totius mundi est. E luce suâ super ignem, et lunam, et solem, lucis aspersionem facit (*lucem spargit*), et illa lumen (*luminosa splendentia*) et viventia habet (*servat*).

Andr, qui rex τῶν *Fereschtehha* est, et *Bran* qui *mokel* aquæ est, hi ambo primùm à te aquam vitæ comedunt (*bibunt*): post ab illis ambobus (*post illos ambos*) ego et tu [2] aquam vitæ bibamus; et ex τῷ illam bibere, loquela, quòd omne ei servitium facit, ebria fiat; et *korban* quod feci, cum te (*ad te*) perveniat; ego ex illo particeps (*utilitatem capiens, voti compos*) fiam!

Suprà, T. I, N.° LXXVI, p. 359.

Suprà, T. I, N.° XXIV, p. 126.

Et ens, quod lumen est, in *djehat*, et medio (*inter*) *djehat*, suprà, et circumdans (*comprehendens omne*) est; cum illo

1. Samskreticè, *mâra maganani*, *me ipsum sejunxi*. Fortè, *maranzand*, *alienatur*, *se separat*.

2. Ego et tu (*ens universale*), te ipsum factus. *Ms.* nat. *man az tou*, *ego à te* (*aquam vitæ recipiam*).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT VIII.

quòd priùs ab omni est, in ventre matris etiam id est; quod apparens fit (*præsens est*), etiam id est; quod fuit, etiam id est, quod futurum est, et etiam id est; in omni atomo, etiam id est : hic homo, ex omni latere vultus ejus; omni latere, os ejus; omni latere, oculus ejus est; omni latere, auris ejus est; omni latere, omnia membra ejus est.

Id primum (*principium*) non habet : id cum figurâ mundi apparens factum est; et omnes figuræ, figura ejus est : et cum figurâ trium (3) *nour* (*lucum*) apparens factum est; id est, cum figurâ *eidjad* (*inventionis*), et cum figurâ *abka* (*conservationis*), et cum figurâ *afnâ* (*destructionis*). Decem sensus, et cor, et quinque (5) elementa, ex eo apparens factum est.

Suprà, T. I, N.° LXXXIV, p. 395. N.° LXXXVII, p. 1, 2.

Et cum robore (*vi, virtute*) ejus, cœlum pluviam pluere facit, et cum eo (*per illud*) stans (*permanens*) est; et terra, cum vi ejus, omnes pluvias in se deorsùm fert, et stans manet; sol, cum eo (*per illud*) stans est; et *behescht*, cum eo stans est; et in mundo *tē fezza* productam faciens pluviam id est.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen, prætergressus, propter quemnam *Fereschteh korban* faciam?

Et cœlum et terra cum illo ente superfixum est (*stabilia sunt*); et cœlum, quod pluviam pluere facit; et terra quæ alimentum crescere facit: ambo super id intuitum habent; quòd dans commeatus id est. Lumen solis, qui oriens, et splendore calefaciens est, lumen ejus est.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen prætergressus, propter quemnam *Fereschteh korban* faciam?

Omnis mundus primùm in aquâ absconditus fuit; et aqua, in *âtman* : aqua, quæ ex voluntate æternâ cum mundo gravida (*mundo*) fuit : et fructum (*fetum*) cepit ignis; id est,

Digitized by Google

Haranguerbehah cum existentiâ (*ad existentiam*) venit : et corpus subtile τῷν *Fereschtehha* fuit. OUPNEK'HAT VIII.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen, prætergressus, propter quemnam *Fereschteh korban* faciam ?

Id sciens secreta abscondita, quod forma scientiæ, et attentæ cognitionis est, cum intuitu magnitudinis cum aquâ (*in aquam*) aspectum fecit : ex aquâ, *Pradjapat* cum existentiâ (*ad existentiam*) venit ; et è *Pradjapat*, omnis mundus apparens fuit.

Hujusmodi ens (*magnum*), lumen, prætergressus, propter quemnam *Fereschteh*, *korban* faciam ?

Bin nomine *Radjah*, hoc ens lucidum cùm bene intellexisset, in medio *hodjreh* (*cubiculi*) cordis sui custoditum habuerat (*custodivit*) : et in medio illius entis lucidi omnes mundi hoc modo sint, quòd in medio unius caveæ collecta animantia sint. Omnes mundi in illo ente sint ; et omnes mundi in eo destructi (*annihilati*) fiunt. Ipsum illud ens figuram causæ causantis ut cepit, stamen subtemenis mundi factum sit.

Omnes *Fereschtehha*, [et] *Kandherp* etiam, qui cum melodiâ (*suavi concentu*) cantores sunt, illud ens sine cessatione in cubiculo cordis sui ut intellexerunt, et sine cessatione sciverunt, cantationem et locutionem (*de eo*) faciunt.

Quisquis illud sine cessatione scit, (*quòd*) pater patrum istud est ; id est, productos faciens productum facientes : et id domus τῆ *eidjad*, et τῆ *abha*, (*et*) τῆ *afna* est ; id est, hæ quæque tres (3) qualitates in eo sunt : humilis familia [1] cum eo est (*per id subsistit*) : et productum faciens cum eo est : et volans cum eo est : et habens omne id est : et quidquid

1. Quod demissius est. *Ms.* nat. *hameh kabileh ma oust, omnis familia mea, id est:* vel, *himeh, lignum;* species ligni.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT VIII. in mundo est, in his tribus (3) qualitatibus ejus est; quòd, *antrdjami*, et *maïa*, et *Brahm* sit: et omnis mundus ipsæ hæ tres (3) figuræ est: et *oi mokelan* sensuum etiam, si hoc sine cessatione intelligunt, in gradu tertio, quòd gradus entis *Brahm* est, deleti (*annihilati*) fiunt.

Et quisquis omnia animantia et elementa τὸν *Brahm* (*esse*) scit; et omnes mundos τὸν *Brahm* (*esse*) scit; et omnes *djehat* et inter *djehat*, τὸν *Brahm* (*esse*) scit; et (*librum*) *Beid*, quòd primum verbum et vox ejus est, τὸν *Brahm* (*esse*) scit; et opera τῆ *korban*, cum mercedibus illorum, τὸν *Brahm* (*esse*) scit, ipse in (*se*) ipso deletus (*annihilatus*) fit.

Et cœlum et terram, et omnes mundos, et omnes *djehat*, et *behescht*, in quocunque tempore, et quâcunque horâ, quòd hæc *Brahm* (*esse*) scit; ipso illo tempore, et ipsâ illâ horâ, vincula omnium operum quæ in mundo extenso (*in amplitudine mundi*) facta manserunt, illa et τὸν *Brahm* (*unum esse*) ut vidit, et τὸν *Brahm* in mundo (*mundum esse*) ut scivit, ens quod est, ipsum illud ens fit, dominus domûs omnium operum, qui stupendus (*mirandus*) est: et *Andr*, qui doctus magnus est, illum dominum multùm vult (*diligit*) et amicum habet; is est dignus *parestesch* omni (*omni cultu*).

Modus τῆ *korban Sarb* [*mideh*] *est, quod maximum* τῶν *korbanha est.*

LXXXIX. Exopto quòd cognitio ejus mihi taliter acquisita sit, et id taliter cognoscam, quòd rursùs unquàm oblitum (*oblivioni datum*) non efficiatur.

Hoc votum (*homo*) ut pronunciavit, cum *âtma* (τῷ *âtma*) hujusmodi *maschghouli* faciat, quòd; omnes mundos, cum

Digitized by Google

quâcunque re in illis est; quæ in loco (*vice*) τῦ *korban* sunt; et τὸν *âtma*, in loco ignis (*esse*) ut scivit, in eum projiciat. Illam cognitionem, quam omnes *Fereschtehha* desideratam habent, ô ignis, ens! me cum illâ *maarefat* (*cognitione*) doctum effice. OUPNEK'HAT VIII.

Ipsum hoc votum ut pronunciavit, rursùs omnes mundos, cum illo quod in eis est, cum imaginatione (*cogitatione*) in illum ignem projiciat, et dicat, quòd; ô *Bran diw*, *mokel* aquæ, et ô *Atesch* (*ignis*), et ô *Pradjapat*, et ô *Andr*, et ô *Bad* (*vente*), et ô *Brahma!* illam cognitionem, quòd omne τὸν *Brahm* (*esse*) scire est, cum me (*mihi*) date.

Et ipsum hoc votum ut pronunciavit, rursùs, cum imaginatione, omnes mundos, cum illo quod in eis est, in illum ignem projiciat.

Hoc *korbani* τῦ *Brahm* est, quod memoratum fuit. [1]

Post ab hoc (*posteà*), cum hac ratione *maschghouli* faciat, et dicat, quòd: omnes opes externas proprias (*meas*) cum regibus dedi (*regibus donavi*): et scientiam propriam (*meam*) cum τοῖς *Brahmnan* dedi; divitias cognitionis οἱ *Fereschtehha* cum me (*mihi*) dent!

Hoc votum ut pronunciavit, et vim (*potentiam*) τῦ *Brahm* in loco (*vice*) ignis (*esse*) scivit, omnes mundos, cum illo quod in eis est, cum imaginatione, in illum ignem projiciat.

Nomen hujus *korban*, *Sarb mid* est; id est, omne in *âtma korban* (*sacrificium*) facere.

Absolutum est *Oupnek'hat* SARB MIDEH, è *Djedjr Beid* (*excerptum*).

---

1. Hic unius verbi lacuna; nulla in *ms.* nat.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT nonum.

OUPNEK'HAT[1]

ATHRB SAR,

Ex ATHRBAN BEID (excerptum); id est, caput (principale libri) Athrban Beid.

XC. Oi *Fereschtehha*, in *behescht*, antè *Roudr*, id est pereuntem (*destructam*) facientem omnem existentiam, cùm ivissent, et humilem submissionem cum loco attulissent (*exhibuissent*), petierunt, quòd : vos, qui estis?

Roudr dixit : si secundus meus (*mei*) sit, ego dicam quòd ego quis sum (*ope comparationis*).

Semper fui, et semper existo, et semper sum futurus.

Secundus meus non est, quòd ego dicam, quòd ego hic sum, et is hic ego (*est*).

Internum τῶν internorum sum : in omnibus *djehat* ego sum : quidquid existit, ego sum : et quidquid non est, ego sum :

Brahma ego sum : et *Brahm* etiam ego sum : et causa causans (*causa efficiens, causa causarum*) ego sum.

Quidquid in oriente est, ego sum : et quidquid in occidente est, ego sum : et quidquid in meridie est, ego sum : et quidquid in septentrione est, ego sum : quidquid in infrà (*inferiùs*) est, ego sum : quidquid in suprà (*sursùm*) est,

1. Hoc *Oupnek'hat* gallico idiomate interpretatum invenies in libro, qui inscribitur, *Recherches historiq. etc. sur l'Inde*, 2.e *part. p.* 308 - 322.

Digitized by Google

ego sum : et quidquid in angulis inter hos tractus (*illa puncta*) est, ego sum. OUPNEK'HAT IX.

Homo, et non homo, et femina [1], ego sum.

Et mensura *kaïtri*, et aliæ, ego sum.

Et quique tres (3) ignes, quòd, ignis apparens, et ignis solis, ego sum; et ignis naturalis (*innatus*, *internus*), ego sum.

Verum (*ens*), ego sum :

Et bos, et omnia animantia, ego sum :

Ab omni antiquior ego sum :

Rex regum ego sum : et cum omnibus qualitatibus magnis ego sum : aqua ego sum : ignis ego sum : *Rak Beid* ego sum : et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, et *Athrban Beid* ego sum :

Universalis ego sum : ligatus (*particularis*), ego sum : et coopertus, ego sum ; et absconditus, ego sum.

Et omnia deserta et loca culta, ego sum :

È figurâ capta (*figuris sculptis ornata*) omnia cultui sacra edificia ego sum :

Antè, ego sum : post, ego sum : in medio, ego sum : extrà, ego sum :

Lux ego sum.

Propter ipsum hoc, unus ego sum.

Quicunque me scivit, omnes *Fereschtehha* scivit, et omnes libros scivit, et omnia præcepta librorum scivit :

Et quisquis veritatem (*libri*) *Beid* scivit [2], veritatem τῦ

---

1. Indè forma τῦ *Lingam*, in templis Indorum, *Isvaren*, vel *Roudr* cultui deditorum. Mensura *kaïtri* mensura *unificationis* est. Infrà, *N.° XCII*, *p.* 26.

2. Hic, in *ms.* hæc verba leguntur, quæ quidem liturata videntur : *hakikat madeh gaora danest ; veritatem feminæ bovis scivit.*

In *Ms.* nat. horum verborum, *quisquis veritatem* (*libri*) *Beid scivit*, loco, sequentia inseruntur : *quisquis veritatem feminæ bovis scivit, id est, Beid cum loco feminæ*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX. *Brahmen* cum opere scivit, et à τῷ veritatem scire τȣ̃ *Brahmen*, veritatem τȣ̃ *korban*, et rerum quæ in *korban* fixæ sunt, scivit.

Quicunque veritatem horum scivit, veritatem vitæ scivit: quicunque veritatem vitæ scivit, veritatem rectitudinis scivit: [et quicunque veritatem rectitudinis scivit], purum opus scivit: et à τῷ scire opus purum, omne saturatum et tranquillum facio.

Roudr, id est, periens (*destructum*) faciens omne, hæc verba cùm *Fereschtehha* ut dixit, in luce suâ absconditus fuit.

Fereschtehha imaginationem hujus lucis in corde ut habuerunt, et ambas manus suas suprà habuerunt (*elevaverunt*), et rectas fecerunt; quemadmodùm propter *fateh* [1] suprà habent; laudationem (*elogium*) et incomium ejus ut cum loco attulerunt (*fecerunt*), ipsam hanc lucem in corde cùm haberent, *sabouan kadousan* (*sanctus*, *sanctus*) magister angelorum et animarum! dixerunt.

Ille *Roudri*, qui periens (*destructum*) faciens omne est, et dignus veneratione est, et *Brahma*, productum faciens, est; ei *nemeskar* [ei *nemeskar*]; id est, [ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui] magnus magnorum, qui periens (*destructum*) faciens, et productum faciens omne est; ei humilis submissio, humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *Beschn* est; id est, periens (*destructum*) faciens, et servatum habens (*conservans*) est; ei humilis submissio, humilis submissio.

---

bovis præcepit (statuit): et (tunc) quatuor Beid quatuor mammæ feminæ bovis est (sunt): et quisquis feminam bovem scivit, veritatem τȣ̃ *Beid scivit, et veritatem* τȣ̃ *Brahmen cum opere scivit . . . .*

1. Hoc ab interprete Musulmano additum. *Fateh*, vel *Fatihat*, prima *sourat Alkorani* (*librum aperiens*), sæpiùs in orationibus repetita.

Digitized by Google

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *Mahadiw* est; id est, periens (*destructum*) faciens, et magnus τῷν *Fereschtehha* est; ei humilis submissio, humilis submissio. OUPNEK'HAT IX.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *Parbati* forma ejus est; id est, qualitates ejus forma entis ejus est (*sunt*); ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et magnitudines largiens est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione, et *nabaïk* est; id est, longè faciens impedimenta et damna (*rupturas*, *interstitia*) est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *Andr* est; id est, rex τῶν *Fereschtehha* est; ei humilis submissio, humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et omnes ignes est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, (*et*) ventus est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, (*et*) *âkasch* est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et aqua est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri* (*qui*) dignus veneratione est, et terra est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, (*et*) septem tabulata τῆ *behescht* est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et sol est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et luna est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et astra est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et octo *kreh* magni est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Suprà, T. I, N.° XXXIII, p. 186, 187.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et octo *kreh* parvi est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *pran* est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et tempus is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et *Djam*, qui rex mortis, et sumens (*tenens*) computum puri (*boni*) et mali is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et mors est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et vita is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et præteritum, et præsens, et futurum is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et omnes mundi est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et crassus is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et subtilis est, et omne is est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et albus est; ei humilis submissio, ei humilis submissio.

Digitized by Google

Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et niger est; ei humilis submissio, ei humilis submissio. OUPNEK'HAT IX.

[Et ipse ille *Roudri*, qui dignus veneratione est, et omnis color (*omni colore*) est; ei humilis submissio, ei humilis submissio].

Absolutum est *Brahmen*.

Brahmen.

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd : ô *Roudr!* terra, pedes vestri est : et mundus *fezza* (*atmosphera*), cingulum vestrum est : et *behescht*, caput vestrum est : et tota figura mundi, figura vestra est : *Brahm*, vos estis; id est, creator, vos estis. XCI.

Vos unum estis. [1]

Causâ amoris æterni, quòd *maïa* [2] (*est*), et *aoudia* (*ignorantiæ*), duo apparetis ; et causâ trium (3) qualitatum, quòd *eidjad* (*inventio*), et *abka* (*conservatio*), et *afna* (*destructio*) sit, tria apparetis. *Suprà, T. I, N.° LXXXVI, p. 406. Infrà, N.° CXXX.*

Et super latere (*è latere*) faciens (*rejiciens*) opera mala, vos estis.

Et auxilium efficax (*gratiam dans ad*) opera bona, vos estis.

Et solatium et quietem largiens, vos estis.

Et diversa opera *trẽ korban*, vos estis.

Et mundus, et illud quod [intrà [3]] mundum est, vos estis.

Dans et non dans, vos estis; faciens et non faciens, vos estis; magnus et parvus vos estis.

---

1. *Roudr*, unum, duo, tria, quomodò dici potest.

2. *Maïa*, amor æternus, seu æternum, primi et unici entis foràs prodeundi, et sic entia apparere faciendi, desiderium fictum.

3. In meo *ms. biroun aalem*, *extrà mundum*, errore, ut puto, amanuensis.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

Locus et sedes omnis (*rei*), vos estis.

Et aqua vitæ, vos estis, quòd nos eam cùm biberimus, sine cessatione fiamus.

Et via monstrans lucem supremam vos estis.

Et illa lux, quòd, à τῶ advenire illam lucem, quidquam lucidum cum intuitu (*ad aspectum*) non venit, vos estis.

Aliquis, qui illam lucem supremam obtinet, inimicus magnus, quòd non scientia et mors est, cum eo (*illi*) quid potest facere? ullus hostis cum eo detrimentum (*damnum*) non potest facere pervenire.

A τῷ pervenire cum vobis (*ad vos*) nos sine cessatione fimus : et mors etiam nos non potest occidere.

Vita pura [et] subtilis, vos estis.

Illud nomen quod *Brahma*, propter τὸ longè facere mœrorem mundi, edoctum fecit, quod [nomen] magnum *pranou* sit, illud etiam vos estis.

Suprà, T. I, N.° II, p. 10; N.° LXXII, p. 338.

Et *nim matraï* quartum, quòd in *pranou* est, et excessum subtilitatis habet, ille etiam vos estis.

Et vos, qui à quâcunque (*re*) subtili, subtilior estis, et ex post (*propter*) subtilitatem vos non possunt obtinere (*prehendere*); cum (*in*) *pranou*, quòd id etiam à quâcunque (*re*) subtili subtilius est, vos possunt obtinere.

Vos, qui ens universale estis, et ab universalitate vos non possunt obtinere; cum *pranou*, quòd *hast* (*existit ens*) universale est, possunt obtinere : quid? (*nam*) beneficum è benefico potestas obtinet (*possunt obtinere*); et subtile è subtili potestas obtinet; et significationem è vocabulo potestas obtinet (*possunt eruere*).

Vos cum [potestate [1]] propriâ (*vestrâ*) omne in vos ut

1. *Ms.* nat. *bedjelal, cum majestate, potentiâ* : in meo *ms. behelal khod, cum legitimo proprio, legitimè.*

Digitized by Google

traxistis, destructum facitis (*annihilatis*) : ex ipso hoc respectu (*idcircò*) bucca edulii vestri porrò magna est; et ex hoc respectu, vos edentem magnum dicunt. OUPNEK'HAT IX.

Vobis, qui dominus hujus proprietatis estis, *nemeskar*, *nemeskar;* id est, humilis submissio, humilis submissio.

Omnes *deïoutaha*, id est, omnes *mokelan* in corde vestro sunt: cum respectu illo (*causâ illâ*), quòd, in medio cordis *pran* sit, et locus omnium *Fereschtehha* in *pran* est; in corde, cum figurâ trium (3) *matraï* r̃ *pranou* sint : et *nim matraï* quartum, quod principium omnis (*rei*) est, et magnum magnorum est; illud etiam vos estis, id est, (*ens*) universale et ligatum (*particulare*) vos estis.

Vos qui in corde sitis, caput vestrum cum latere (*ad latus*) septentrionis est; et pes vester, cum latere meridiei est.

Caput vestrum, quod cum latere septentrionis est, ipse ille *pranou sarb biabi* est; id est, in omni circumdans (*omne comprehendens*, *ubique diffusus*) est; et ipsum illud (*ens*) circumdans, (*anant*) sine fine est : et illud sine fine, *tar* est, id est, cum ripâ (*ad ripam*) faciens pervenire : ipsum illud cum ripâ faciens pervenire, *soutschhem* est, id est, subtile est: ipsum illud subtile, (*schokl*) purum est : ipsum illud purum, *tadat* (*badat*) est, id est, simile lumini *bark* (*fulguris*) coruscantis est : ipsum illud *tadat*, *pra Brahm* est, id est, *afridgar* (*creator*) magnus est : et ille *afridgar* magnus, unicus est : ipse ille unicus, *Roudr* est, id est periens (*destructum*) faciens : [et ipse ille periens faciens,] *isan* est, id est, dominus omnis (*rei*) est : et ille dominus (*omnis rei*), *bhagwan* est, id est, dignus veneratione : [et ille dignus veneratione,] *mehtsir* est, id est, rex regum est; et *Maha diw* est, id est, magnus omnium *Fereschtegan*. *Infrà*, N.° XCII, p. 20.

Absolutum est *Brahmen*.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

[*Brahmen.*] *In explicationem* τῦ PRANOU.

XCII. Id, *Pranou* ex illo dicunt, quòd, [cùm] unâ vice dicere hoc nomen magnum, *Pranou*, quod *Oum* sit, (*libri*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, et *Athrban Beid*, et omnes scientiæ, et omnia opera, τῦ *Brahmen*, τὸ *Pranou* dicenti, τὸ humilis submissio ut fecerunt, caput deorsùm adducunt : ex hoc respectu (*idcircò*) nomen hujus nominis magni, *Pranou* est; id est, caput deorsùm adducens.

Suprà, T. I, N.° IV, p. 16.

Alii et *sarb biabi* ex illo dicunt, quòd, ex unâ vice dicere hoc nomen magnum, omnia nomina, et qualitates, et mundos, in seipsum ut traxit, cum omni circumdans est (*omnia comprehendit, ubique diffusum est*) : quemadmodùm, oleum circumdans (*comprehendens, totum penetrans*) gossypium est, et gossypium circumdans oleum : ipso hoc modo, *Pranou* circumdans (*comprehendens*) dicentem se est, et dicens forma (*fit*) τῦ *Pranou*. Ex hoc respectu (*idcircò*) id *sarb biabi* dicunt.

Et id *anant*, id est, sine fine ex illo dicunt, quòd, cum tantummodò (*illud*) dicere, dicentem seipsum in omnibus *djehat* (*spatiis*) sine fine faciat. Ex hoc respectu (*idcircò*), *anant* illud dicunt.

Et *tar*, id est cum ripâ (*ad ripam*) faciens pervenire ex illo dicunt, quòd, cum tantummodò (*illud*) dicere, dicentem seipsum, è mari mœroris, et tristitiæ, et erroris ex incuriâ, morbi et senectutis, et mortis, et descensûs (*ad djehennam*), et è timore magno ut transire fecit, ad littus faciat pervenire. Ex hoc respectu (*idcircò*), id *tar* dicunt.

Soutschhem, id est subtile ex illo dicunt, quòd, cum tantummodò dicere, dicentem seipsum taliter subtilem facit,

Digitized by Google

quòd in omnia corpora, è subtilitate, intret, [et] plenus factus (*illa replens*, *in eis*) maneat. Ex hoc respectu, id *soutschhem* dicunt. OUPNEK'HAT IX.

Et *schokl*, id est, purum, ex illo dicunt, quòd, cum tantummodò dicere, cor dicentis è qualitate *radj* et *tam* mundum et purum fiat, et *satguen* purum maneat; id est, volitio et duritas cordis è latere (*semotæ*) fiant, et teneritas pura maneat. Ex hoc respectu, id *schokl* dicunt.

Et *badat*, id est fulgur coruscans ex illo dicunt, quòd, cum tantummodò dicere id, cor dicentis seipsum, ex obscuritate externâ et internâ ut custoditum habuit, lumen efficit. Ex ipso hoc respectu, id *badat* dicunt.

Pra Brahm, id est, creatorem magnum ex illo dicunt, quòd, cùm tantummodò dicere, omnes sensus dicentis seipsum puros ut fecit, eum *Pra Brahm* efficiat; id est, creatorem magnum efficiat. Ex ipso hoc respectu, id *Pra Brahm* dicunt.

Et unicum ex illo dicunt, quòd, omnes res à seipso apparentes (*exire*) facit, et omnes res in seipso deletas facit (*annihilat*).

Et *Roudr*, id est periens (*destructum*) facientem omne, ex hoc dicunt, quòd, destructa faciens omnia peccata et non visa (*defectus visûs*) doctorum et *kianian* sit. Ex hoc respectu, id *Roudr* dicunt.

Et *isan*, id est dominum omnis (*rei*) ex illo dicunt, quòd, cum potentiâ suâ dominus omnis (*rei*) sit, et potens super omne.

Oi *Fereschtehha* dixerunt: ô super omne prævalens! nos omnes tibi tale *nemeskar*, et τὸ humilis submissio, facimus, antè te cernui sumus.

Quemadmodùm femina bos sine lacte, cum parvulo, è τῳ

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

non habere lac, lenitatem facit (*exhibet, eum demulcet*), et lambit (*lingit*) : id est, nos quidquam conveniens tibi (*te dignum*) non habemus, è nobis quidquam non venit : et tu, cum purâ benignitate et misericordiâ nutritionem nostrûm facis (*nos servas*) : tu dominus omnium rerum siccarum (*terrarum, rupium*), et vegetabilium, et animalium es : ô rex ! tu forma scientiæ es. Ex ipso hoc respectu, *isan* dicunt.

Et *Pranou bhagwan*, id est dignum veneratione ex illo dicunt, quòd τὸς *maschghoulan* sibi ipsi, è non scientiâ ut liberatos fecit, cum *kian* et cognitione (*ad cognitionem*) τῦ *âtma* faciat pervenire.

Et *metsir*, id est, regem regum, ex illo dicunt, quòd τὸν *maschghoul* sibi ipsi, cum magnitudine summâ (*ad magnitudinem summam*) faciat pervenire, et quamcunque magnitudinem vult, det. Ex ipso hoc respectu, id *mehtsir* dicunt.

Et *Maha diw*, id est, magnum τῶν *Fereschtehha* ex illo dicunt, quòd τὸν *maschghoul* sibi ipsi ex omnibus volitionibus liberatum ut fecit, formam entis *âtma* faciat.

Veritas nominis τῦ *Roudr;* et quidquid fuit, etiam id est; et quidquid est futurum, etiam id est : (*hæc veritas*) ipsum hoc est, quod memoratum fuit.

Ipse ille *Roudr* admodùm (*sanè*) lumen est; et intrà et extrâ τῦς *djehat* plenus est (*illos replet*). *Djehat* (*respectus, superficies, aer*) ex sole provenit (*provenerunt*).

Suprà, T. I, N.° VII, p. 26.

Is ex omni prius est : intrà omne is est : [et hic homo etiam is est :] et omnes atomi, is est.

Is dorsum et latus non habet : et is facie cum facie (*ad faciem*) est : et is omnis vultus est : is omnis oculus est : is omnis manus est : is omnis pes est : is omne, cum manu et pede suo, cum latere suo (*ad latus suum*) attrahit.

Digitized by Google

Et cœlum et terram, et illud quod inter cœlum et terram est, omne, ille unicus, qui forma lucis est, productum fecit. OUPNEK'HAT IX.

Et in omni re ipse ille unus *Roudr* est, qui visus fit; et secundus ejus non est.

Quidquid visum fit, lumen ejus est.

Quisquis seipsum dominum omnis (*rei*) ut scivit, dominium suum (*sùam autoritatem*) ipse cum (*in*) seipso videt, et scit, quòd; omne ego video, et omne ego facio : quemadmodùm rex absolutus (*plenam autoritatem habens*), omnes actiones regiæ dignitatis, sine auxilio alterius, è vultu potestatis propriæ suæ facit; et si opus τοῖς *vozera* (*ministris*) sit, ullam actionem cum plenâ autoritate suâ non potest facere, illi quidquid volunt faciunt : ipso hoc modo, quisquis super sensus absolutus sit, et super omne potens et prævalens sit; similis regi, qui omnes actiones cum (*è*) dicto τῶν *vozera* (*ministrorum*) non facit, cum (*è*) dicto sensuum non agit : is dominus omnis (*rei*) fit; cum ente (*ad ens*) quod forma gaudii est, et faciens omnes actiones ipsum cum seipso est, ut pervenit, *Roudr* fit.

Et in omnibus sensibus, et omni loco potestas ejus est.

Sensus, quòd cum illo ente formâ (*ad illud ens formam*) gaudii, non perveniunt, ex illo est, quòd cum illâ proprietate innatâ tendentes cum sensibilibus externis (*ad sensibilia externa*) sunt. Tempore quo tendentes (*ad*) intrà fiunt, cum eo (*ad illud ens*) perveniunt.

Ipse ille *Roudr* productum faciens omne est : et quandò productum fecit, cum latere suo (*ad seipsum*) attrahens omne est; et custoditum habens omne est.

O docti ! cum tali *Roudr maschghouli* facite; quòd (*liber*) *Beid* sic jussit, quòd, nisi cum *maschghouli* cum eo (*illi*), eum non potestas obtinet (*non possunt obtinere*).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

Cum hoc *maschghouli*, omnes *Fereschtehha*, et homines, et animæ, cum viâ *outraïn*, quod septentrionale lumen sit, cum sole (*ad solem*) ut pervenerunt, cum mundo (*ad mundum*) τῦ *Brahma* perveniunt : et in illo loco, cognitionem et *kian* ut acquisita fecerunt, cum (*ad*) *Brahm* perveniunt; id est, cum creatore (*ad creatorem*) perveniunt, et *makt* et liberati (*salvi*) fiunt.

Ens, quòd subtilitas et tenuitas ejus, quæ è capite (*apice*) capilli etiam subtilior est, in medio cordis omnium animantium est : et propter τὸ facere cognoscere id, omnes (*libri*) *Beid* producti fuerunt; et id protectio omnis (*rei*) est.

Illud ens, personæ quæ sine [timore et] dubitatione (*suspicione*) sunt, in se vident; et illæ semper cum quiete, læto corde sunt; et hæc quies et lætitia secùs (*ac, nisi*) illis, alteri non est.

Ipsum illud ens unicum, in omnibus productionibus est: elementa quina (5), et omnis res, ex eo supervenerunt (*exiverunt*), et in id ingrediuntur.

Ille dominus omnis (*rei*), omni loco plenus est (*omnem locum implet*), et dans volitiones omnes (*quæsita omnia*) est.

Et *diw* est; id est, lumen est.

Et dignus [oratione et] celebratione est.

Et cum ripâ (*ad ripam*) faciens pervenire omne est.

Quisquis cum eo (*ei*) *maschghouli* facit, excessum quietis obtinet.

In medio omnium animarum est : in medio omnium cordium est : in medio omnium corporum crassorum et subtilium est.

Cum illo quòd iram et volitionem, et patientiam productas id (*ens*) fecit, oportet quòd iram et volitionem, quod semen

Digitized by Google

omnis est, ut reliquit, patientiam et tolerantiam, cum intellectu recto, in corde suo (*homo*) custoditam habeat : illo tempore, cum *Maha diw*, qui lumen luminum est, unum fit. OUPNEK'HAT IX.

Ille *Roudr* semper stans (*permanens*) est; et antiquus est : et alimentum, et robur quod ex alimento acquisitum fit, is est.

Et mortificationem trahens (*patiens*), cum eo (*ad eum*) pervenit.

Is vos è laqueis et vinculis tristitiæ, et mortis, liberatos est facturus.

Modus τῦ pervenire cum domino (*ad dominum*) omnium animantium, hic est; quòd, tempore quo *saniasi* cinerem cum seipso (*cinere se*) perlinit, sciat, quòd, ipse hic cinis ignis est, et ipse hic cinis ventus est, et ipse hic cinis aqua est, ipse hic cinis terra est, et ipse hic cinis *bhout âkasch* est, et ipse hic cinis omnis res est, ipse hic cinis cor et sensus est: et hic modus *Maha diw* est.

Cum τῷ scire hanc significationem, è vinculo non scientiæ liberatus fit.

Ipse ille *Roudr* in ignem intravit : ipse ille *Roudr* in aquam intravit : et ipse ille *Roudr* in herbas et remedia, et vegetabilia intravit.

Et omnes mundos, cum potestate suâ, custoditos habuit.

Et illi *Roudr* τὸ humilis submissio nostrûm est.

Et ille *Roudr* terram, cum potestate suâ, custoditam habuit.

[Illi *Roudr* τὸ humilis submissio nostrûm est.]

Et ille *Roudr*, cum potestate suâ, radios (*splendorem*) in sole custoditos habuit.

Illi *Roudr* τὸ humilis submissio nostrûm est.

Quisquis hoc *Oupnek'hat Athrban sar* legit, si (*librum*) *Beid*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT IX.

sciens non sit, (*librum*) *Beid* sciens fit; et si opus purum non fecerit, dominus operis puri fit, et mercedem τȣ̃ *korban* obtinet: ignis eum purum facit; ventus eum purum facit; sol eum purum facit; luna eum purum facit; rectitudo eum purum facit; omnia purum facientia, eum purum faciunt; et omnes *Fereschtehha* eum cognoscunt; et omnes (*libri*) *Beid* eum sciunt; et mercedem abitionis (*visitationis processionis modo*) omnium cultûs (*Dei*) ædificiorum obtinet; et mercedem omnium *korbanha* obtinet; et mercedem omnium *sandhaha* (*obtinet*); et [mercedem omnium] *bratha* obtinet; et mercedem τȣ̃ pronunciare sexaginta (60) mille vicibus, vicibus, (*mensuram*) *kaïtri*, quod verbum unificationis est, obtinet; et mercedem omnium mentionum obtinet; et mercedem τȣ̃ pronunciare decem mille vicibus *Pranou*, obtinet.

Infrà, N.° CXXVIII.

Et quisquis unâ vice hoc *Oupnek'hat Athrb sar* legit, decem dorsos (*spatium decem dorsorum*) suprà, et decem dorsos infrà seipsum puros facit: et quamcunque quantitatem personarum cibum comedere faciat, integram hanc seriem puram facit.

Cum unâ vice à τῷ legere hoc *Oupnek'hat*, ipse purus fit; convenientia opera quod non sit (*quæ non sint*), convenientia illa fiunt.

Et duabus vicibus quòd legit, cum loco (*vice*) filii τȣ̃ *Mahadiw* fit.

Tribus (3) vicibus quòd legit, *Mahadiw* fit; id est, lumen luminum, et (*ens*) lucidum [lucum] efficitur.

Hoc verbum rectum est: hoc verbum rectum est: et dignus veneratione, qui caput omnis est, is hoc dixit, is hoc dixit.

Absolutum est *Oupnek'hat* ATHRB SAR, ex *Athrban Beid* (*excerptum*).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT

OUPNEK'HAT decimum.

HENSNAD,

Ex ATHRBAN Beid (excerptum).

GOUTAM rek'heschir antè *Sant sadjat* cùm ivisset, petiit, XCIII.
quòd : ô digne veneratione, et ô sciens omnes scientias, sine volitione mercedis ; ô sciens libros τῦ *makt* et liberationis (*salutis*)! via cognitionis veri (*entis*) et liberationis, quodnam est?

Sant sadjat dixit : illud quod *Mahadiw*, ex omnibus *Oupnek'hat* (*libri*) *Beid*, quod τὸ *âïat* unificationis est, verificatum ut monstravit (*certum asseveravit*), cum *Parbati* dixit, illud ego cum te (*tibi*) dicam. *Suprà N.° XC, p. 15.*

Hæc secreta (*mysteria*) tegenda sunt, et cum aliquo (*cuicunque*) dicenda non sunt; cum loco (*vice*) thesauri doctorum (*scientiæ*) est (*sunt*).

Hic halitus, qui *hens* [1] dictus, intrat et exit; quisquis illum scit, in hoc mundo opes summas obtinet, et in illo (*altero*) mundo *makt* et liberatus (*salvus*) fit.

Cum illo (*nunc*) quòd expositionem τῦ *hens* et *pram hens* facio ; et hanc cum aliquo (*illi*) oportet dicere, qui *Brahm tschari* sit, id est, petens (*quærens*) Deum sit, et sensus internos et externos suos in vinculum firmæ retentionis adduxerit, et servitium (*obsequium*, *famulatum*) [purum]*pir* (*seni*, *magistro*, *institutori*) fecerit, et super *Beid* (τῶ *Beid*) fidem habuerit.

---

1. Respirando, sonus *hens*, *hens* revera efficitur, et aurem percutit.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT X. Hoc *mantr*, quòd *hens hens* est; id est [1], ego id sumus, ego id sumus; semper in animantibus plenum est (*omnia animantia implet, ab omnibus animantibus profertur*), et ullus aliquis id non scit : quemadmodùm ignis in omnibus lignis est, et inventus non fit (*visu non attingitur*); [et] secùs (*nisi*) è curâ (*conatu*) et quæsitione scitus non fit : quemadmodùm in grano oleum est, et secùs à curâ et quæsitione scitum non fit, et super non venit (*non exit, non exprimitur*).

Quisquis modum *tẽ* scire id obtinet, sine cessation fit.

Brahmen.

XCIV. [2] Oportet quòd cum talo pedis, viam (*foramen*) podicis (*anum*), quod *tschekr* primum est, liget (*claudat, obturet*) : et *apan* ventum, qui semper è latere *tẽ païn* (*deorsùm*) tendens est, cum sursùm ut attraxit, è latere manûs dextræ, (*et*) tribus (3) vicibus super circà *tschekr* secundum, quod inter membrum particulare (*penem*) et umbilicum est, circumire fecit; cum umbilico (*ad umbilicum*), quod *tschekr* tertium (3) est, pervenire fecit; et ex illo loco, cum *tschekr* quarto (*ad tschekr quartum*), quod in medio cordis est, pervenire fecit; et è *tschekr* quinto (5), quod jugulum (*guttur*) est, transire fecit; cum *tschekr* sexto (6) (*ad tschekr sextum*), quòd extremitas intrà nasum (*interna nasi*) inter duo supercilia est, faciat pervenire : in illo loco *pran* ventum retentum faciat : ipse

Suprà, T. I, N.° LXII, p. 302.

1. *Man o im man o im.* Omnia in existentiâ consistunt; existentia, in vitâ; vita, in respiratione (*pran*), seu halitu. Animantia quælibet, halitum afflando, sonum *hens*, *hens* reddunt; id est, ego id (*verum*) ens sum, id (*verum*) ens sum.

2. Modus *tẽ maschghouli*, cujus ope homo gaudium æternum, forma scientiæ, purus intellectus, *pranou*, *oum*, efficitur.

Digitized by Google

ille *apan* ventus, [qui] (*ad*) hunc locum pervenit, τῦ *pran* (*halitûs*, *respirationis*) nomen obtinet. OUPNEK'HAT X.

Et in cerebro suo, imaginando sibi repræsentatum nomen magnum, quod *oum* est, faciat; et sciat, quòd, *Brahmi*, quòd hoc nomen ejus est, is ego sum : et vocem (*sonum*) *anahed*, quod sine colore est, et sicut crystallus purum est; id est, vocem universalem, sine divisione, et (*quæ*) in toto corpore plena est (*corpus totum implet*), eam puram [et sine cessatione], et sine colore, et sine litterâ ut scivit, *maschghouli* faciat.

Ipsa illa vox *anahed*, *pram âtma* est, et *Brahm* est.

Et imaginando sibi repræsentatam hanc vocem, quæ in omni plena est (*omne implet*), in medio cordis *nilouferi* (*nenupharino*) faciat; et hoc sciat, quòd, ipse hic *maschghouli adjpa* est, quòd sine *schoghl maschghoul* (*sine meditatione meditantes*, *naturaliter*, *homine de hoc non cogitante*), in nocte-die viginti et unum mille, et sex (6) centis vicibus [1] in omnibus animantibus, ipse cum seipso (*in se*) fiat. *Suprà*, *T. I*, *N.° XIV*, *p. 47.*

Et cum τῷ scire hoc *maschghouli*, ens, quod forma lucis est, et purum, et immune (*ab omni*) est, et luci ejus similis non est, et lux ejus est in sole (*et*) lunâ, et lux ejus est in omni, [et lux ejus est] admodùm subtilis, sciat, quòd illa [lux] ego sum.

Quoad hanc significationem non intellexit, *hens* est; id est, *djiw âtma* est : quandò hunc intelligit, *pram hens* fit; id est, *pram âtma* fit. *Suprà*, *T. I*, *N.° LXX*, *p. 326.*

Lucis *kourour kourour* (*centies millies centum millia*) solis, cum luce (*ad lucem*) illius *djiw âtma*, qui *pram hens* et *pram âtma* factus est, non pervenit (*non appropinquat*).

1. Hæc computatio, pro qualibet aspiratione et respiratione, dat quindecim minuta secunda (15″).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT X.

Quisquis cor suum in vinculum firmæ retentionis adduxit, is cum hac luce supremâ (*ad hanc lucem supremam*) pervenit.

Et si cor in vinculum suum [et retentionem (*suam*)] (*adductum*) non fecit, cor ejus in octo (8) foliis, quæ super circà ipsum illud cor *nilouferi* sunt, iter facit (*circuit*).

Suprà, T. I, N.° LXVIII, p. 319.

Cum illo folio (*ad illud folium*) quod facie ad faciem orientis est, tempore quo pervenit; ei volitio mercedis simul provenit (*mercedem expetit*): tempore quo cum folio, quod facie ad faciem anguli inter orientem et meridiem est, et *akni nomen* habet, pervenit; ei debilitas (*torpor, lentitudo*), et somnus venit: tempore quo cum folio, quod facie ad faciem meridiei est, pervenit; ei ira et duritas cordis provenit: et tempore quo cum folio, quod facie ad faciem anguli inter meridiem et occidentem est, pervenit, quod *nirat* nomen habet; ei propensio τῷ facere peccata, fit: tempore quo, cum folio, quod facie ad faciem occidentis est, pervenit, ei lætus status, et apertio (*cordis*) vultum dat (*apparet, contentus redditur*), et propensio (*in*) ludo fit: tempore quo cum folio, quod facie ad faciem anguli inter occidentem et septentrionem est, et *baïp* nomen habet, pervenit; ei propensio super τῷ ire et motu, fit: et tempore quo cum folio, quod facie ad faciem septentrionis est, pervenit; ei volitio copulationis, et commercii (*rei*) cum feminâ fit: tempore quo cum folio, quod facie ad faciem anguli inter septentrionem et orientem est, quod *ischan* nomen habet, pervenit; ei propensio cum (*in*) liberalitate et munificentiâ fit: et tempore quo in medium cordis *nilouferi* venit; illo tempore, ei propensio (*in*) derelictione et separatione (*solitudine, cœlibatu*) fit: et tempore quo super circulo (*circulatim*) extrà circulum foraminis cordis circuit; evigilatus fit: tempore quo intrà circulum (*foraminis*) cordis

Digitized by Google

in medium venit; somnus venit : tempore quo in foramen, quod æquale grano *schali* est, ingreditur; *sak'hepat*, fit, id est, somnus cum quiete, quòd, in illo tempore, somnium non videt : tempore quo cor *nilouferi* transgreditur; in *teria* [et in *nad*] intrat; id est, hujusmodi *djiw âtma* cum existentiâ apparente (*sic*) augescente, in *âtma* ingreditur : tempore quo *djiw âtma* in voce *anahed* destructus fit, et existentia apparens *tẽ djiw âtma* [omninò] supersurgit (*evanescit*); illo tempore *pram Brahm*, quòd creator magnus est, et *pram âtma*, quòd anima magna est, fit : tempore quo *maschghoul adjpa* cum hoc loco (*in hunc locum*) pervenit, *maschghouli* absolutus fit. OUPNEK'HAT X. *Suprà, T. I, N.° VI, p. 83 et not. 1.*

Hoc omne quod memoratum fuit, omne à corde intellectum fiat.

Porrò cor oportet intelligat, quòd, è corde quomodò *anahed* caput superpercutiat (*ad caput perveniat*).

Ipse hic unus *djiw âtma* (*est*), qui cum auxilio cordis, *tẽ anahed* audit.

Nad decem divisiones (*specierum*) est [1].

Vox (*sonus*) *tẽ nadi*, quod primùm supersurgit (*exit*), similis est voci parvuli passeris, quòd *tschen* facit.

Et vox *tẽ nad* secundi, cum iteratione (*duplicatione*) est; quòd *tschen tschen* sit.

Et vox *tẽ nad* tertii (3), similis voci *tẽ kantha* est, quòd campana est.

Vox *tẽ nad* quarti, similis voci est, quæ è *schank'heh*, quòd alba margarita (*concha margaritæ*) sit, venit.

Et vox *tẽ nad* quinti (5), similis voci *tẽ bin* est, quod instrumentum notum est. *Suprà, T. I, N.° XXX, p. 171 et not. 1.*

1. In *ms.* meo hìc legitur : *Brahmen absolutum est*; vocabulum *Brahmen* liturâtum. Ista desunt in *ms. nationali.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT X.

Et vox τȣ̃ *nad* sexti (6), similis voci τȣ̃ *tal* est, quòd in saltatione simul viâ (*cum*) τῳ̃ *pak'haoudj* tractant (*quibus simul ludunt*).

Vox τȣ̃ *nad* septimi (7), similis voci est, quæ ex fistulâ (*arundine è*) ligno *bans* (*bambou*), quòd illam *bansri* dicunt, in tempore τȣ̃ probè cum aure (*juxtà aurem*) transmittere (*ponere*), venit.

Vox τȣ̃ *nad* octavi (8), similis voci τȣ̃ *pak'haoudj*, quod, in tempore τȣ̃ manu percutere super *pak'haouadj*, apparens fit (*exit*).

Et vox τȣ̃ *nad* noni (9), similis voci buccinæ parvæ est, quod, in tempore τȣ̃ tractandi (*hoc instrumentum*), venit.

Vox τȣ̃ *nad* decimi (10), similis voci fremitûs (*rugitûs*) nubis, (*quod*) *dda dda dda*, cum *taschdid* (*d duplicato*), dicit.

Suprà, T. I, N.° XLVI, p. 267.

Et vox novem (9) *nad*, quod suprà dictum est, in tempore τȣ̃ *selouk* [1] apparens fit : et illa relinquenda est. Oportet quòd in vinculo illarum vocum (*illorum sonorum*, *homo*) non maneat. Cum voce (*voci*) τȣ̃ *nad* decimi (10), quòd [similis] voci τȣ̃ fremere nubem est, semper *maschghouli* faciat, et hanc non relinquat; quòd vox τȣ̃ *anahed* ipsa hæc (*vox*) est.

Signum (*miraculum*) τȣ̃ *nad* primi, hoc est; quòd, tempore quo hoc *nad* audit, pili totius corporis τȣ̃ *maschghoul* stantes fiunt (*sese erigunt*).

Signum τȣ̃ *nad* secundi, illud est, quòd, tempore quo illud *nad* audit, in membris corporis ejus torpor productus fiat.

Et signum τȣ̃ *nad* tertii (3), hoc est, quòd, tempore quo illud *nad* audit, cordi et membris illius *maschghoul* molestiam amoris productam faciat.

---

1. Tempus τȣ̃ *selouk*, est tempus quo, in quâcunque sectâ, cultui externo vacant, cum ceremoniis, in libris *Beid* prescriptis, celebrato.

Digitized by Google

Signum τȣ̃ *nad* quarti hoc est, quòd, tempore quo hoc *nad* audit, caput τȣ̃ *maschghoul* cum gyratione (*in gyrationem*) ingrediatur; quemadmodùm ex nimietate (τȣ̃ *bibere*) ebrius fit. OUPNEK'HAT X.

Signum τȣ̃ *nad* quinti (5), hoc est: tempore quo hoc *nad* audit, è cerebro illius *maschghoul* τȣ̃ deorsùm venire (*descendere*) aqua vitæ initium facit.

Et signum τȣ̃ *nad* sexti (6), hoc est: tempore quo hoc *nad* audit, illa aqua vitæ in guttur ejus deorsùm veniat (*descendat*), et is (*illam*) comederit.

Et signum τȣ̃ *nad* septimi, hoc est, quòd, tempore quo hoc *nad* audit, *maschghoul* illi (*voci*) dominus manifestationis (*apertionis*) efficitur, et verba cordis hominis invenit (*comprehendit*, *intelligit*), et super internis apprimè videns fit, voces multùm longè longè (*remotissimas*) audit, et res multùm longinquas videt.

Et signum τȣ̃ *nad* octavi (8), hoc est: tempore quo hoc *nad* audit, cum (*è*) contrario hominis, principium vocum (*sonorum*) τȣ̃ *nad*, quod in intrà omne apparens fit, et homines illud non audiunt, et non comprehendunt, illam vocem (*originalem*) τȣ̃ *nad* audit, [et comprehendit].

Signum τȣ̃ *nad* noni (9), hoc est, quòd, tempore quo hoc *nad* audit, *maschghoul* cum illâ voce (*huic voci*) hoc modo subtilis fit, quòd, (*ad*) ad quemcunque locum [vult, potest ire, et ab oculo cujuscunque] vult, seipsum potest tegere: is omne potest videre; quemadmodùm οἱ *Fereschtehha* omne possunt videre, et eos ullus aliquis non potest videre.

Et signum τȣ̃ *nad* decimi (10), et *anahed schabd* hoc est: tempore quo hoc *anahed* [audit ὁ *maschghoul* cum hoc (*huic*) *anahed*], quod vox universalis, sine divisione est, *Pram Brahm* fit; id est, creator magnus fit. *Suprà, T. I, N.° LXIX, p. 321.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT X.

Tempore quo cor τȣ̃ *maschghoul*, cum tantummodò audire τὸ *anahed*, destructum fit (*annihilatur*), ὁ *maschghoul* ipse *anahed* fit: et *sanklap* et *baklap*, quod volitio puri (*boni*) et mali sit, cum nunc (*ipso momento*) omne (*hæc ambo*) adurit; *pan* et *pap*, quod opus purum et malum sit, ab eo longè fit: quidquam non manet.

Et ille *maschghoul*, *sadaschou* fit; id est, gaudium æternum fit; et forma scientiæ factus, (*talis*) manet; et forma lucis factus, omni loco plenus efficitur (*omnem locum implet*); pura puritas, et purus intellectus, et *hasti* æternum (*existentia æterna*), et immunis (*ab omni*), et quies pura factus, (*talis*) manet, et omni (*enti*) quietem largitur.

Et nomen illius *maschghoul*, *pranou*, quod *oum* est, nomen summum (*illius*) est: et significatio illius, hoc est, quòd: id (*ens*) ego sum; id est, ens colligens (*comprehendens in se*) omnia nomina et qualitates, fit.

Hoc est verbum magnum (*libri*) *Beid*.

Absolutum est *Oupnek'hat* HENSNAD, ex *Athrban Beid* (*excerptum*).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT

OUPNEK'HAT undecimum.

SARBSAR [1],

è RAK BEID (*excerptum*).

VIA τῆ obtinere τὸν âtma, ipsa hæc cognitio est; et actio XCV.
quam oportet facere, ipsa hæc (*via*) est : et ipsa hæc via cognitionis, *Brahm* est; et ipsa hæc vera est.

Ex hac viâ cognitionis errans per incuriam non oportet (*homo*) sit; et hanc viam ut reliquit, viam aliam, viam aliam non oportet capiat.

Magni præcedentes hanc viam non reliquerunt.

Et quisquis hanc viam reliquit, prætextum (*excusationem*) dedit.

Et conforme huic ipsi (*rei*) in *mantr* τῆ *Beid* est :

Tres (3) divisiones (*portiones*) è creaturis hanc viam reliquerunt; id est, viam cognitionis et operis.

Et plures in opus ingressi, cum ipso hoc igne (*huic igni*) *maschghoul* fuerunt.

Et plures cum sole (*soli*), qui in hoc mundo lumen suum expansum ut fecit (*sic*) mansit, *maschghoul* fuerunt.

Et plures cum vento, qui in omnibus *djehat* (*spatiis*) plenus factus (*illa replens*) mansit, *maschghoul* fuerunt.

Illæ tres (3) divisiones creaturæ, quæ viam cognitionis et operis, id est, retentionem (*sensuum*) transierunt (*reliquerunt* [2]:

---

1. Suprà, N.° III, p. 13; ANTRTEHEH.

2. Persarum, Ægyptiorum, et fortè Græcorum cultus hîc indicari videtur; nulla christianismi, nec mohammedismi mentio facta : hinc libri *Oupnek'hat*, et τῶν *Beid* in eo citatorum, antiquitas. *Suprà*, *T. I*, *Monitum etc. p. VII.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

ex) his una, ex animantibus, volatile, et pascens (*armentum*), et ex hominibus etiam, qui similes iis sint; et altera, vegetabile, sive fruges (*grana*) sive herba sit, sive arbor; alia, res terræ; ex illis (*rebus*) quòd non præterierunt (*iis sese addixerunt, cultum præbuerunt*); plures, cum igne (*igni*) *maschghoul* redditi, ignis cultores facti sunt, et cum mundo (*ad mundum*) ignis pervenerunt: et plures, cum sole (*soli*), quòd lumen ejus expansum est, *maschghoul* effecti, solis cultores facti sunt, et cum mundo (*ad mundum*) solis pervenerunt: et plures, cum vento, qui in *djehat* plenus est (*spatia replet*), *maschghoul* redditi, venti cultores facti sunt, et cum mundo (*ad mundum*) venti pervenerunt.

Infrà, N.° CX, init.

Akt akt, quòd homines dicunt; id est apparens faciens omne, (*esse*) ipsam hanc terram, apparens facientem (*omne*) oportet scire.

Significatio *rẽ akt*, hæc est, quòd, ex eo omnes res apparentes fiunt; cùm è terrâ omnis res crescat, et apparens fiat: proindè terra apparens faciens omne est.

Et in illis *aïethaï rẽ Beid*, quod *akt* nomen habet (*quæ akt nomen habent*), expositio (*elogium*) solis est.

In terrâ etiam ignis cum loco (*vice*) solis est:

Ex illis *aïetha*, utilitas quæ sumpta fiet? in terrâ utilitas ex alimento sumpta fit: omne ex alimento nutritionem obtinet.

Et ipse hic mundus *rẽ fezza* (*atmosphera*) apparens faciens omne est.

Cùm ex illis *aïetha* omnis res apparens fiat, et in *fezza* volatilia volent, et apparentia fiant: (*proindè*) *fezza* apparens faciens omne est.

Et sol mundi *rẽ fezza*, ipse hic ventus (*aer*) est: et fruges

Digitized by Google

(*grana*), quæ è terrâ magnæ (*altæ*) fiunt, in mundo *τῦ fezza* crescunt. OUPNEK'HAT XI.

Ipse hic mundus *τῦ behescht* apparens faciens omne est.

Pluvia quæ ex illo mundo descendens fit, et omnia crescentia faeit crescere.

In illo mundo ipse hic sol, sol est ; et fruges (*grana*), quòd causa illorum pluvia fiat, alimentum illius mundi est: quid? (*nam*) omne ex alimento nutritionem obtinet.

Hic *maschghouli* cum *mokelan* (*τοῖς mokelan*) *τῦ* extrà (*externis*) est.

Maschghouli cum intrà corpus (*interioris corporis*) hic est:

Quòd ipsa hæc persona apparens faciens omne est; quòd ab hac personâ (*è quâ personâ*) productio natorum fiat : oportet quòd seipsum apparens facientem omne (*homo*) ut scivit, cum seipso (*sibi ipsi*) *maschghouli* faciat.

Os ipsius hujus personæ etiam apparens faciens omne est; quemadmodùm terra apparens faciens omne est. Et loquela illius oris, sol est : et *aïethaï τῦ Beid*, alimentum illius : quid? (*nam*) omne ex alimento nutritionem obtinet.

Ipse hic nasus personæ [usque ad [1]] extremitatem foraminum nasi, quod in subter inter duo supercilia est, apparens faciens omne est; quemadmodùm mundus *τῦ fezza* apparens faciens omne est. Et sol illius (*nasi*), *pran* est : et *aïethaï τῦ Beid*, alimentum illius; id est, mentio cum retentione halitûs facta sit; quòd omne ex alimento nutritionem obtinet.

Ipse hic visus personæ apparens faciens omne est; quemadmodùm mundus *τῦ behescht* apparens faciens omne est. Et sol illius, oculus est : et *aïethaï τῦ Beid*, alimentum illius; omnia ex alimento nutritionem obtinent.

1. In meo *ms. cum extremitate* (*ad extremitatem*).

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

Proindè *akt*, quòd productum faciens omne est, cum *maschghouli* externo et interno conforme fit : et ālimentum etiam in omni loco conforme fit (*cuilibet loco, rei congruum est*) ; quòd (*quia*) omnia cum eo viventia sunt, et ex eo motum faciunt ; et ex ipso hoc alimento super hunc mundum et super illum mundum victoriam obtinent : omnis mundus etiam ex alimento est, et etiam comedens alimentum.

Infrà, N.° XCIX, p. 46.

Et terra etiam alimentum est, et etiam comedens alimentum : et terra (*mundus alter, behescht*) etiam alimentum est, et etiam comedens alimentum.

Cùm omne ex eâ crescat, alimentum est : et cum ex (*rebus*) crescentibus ejus (*ex eâ*), quod *korban* factum fiat, alimentum τῶν *Fereschtehha* efficiatur ; et è pluviâ, quæ ex illo mundo venit, alimentum τῶν *Fereschtehha* efficiatur ; et è pluviâ, quæ ex illo mundo venit, alimentum terræ fiat ; comedens alimentum (*terra*) est.

Proindè terra etiam edens est, et etiam edulium : et ille (*alter*) mundus etiam edens est, et edulium etiam est ; id est, omnes mundi edentes, unus alterum, et edulium, unus alterius sunt [1].

Quicunque hoc modo intelligit, edens totum mundum et edulium totius mundi fit : et, quamvis omne edens et edulium, unum (*ergà*) alterum sit ; attamen sciens hanc significationem dominus omnis (*rei*) efficitur : is dominum non habet : ex alimento, quòd robur servitii divini (*ad cultum Dei, ex eo*) simul venit, victoriam super illum mundum (*super behescht*) obtinet ; et à τῷ dare alimentum (*omnia*) subjecta ei fiunt.

1. Terra, è quâ omnia crescunt, dùm *korbano* τῦς *fereschtehha* enutrit, alimentum est ; dùm pluviam sorbet, comedens : cœlum (*behescht, fezza*), pluviâ ex eo dilapsâ, et à terrâ absorptâ, alimentum est ; per *Fereschtehha* verò, *korbano* nutritos, comedens est.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

Explicatio productionis aquæ genitalis (spermatis).

FIGURA totius mundi, quod *Pradjapat* est, semen genitale (*sperma*) ejus, *oi Fereschtehhai mokel* (*præfecti*) sensuum, sunt: et semen genitale *τῶν Fereschtehha*, pluvia est : et semen genitale pluviæ, vegetabilia est : et semen genitale vegetabilium, alimentum (*est* : *et*) semen genitale alimenti, ipsum hoc semen genitale : (*et*) semen genitale seminis genitalis, corpora animantium : et semen genitale corporum, corda : et semen genitale cordium, intellectus est (*sunt*) : et semen genitale intellectuum, loquela ; id est, loquela post *τὸ* intelligere est : et semen genitale loquelæ, opus est : et opus et figura, persona est : et persona mundus Dei est : et hic mundus Dei, forma alimenti est : et alimentum forma lunæ est ; id est, *mokel* omnium vegetabilium est. XCVI. *Suprà, T. I, N.° XXVI, p.* 153.

Quisquis hoc corpus (*esse*) [formam] mundi Dei, et formam alimenti, et formam lunæ ut scivit, *maschghouli* facit, in mundum lunæ ut pervenit, forma lunæ fiat : et alii eum (*esse*) lunam ut sciverunt, cum eo (*illi*) *maschghoul* fiant.

Prani, quòd forma *τῦ Brahm* est, in corpus, quòd mundus Dei est, cum hoc modo ingreditur.

---

[1] *Expositio τῦ venire τὸν pran in corpus.*

PRIMUM, è viâ capitis (*extremitatis*) digitorum pedis, intravit : illud membrum pedis nomen obtinuit. XCVII. *Infrà, N.° C, p.* 62.

1. In *ms.* nationali nec titulus, nec alinea est : textus pergit ; et sensus id postulat, phrasi præcedenti introitum *τῦ pran* in corpus indicante. Vel titulus, *expositio τῦ venire* etc. antè phrasim, *Prani, quòd forma* etc. ponendus erat.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

Ex illo loco, cum crure (*ad crus*) ut pervenit, illud membrum cruris nomen obtinuit.

Post ab illo (*posteà*), [*Brahm*] cum *τῷ pran* dixit : locum sume, qui amplitudinem habuerit. Cum ventre (*in ventrem*) intravit : illud membrum ventris nomen obtinuit.

Post ab illo, *Brahm* jussit (*dixit*), quòd, in locum majorem ab hoc (*ventre*) intra. In pectus intravit : illud membrum pectoris nomen obtinuit.

Discipuli *τῆ Sarkeratschheh rek'heschir*, quoniam calorem naturalem in stomacho invenerunt, ipsum illum calorem naturalem (*esse*) *Brahm* ut sciverunt, cum eo (*illi*) *maschghouli* faciunt : discipuli ex illo (*illius*) *rek'heschir*, cor, quod in medio pectoris est, ipsum illud cor *Brahm* (*esse*) ut sciverunt, cum illo (*illi*) *maschghouli* faciunt. Quibusque ambobus locis, *Brahm* est.

Post ab illo, *pran* è pectore cum sursùm tendens fuit, et in capite locum suum fecit : illud membrum capitis nomen obtinuit.

Et caput, è collo usquè ad cerebrum est : et hæ divitiæ in illo loco est (*sunt*) ; quòd, visus sit, et auditus sit, et loquela sit, et cor [1] sit, et odoratus sit.

Quoniam hæ omnes divitiæ (*virtutes*, *potentiæ*) in capite sunt, illud membrum capitis nomen obtinuit.

Quicunque super illâ significatione attentè considerans fit, omnes opes ei (*acquisitu*) faciles fiunt, et omnes sensus submissi (*subjugati*) ei fiunt.

---

1. Observandum potentiam *cordis* cogitantis, hîc poni in capite; *infrà*, *N.° C*, *p.* 58, in pectore.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

Disputatio sensuum, cum uno alterius.

OMNES sensus in capite (*puncto*) magnitudinis suæ (*super magnitudine suâ*) cum uno alter sermocinationem fecerunt; quòd, nos magni sumus : et quisque unus dixit, quòd, ego super habens (*sustentans*) corpus sum. Et ratum dederunt (*fecerunt*), quòd; omnes, unus unus (*unus post unum*) è corpore extrà eamus : è τῷ ire (*abire*) quocunque, quòd corpus cadet et periens fiet, super habens corpus ipse ille est. XCXVIII. *Suprà, T. I, N.° LIX, p. 281-282.*

Loquela abiit : corpus mutum factum est; sed comedebat et bibebat. Visus abiit : corpus non videns (*cæcum*) factum est; id comedebat, bibebat. Auditus abiit : corpus surdum factum est; sed comedebat, et bibebat. Cor abiit : corpus quidquam non intelligebat, et non recogitabat; sed comedebat et bibebat. *Pran* abiit : corpus cecidit, et dispersum factum est (*in partes putrefactione labentes divisum*).

Corpus è respectu (*causâ*) dispersionis (*membrorum*) *scherir* (*cadaveris*) nomen obtinuit.

Quisquis dispersionem corporis hoc modo intelligit, peccata, quæ inimici interni ejus sunt, et inimici externi ejus etiam omnes, sicut corpus cadunt et dispersi fiunt (*in partes dividuntur*).

Sensus denuò, cum uno alter contentionem (*disputationem*) fecerunt, et dixerunt, quòd; ex τῷ intrare quocunque corpus supersurget, is magnus et super habens (*sustentans*) corpus est.

Unus unus (*unus post unum*) intraverunt : corpus super non surrexit.

Quandò *pran* intravit, corpus super surrexit.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI. *Suprà, N.° XCV, p. 36.*

Ex ipso hoc respectu (*idcircò*) nomen τȣ̃ *pran*, *akt* fuit; id est, apparens faciens omne, et super habens (*sustentans*) corpus.

Omnes sensus cum *pran* dixerunt, quòd; tu super habens (*sustentans*) omne; tu dominus noster es; nos omnes ex te sumus.

Conforme huic significationi, in *mantr* τȣ̃ *Beid* memoratum est, quòd; omnes sensus cum *pran* dixerunt, quòd; tu è nobis es, et nos è te sumus.

Quoniam sensus sciverunt, quòd *pran* (*ens*) magnum est, omnes potentias (*virtutes*) suas cum eo (*in eum*) transire fecerunt; et is approbatum fecit (*assensum præbuit*).

Quandoquidem omnes illi (*sensus*) magnitudinem cum *pran* dederunt, et *pran*, illam approbatam fecit (*libenter accepit*), et ortus τȣ̃ *pran* super omne apparens fuit, *pran*, τȣ̃ *prabat* nomen obtinuit; id est, manè sincerum (*verum*).

Et quoniam omnes sensus, tempore somni, in *pran* occasum faciunt, et deorsùm eunt, nomen τȣ̃ *pran*, *saïm* fit; id est, vesperè.

In tempore vigiliæ, quòd rursùm sensus apparentes facit, nomen τȣ̃ *pran*, *aheh* fit; id est, dies.

Et *pran*, tempore quo *apan* factus, omnibus sensibus occasum facit (*illos omnes occidere facit*), nomen ejus nox fit.

Brahmen.

XCIX. *Infrà, p. 45.*

Ó *mokel* loquelæ, quod ignis est, loquela (τȣ̃) *pran* est : ὁ *mokel* visûs, quod sol est, visus (τȣ̃) *pran* est : ô *mokel* cordis, quod luna est, cor (τȣ̃) *pran* est : ὁ *mokel* (τȣ̃) auditûs, quod *djehat* est, auditus (τȣ̃) *pran* est.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI.

Vis (*virtus*) collectorum sensuum, *pran* est.

Hoc modo dictum fuit, quòd, *oi mokelan* in corpore sensus sunt, *oi mokelan* extrà, ignis, et sol, et luna, et *djehat* sunt.

Harnden, filius *rē rek'heschir* memorati, qui doctus fuit, hoc modo dixit, quòd; ego *pran* sum : cuicunque personæ, aliquid quod cum me (*mihi*) non dat, proprietas (*dominium*) illius rei non est; id est, quidquid simul advenire factum fiat (*acquisitum*, *collectum fiat*), propter *tòv pran* est.

Suprà, *T. I*, *N.° XVI*, *p.* 50.

Quisquis illam rem propter *tòv pran* (*esse*) non scivit, dicas (*quòd*) illa res in possessione ejus non est.

Veritatem *rē pran*, quod collecti sensus est, ego qui *Harnden rek'heschir* sum, benè (*rectè*) scio. Ego, cum *maschghouli tǭ pran*, forma *rē pran* factus sum.

Quisquis *tòv pran*, ipso hoc modo comprehendit, omnia animantia, sine libertate facta (*quâdam vi et necessitate*) quidquid habent, cum eo (*illi*) munus (*donum*) dant.

Pran, cum omnibus sensibus, et *mokelan* internis et externis, collectum hoc omne *sati* nomen habet.

Et, *sat* [1] nomen *rē pran* est : et *t* nomen alimenti : et *i*, nomen solis.

Hoc, *trabrat* dicunt; id est, tres (3) res unum facere.

Quemadmodùm tres (3) res in oculo sunt; quòd, *tò* album, et *tò* nigrum, et pupilla sit.

Quicunque hanc veritatem *rē sati* hoc modo scit, unquàm mendacium non dicit : et si, quandòque mendacium etiam dicit, rectum (*verum illud*) sit (*erit*).

Pran loquelam suam funem tenuem cùm effecisset, (*et*) nomina funi incisa (*insculpta*) fecisset, omnem mundum ligavit:

---

1. In margine, *s*, *nomen rē pran.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI. quid? (*nam*) omnis mundus in vinculum nominis ceciderunt (*omnia in mundo nomine cognita distinguuntur*); et nomen è loquelâ productum fuit, et omnia nomina cum loquelâ dicta fiunt.

Suprà, T. I, N.° XXVI, p. 152.

Quisquis hoc scit: *pran*, cum loquelâ, [et] nominibus omne ligavit: et omnis mundus ei, similis personis quæ, illas ligatas (*aliquis*) ut adduxerit, consensum muneris (*dandi*) faciat (*præbeant*), ei munus et tributum dant (*dat*).

Mensura *brahti*, quæ magna mensurarum est, cum loco (*vice*) *τῦ pran* est: et mensuræ aliæ [(*vice*) sensuum: quandoquidem *pran* cum loco (*vice*) regis corporis est; id est, omnes personæ regibus munus et tributum dant], cum loco (*vice*) membrorum corporis *τῦ pran*.

Et *pran*, quandoquidem cum mensuris coopertum fuit; ex hoc respectu (*idcircò*) mensuras *tschehend* dicunt; id est, *τὸν pran* operuerunt.

Suprà, T. I, N.° II, p. 10.

Quisquis super veritate mensurarum hoc modo attentè considerans fit, cum quocunque tractu (*ad quamcunque regionem*) quòd eat, et quodcunque peccatum quòd faciat, hæ mensuræ, peccata ut operuerunt, custodiam ejus faciunt.

Et conforme huic (*significationi*) in *mantr τῦ Beid* alio etiam est; *Dabrik tsema* nomine *rek'heschir* dixit: *prani*, quòd custodiens omnes sensus est, eum ego vidi; ipse hic *pran* est, quòd custodiens omnem mundum (*is*) est. Semper in actione suâ est (*semper agit*); et ullo tempore somnum non capit.

Et *pran*, cum quâque viâ it; id est, omni (*rei*) motum dat, et in corpore cum viis diversis circuit.

Et ipse hic *pran* in omnibus *djehat* et omnibus mundis plenus est (*omnia spatia, omnes mundos replet*): in medio horum motum facit.

Digitized by Google

O *pran*, ô *Andr!* id est, rex magne! omnes opus facientes mercedes opus suî, quemadmodùm thesaurum in terrâ reconditum faciunt, in corporibus tuis custoditas habuerunt. OUPNEK'HAT XI.

Omnes mundos *pran* comprehensos fecit (*facit*).

Bhout âkasch, quòd circumdans (*comprehendens*) omne est, et *prani*, quòd forma mensuræ *brahti* est, eum complexum fecit : et *bhout âkasch* cum vi (*robore*) τῆ *pran* stans est (*subsistit*).

Quemadmodùm τὸν *bhout âkasch pran* custoditum habuit, omnia animantia, è *Brahma* sumpta (*à Brahma incipiendo*), usquè cum formicâ, *pran* omne custoditum habuit.

Oportet (*homo*) sciat, quòd : hujusmodi *pran* ego sum.

Et post ab hoc (*post hoc*) expositio divitiarum et magnitudinum τῆ *prani*, quòd omni loco plenus est (*omnia loca implet*), facta fit.

E loquelâ hujus *pran*, terra, quòd vegetabilia ex eâ producta fiunt; et ignis, quòd coquens vegetabilia est, sicut duo filii producta facta. *Suprà, p.* 42.

Quemadmodùm pater filio servitium ut præcepit, ab eo (*diversas*) res petit; loquela à terra et igne alimenta ut petiit, comedit. Hæc ambo servitium ejus cum loco ut adduxerunt (*illi servientia*), omnem rem propter eam præsentem faciunt.

Quisquis divitias et magnitudinem τῆ *pran* hoc modo intelligit, usquè (*ad*) locum quo (*ubicunque*) terra et ignis est, omne submissum (*subjugatum*) ei fecerunt : et quoad terra et ignis stantia sunt (*subsistunt*), divitiæ ejus stantes manent.

Ex halitu (*è respiratione*) ipsius hujus *pran*, quòd odorem capit, duo filii; unus, *fezzaï*, quòd animantia in illo motum faciunt, et vox (*sonus*) ex eo audita fiat; secundus, ventus, quòd odores suaves affert; producti fuerunt.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XL

Quemadmodùm pater filio servitium præcipit, hi *τῳ pran* servitium faciunt.

Quisquis divitias et magnitudinem *τῆ pran* hoc modo scit, usquè (*ad*) locum quo *fezza* et ventus est (*omni loco*), omnia subjugata ei fiunt; quoad *fezza* et ventus est, divitiæ ejus stantes manent.

Suprà, N.° XCV, p. 38, 43.

Et è visu *τῆ pran* duo filii; unus, mundus *τῆ behescht;* quòd, pluvia ex illo venit, et fruges (*grana*) crescere facit; secundus, sol, quòd, è lumine ejus omnis res visa fit; producti fuerunt.

Quemadmodùm pater filio servitium præcipit, hi visui et *τῆ pran* servitium faciunt.

Ex auditu et *τῆ pran* duo filii; unus *djehat*, quòd voces ex eo veniunt, et causa *τῆ* audire voces est; secundus, luna, quòd cognoscens (*cognoscere faciens*) tempora operum est; productus est (*producti sunt*).

Et quemadmodùm pater filio servitium præcipit, hi auditui et *τῆ pran* servitium faciunt.

Et è corde *τῆ pran* duo filii, unus aqua, quòd purum faciens corpus, et augens fiduciam (*fidem*) est; secundus, *Bran*, *mokel* aquæ, quòd auctos faciens natos est; producti fuerunt.

Et quemadmodùm pater filio servitium præcipit, hi servitium cordi *τῆ pran* faciunt.

Quemadmodùm aqua principium omnis (*rei*) est, quòd omnia elementa ea collecta facit, et reliqua elementa officina (*fabrica*) ejus est : ipso hoc modo *pran* pater elementorum est, et omnia elementa officina ejus.

Cùm elementa (*esse*) natos sensuum dictum sit, proindè elementa quomodò (*esse*) natos *τῆ pran*, dictum fiat?

Dictum fit, quòd quocunque tempore (*quandocunque*, *cùm*)

Digitized by Google

sensus nati τῆ *pran* sint, elementa, quæ nati sensuum sunt, certò nati τῆ *pran* sunt futura : quidquid ex filio est, ex patre est; et illud quod ex patre est, è filio est. [1] OUPNEK'HAT XI.

Ex hoc scitum fiat, quòd, quidquid in intrà corpus est; id est, in halitu (*respiratione*) : et quidquid in extrà corpus est; [id est], in horisonte est, unum est.

Sciens hoc verbum, *Mehdas* nomine, filiis (*suis*) hoc modo dixit, quòd, ego sensus et τῆς *mokelan* sensuum cum (*me*) ipso unum (*esse*) scio, et (*me*) ipsum cum sensibus et τᾶς *mokelan* sensuum unum scio : et ego, qui *pran* sum, hæc omnia ex me producta fuerunt, nutrita (*servata à*) me sunt.

Pran mons est, quòd visus, et loquela, et auditus, et cor in eo est; et hæc in seipsum deorsùm tulit (*descendere fecit*) : et τὸν *pran*, cum collectis his (*rebus*), *Brahm guer* nominant; id est, mons Dei.

[Montem Dei ex illo respectu dixerunt, quòd fodina gemmarum sensuum est.]

Quisquis veritatem τῆ *pran* hoc modo scit, super omnia peccata, quæ inimici ejus sunt, victoriam obtinet; peccata, in seipso, deleta efficit.

Ipsum hunc *pran*, *aschou* dicunt; id est, motum dans omni.

Et ipse hic *pran* divitiæ (*opulentia*) etiam est; et sine divitiis etiam est.

Οἱ *Fereschtehha* et οἱ *mokelan*, qui τὸν *pran* divitias magnas (*esse*) ut sciverunt, cum eo (*illi*) *maschghouli* faciunt, cum illis (*iis*) divitias dat.

Ex hoc apparens est, quòd, tempore quo homo somnum facit, halitus qui ex ore supervenit (*exit*), [vocabulum (*sonus*)]

1. Filii, et filiorum filii etc. corpus patris efficiunt; indè, quidquid è patre exit, è filio exit. Sic, ascendendo, omnia in unum resolvuntur.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XI. *p'hou p'hou* exit; ipsum hoc signum divitiarum est; quòd *oi mokelan* sensuum cum hoc vocabulo (*huic sono*) *maschghouli* faciunt.

Et *oi Djenian*; quòd *τὸν pran* (*esse*) divitias magnas non sciunt, ex hoc est, quòd cladem comedunt, et victoriam non obtinent.

Et ille qui *τὸν pran* divitias sciens, *maschghouli* facit, is etiam similis *τῶν Fereschtehha* fiat.

Quicunque veritatem *τῆ pran* hoc modo scit, super omnia peccata, qui inimici ejus sunt, victoriam obtinet, et peccata in seipso destructa efficit (*annihilat*).

Et ipse hic *pran* mors etiam est, et [vita [1]] etiam est.

Et in loco alio *τῆ Beid mantr* etiam memoratum est: ipse hic *pran* est, quòd, quocunque tempore cum (*versùs*) deorsùm motum facit, *τῆ apan* nomen obtinet: et simul ac post (*deindè*) is *τῷ apan* ligatus fuit, tempore quo cum (*in*) sursùm tendens fiat, *τῆ pran* nomen habet: quoad cum *apan* ligatus fuit (*est*), *pran* corpus ut reliquit (*relinquens*) non abit.

Et hic *pran*, quòd sine cessatione est, ei mors non est: quoad cum corpore, quod moriens est, addictionem habet, cum corpore sit (*est*): et sensus, et corpus moriens semper cum *pran* sint (*sunt*).

Et ille ipse (*à se*) sine cessatione est: et corpus et sensus semper cum *pran*, in omni tempore, in diversis mundis, sursùm et deorsùm; id est, (*in*) gradibus *τῆ behescht*, et gradibus descensûs *τῆ douzakh*, simul viâ (*comites*), unum (*cum*) altero sunt.

Pran, quòd non moriens est, cum corpore et sensibus,

---

1. *Ms.* nat. *heiat*, *vita*; in meo *ms.*, *pran*, amanuensis incuriâ.

Digitized by Google

quod moriens est; quandò quæque duo simul viâ (*comites*) sint, *pran* hæc nutrit (*servat*). OUPNEK'HAT XI.

Et ab his *pran* immunis est: quid? (*nam*) hæc in contingentiâ cessationis sunt (*contingere potest ut cessent*): et *pran* sine cessatione est.

Quicunque hoc modo intelligit, in illum (*superiorem*) mundum ut ivit, sine cessatione fit: et omnes homines illius mundi eum (*esse*) sine cessatione vident.

Ipse hic *pran*, cum figurâ *τῆ porsch* factus, in corpus intrat, quod calefaciens (*calidum*) est: ipse ille *prani*, quòd intravit, etiam is calefaciens est. Centum annos, in corpus ingressus, manet: ex ipso hoc respectu (*idcircò*) vita hominis centum annorum fixitatem [1] (*determinationem*) obtinuit.

[Id est, usquè ad centum annos vis sensuum super loco manet (*subsistit*); et post à centum annis, quòd vis sensuum abivit, dicas, *pran* etiam abivit.]

Quoniam in corpus ingressus, centum annos manet, ex hoc respectu *ssad ratsch* nomen obtinuit; id est, pronuncians centum *dïet τῆ Beid*: quoniam quisquis legit (*pronunciat*), cum vi (*virtute*) *τῆ pran* pronunciat, nomen illius *pran*, *ssad ratsch* fuit.

Et quoniam *pran* omnem mundum in medio suî ipsius custoditum habet, ex hoc respectu (*ideò*) quòd omne in eo est, *bad* etiam [nomen] obtinuit; id est, custoditum habens in medio suî.

Et quoniam quisquis (*librum*) *Beid* legit, *aïetha τῆ Beid*, cum vi *τῆ pran* in corde suo ut custodita habuit, et habet (*retinet*); *pran*, *bad* etiam nomen obtinuit.

---

1. Observandum nihil hîc de vitâ mille annorum, dictum: proindè libri *Beid*, illo tempore compositi, quo vita hominis centum annorum erat; 17.° circiter antè Ch. nat. sæculo.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XL

Et quoniam *pran*, omnes sensus ut cepit, in seipsum deorsùm fert, *garsch* [1] nomen obtinuit; id est, capiens.

Et *apan* factus, *mad* nomen obtinuit; id est, ebrius vibrans sperma (*semen genitale*).

Et hæ ambæ qualitates, quòd in eo, uno loco, collectæ factæ (*sunt*), *gardesnad* [2] nomen obtinuit; id est, capiens et vibrans.

Et quoniam omnis mundi amicus is est, ex hoc respectu, *Beschvamtr* nomen obtinuit; id est, amicitiam (*ergà*) omnem mundum (*amicus totius mundi*).

Quoniam οἱ *mokelan* sensuum omnes servitium ei faciunt (*fecerunt*), cum *pran* (τῷ *pran*) dixerunt, quòd tu *bam* es; id est, dignus veneratione : ex hoc respectu quòd *mokelan* sic dixerunt, *bam div* nomen obtinuit.

Et quoniam custoditum habens à peccatis est, ex hoc respectu *atr* nomen obtinuit.

Quoniam custodita habens omnia animantia est, ex hoc respectu *bhardouadj* nomen obtinuit; id est, custodita habens animantia.

Et quoniam omnes *mokelan* eum magnum suum (*seipsis majorem*) dixerunt, ex hoc respectu, *schascht* nomen obtinuit; id est, protectio omnis entis.

Quoniam in omnia corpora et sensus primùm is intravit, ex hoc respectu *prakasch* nomen obtinuit; id est, intrans priùs ab omni.

Et quoniam purum faciens omne est, ex hoc respectu, *madbani* nomen obtinuit; id est, purum faciens omne.

Quoniam *pran* dixit, quòd, omne ego sum, et in nobile

---

1. In *ms.* nat. *garnes.*

2. In *ms.* nat. *garnes mad.*

Digitized by Google

et ignobile ego intravi; ex hoc respectu *tschhoudr soukt maha soukt* nomen obtinuit; id est, intrans in ignobile et nobile. OUPNEK'HAT XI.

Et quoniam sensus elogium *rẽ pran* fecerunt, et *pran* elogium eorum approbatum fecit: ex hoc respectu, *soukt* nomen obtinuit; id est, approbatum faciens.

Et quoniam in omnia animantia ingressus, ipsam (*suam*) magnitudinem obtinuit, et illa etiam magna fecit: ex hoc respectu, *rak* nomen obtinuit; id est, magnus.

Et quoniam in omne ingressus, omne magnum fecit, ex hoc respectu, *arohedah* nomen obtinuit; id est, is parvus et magnus.

Et quoniam in omne ingressus, iens fuit, ex hoc respectu, *pad* nomen obtinuit; id est, iens faciens omne.

Et quoniam dans mercedem operum est, et ei mercedem dans non est: ex hoc respectu *atschher* nomen obtinuit; id est, dans omnes mercedes.

Et quoniam omne illud quod suprà memoratum fuit, cum omnibus *âïethaï rẽ Beid* et *Beid* (*librorum Beid*), et omnes voces, in eo est, *pran* nomen obtinuit: ex hoc respectu (*idcircò*) omnes res (*esse*) *pran*, et *pran* (*esse*) principium operum, oportet scivit (*scire*).

Andr, in tempore *rẽ korban mahabarat* quod *Beschvamtr* faciebat, propè *Beschvamtr* ut ivit, sedit. *Beschvamtr* mille *âïet rẽ Beid*, quòd [1] intrà *brahti* est, legit, et dixit: ô *Andr!* alimentum tuum hoc est. Et à benedictione *rẽ* legere hæc mille *âïet*, *Beschvamtr*, locum amicum (*carum rῳ̃ Andr*) obtinuit.

Andr dixit: ô *Beschvamtr rek'heschir!* tu cum loco (*ad*

1. *Ms. daroun.* Legerem *dar vazan brahti*, *in mensurâ brahti*; *z* inserendo.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XL

locum), quòd ego, illum amicum (*dilectum*) habebam, pervenisti : alterâ (*vice*) lege.

Beschvamtr rursùs mille [vicibus hæc] *âïethaï brahti* ut legit, dixit : [ô *Andr!*] alimentum tuum hoc est. A benedictione τῦ hoc legere, cum loco qui amicus magis (*carior* τῷ) *Andr* erat, pervenit.

Iterùm *Andr* dixit : ô *rekheschir!* cum loco cariore meo pervenisti : aliâ (*vice*) lege.

Rursùm *Beschvamtr* mille vicibus hæc *âïethaï brahti* cùm legisset, dixit : alimentum tuum hoc est. A benedictione τῦ hoc legere, *Beschvamtr* cum loco, qui juxtà τὸν *Andr* carior ab ambobus (*præcedentibus*) locis fuit, pervenit.

Andr multùm læto statu factus, dixit : ô *Beschvamtr!* cum carissimis locis meis pervenisti : nunc quidquid vis à me pete, quòd ego illud cum te (*tibi*) dem.

Beschvamtr dixit : quòd, ipsum hoc vos volo (*cupio possidere*); et desiderium habeo, quòd, quemadmodùm estis, vos sciam (*cognoscam*).

Is super quamcunque circumductionem (*quodcunque circumjectum, quamcunque comprehensionem*) circumdans (*superior*) est; et à quocunque *lattifi* (*subtili, quacunque subtilitate*), subtilior est.

In medio cubiculi cordis sit (*residet*).

Ille *âtma* hoc modo est.

Et sine volitione est : cum benevolentiâ ejus eum vident.

Quisquis eum videt, sine tristitiâ fit.

Et is *ssahebi* (*dominium*) est, quòd forma *bezorgui* (*magnitudinis*) est.

Santastr cum discipulis dixit : hunc *porsch*, quòd antiquus est, et senectutem non habet, et anima omnis est, et in medio omnis est, et circumdans omne est, illum ego scio : et sciens hunc, in ullo mundo existentia apparens non efficitur.

Khoda schenasan (*Dei cognitores*) eum (*de eo*) dicunt, quòd; primum (*prius, principium, initium*) non habet, et posterius (*finem, postremum*) non habet; et semper est.

Ens, quòd *ieganeh* (*unicum*) et sine colore est, cum diversis potentiis suis, colores diversæ speciei, quòd in eo sunt, apparentes fecit : et illud quod apparens factum (*est*), omne

Digitized by Google

postrèmò in seipso ut deletum fecit, denuò à seipso apparens facit. OUPNEK'HAT XIII.

Santastr dixit : illud (*Ens*) *ieganeh* (*unicum*), lumen, me cum intellectu (*ad intellectum*), quòd, ex illo sciam quòd ego id sum, faciat pervenire!

Etiam id *atesch* (*ignis*) est : etiam id *aftab* (*sol*) est : etiam id *bad* (*ventus*) est : etiam id *mah* (*luna*) est : etiam id *falk tsavabt* (*cœlum stellarum fixarum*) est; id est, thronus : etiam id *Haranguerbehah* est; id est, thronus, quod collecta elementa non composita est : etiam id *Bran* est; id est, *mokel ab* (*præfectus aquæ*) : etiam id *Pradjapat* est; id est, *mokel* totius mundi.

Post ab illo (*posteà*) *Santastr* dixit : tu femina es : tu homo es : tu filius es : tu filia es : et tu senex factum et baculum ut cepisti (*baculo ut senex innixum*), hominem cum errore vibras (*in hallucinationem projicis*). *Suprà, T. I, N.° XVIII, p. 77, not. infrà, p. 118.*

Tu es, quod apparens factum, omni loco appares.

Volantia nigri coloris, tu es : et volantia viridis coloris, tu es : et volantia rubri oculi, tu es.

Et nubes fulgur habentes, tu es.

Et sex (6) *fessel* (*tempestates anni*), tu es.

Et omnia maria, tu es.

Illud quod primum (*initium*) non habet, tu es : et sine fine tu es.

Et omnes mundi ex te apparens factum est; et forma tua est.

Et *maïa*, quòd volitio tua est, [1] *azeli* est (*æternus est*);

1. Hìc apertè *maïa* definitur *æterna Dei voluntas*; alibi *æternus amor*; se per opera, tres qualitates, productionem, entia particularia, manifestans. *Suprà, T. I, N.° LXXXVI, p. 405.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

et *ieganeh* (*unicus*) est; et tres (3) colores habet, quòd *sourk* (*rubrum*), et *safid* (*album*), et *siah* (*nigrum*) sit.

Volitio tua, quòd tres *ssefet* (*qualitates*) habet, in omni existens (*præsens*) est, [tres] qualitates suas apparentes fecit.

Et *djiw âtma*, quòd antiquus est, et *ieganeh* (*unicus*) est, *maïa*, quòd volitio tua est, cum eo unum factus, mansit (*in hoc statu*).

Et *djiw âtma* doctorum voluptatem ejus (*τῦ maïa*) ut cepit, et illum præteriit, *pram âtma* fit.

Suprà, T. I, N.° LXXXIII, p. 388-389.

Et duo volantia (*duæ aves*) sunt, quæ similia personæ, (*quòd alia*) contraria ei apparet. Ambo cum uno alterum amicum sunt. In (*super*) unâ arbore corpore (*uno arboris corpore*) sedens sunt. Illud quod contrarium est (*alteri*), voluptatem mercedis operum, quòd cum loco (*vice*) fructûs illius arboris est, sumit : et alterum non sumit, et *τὸ tamaschaï* facit (*quod priùs facit intuetur*).

Illud quod, propter *τὸ* sumere mercedem operum, in illam arborem deorsùm ivit (*descendit*), et dominium suum oblivioni datum fecit, id, causâ erroris ex incuriâ, et non scientiæ, ærumnâ (*tristitiâ*) affectum fit.

Tempore quo magnitudinem et *ssahebi* (*dominium*) suum scit; quòd, ego *djiw âtma* et contrarium non sum, et ipsum illud volans sum, quod *pram âtma* sit, sine tristitiâ fit.

Ille *tsched âkaschi*, quòd sine defectu est, et glorius (*gloriâ conspicuus*) est, et omnes (*libri*) *Beidha* et *οἱ Fereschtehha* in eo sunt, quisquis eum non intelligit, is è (*libro*) *Beid*, quod lucrum est obtenturus? et illi qui eum sciverunt, forma *serour* (*gaudii*) facti, in eo apparent [1].

Et omnes (*libri*) *Beidha*, et opera *τῦ korban*, et bona opera

1. *Ms.* nat. *mimanad*, *manet.*

Digitized by Google

(*benevolentiæ*), et omne jejunia[1], et quidquid fuit, et est, et est futurum, et illud quod (*libri*) *Beidha* jusserunt, omne ex eo apparens factum est. Causâ *tè maïa*, quòd volitio ejus est, hoc omne apparens fecit, et in illo spectaculo (*quod apparens factum est*), ipse ligatus factus, mansit (*in hoc statu*). OUPNEK'HAT XIII.

Maïa, congregatio, justa temperatio trium (3) qualitatum est : et dominus hujus *maïa* (*possidens hunc maïa*), volitio *tè Mehtsir* est; id est, [domini] magni. *Suprà, T. I, N.° LXVII, p.* 316.

Omnis mundus ex contrarietatibus ejus plenus factus, (*in hoc statu*) mansit.

Et in novis (*variis*) existentiis, illud (*ens*) *ieganeh* (*unicum*) est.

Tempore resurrectionis (*ultimo tempore*), omne in illud intrant : tempore apparitionis, ex eo superveniunt (*prodeunt*).

Ille dominus, qui dans desideria est, et lumen est, et *sazavar taarif* (*dignus laude*) est, quisquis verificationem ut fecit, scit, quòd ego is sum, cum quiete magnâ (*ad quietem magnam*), quòd liberatio (*beatitudo*) est, pervenit.

Omnes *Fereschtehha* ex eo supervenerunt (*prodierunt*), et in eo destructi (*annihilati*) fiunt.

Et is ab omni major est : ex eo [magis] magnitudo (*majus ens*) non est.

Is *Roudr* est; id est, perire faciens omne est.

Maha kiani est; id est, doctus magnus est, et sciens productionem *tè Haranguerbehah* est.

Illud *dzat* (*ens*) me cum intellectu puro (*ad intellectum purum*), quòd ex illo sciam, quòd ego id sum, faciat pervenire!

Et sciens secreta omnium *Fereschtehha*, id est.

Omnis mundus in eo est : et id *ssaheb* (*dominus*) omnis bipedis et quadrupedis est.

---

1. *Rouzha*, vel *dies*.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

Santastr dixit, quòd, omnia opera pura propter illud *dzat* (*ens*) lumen facio.

Hujus modi *dzati* (*ens*) ut reliqui (*relinquens*), propter quemnam *Fereschteh* τὸ *korban* faciam ?

Id à quâcunque subtilitate (*quocunque subtili*) subtilius est : in medio omnis mundi sit, et productum faciens integrum mundum est : et omnes figuræ diversæ figura ejus. Illud *ieganeh* (*unicum*) integrum mundum ut comprehensum (*contentum*) fecit, (*sic*) mansit.

Illam formam τῦ *serour* (*gaudii*) ut (*homines*) intellexerunt, cum quiete magnâ (*ad quietem magnam*) perveniunt.

In uno tempore mundum in seipso custoditum habet, et dominus mundi est.

Et in medio omnium animantium absconditum, et sciens secreta intrà (*interna*) est.

Omnes *aarfan* (*docti*) et *Fereschtegan* causâ τῦ *maarefat* (*cognitionis*) cum eo unum facti, et etiam id formam suam (*esse*) ut sciverunt, retia [mortis cum (*in*) seipsis] scindunt.

Quemadmodùm purissimum olei excessum (*summum*) subtilitatis habet (*tenuissimum est*), illud *dzat* (*ens*) etiam in excessu subtilitatis est.

Et in omnibus animantibus absconditum est; et forma τῦ *serour* (*gaudii*) est; et circumdans omnem mundum est.

Quisquis illud *dzat* (*ens*) lumen, unicum, scit, ab omnibus retibus liberatus fit.

Et illud lumen *ieganeh* (*unicum*), productum faciens mundum est.

Et illud *ieganeh* (*unicum*), *maha âtma* est; id est, *djan bezorg* (*anima magna*).

Et semper in medio [cordis] omnium animantium est.

Digitized by Google

Id, cùm ϖ rejectum monstrare (*rejiciendo*) quidquid præter id (*est*), cum cogitatione rectâ, et seipsum formam ejus ϖ scire (*sciendo*), possunt invenire : et illi qui hoc sciunt, sine cessatione fiunt. OUPNEK'HAT XIII.

Tempore quo non scientia (*inscitia*) universalis (*absoluta, particulari enti non affixa*) manet, in illo tempore, non nox est, non dies, non rectitudo (*veritas*) est, non mendacium : ipsum illud *ieganeh* (*unicum*) forma gaudii puri (*solum*) apparet.

Ipsum illud sine defectu est : lux ejus ab *aftab* (*sole*) etiam major est : et motum dans intellectui omnis, id est,

Non ei (*de eo*) suprà possunt dicere : et ei infrà [non] possunt dicere : non ei medium possunt dicere : non ei *djehet* (*latus*) possunt dicere.

Ei, simile ei (*ens*) non est.

Nomen ejus, est magna fama.

Quidquid cum oculo (*in oculum*) ingreditur (*oculo videtur*), figura ejus non est : et cum oculo id non possunt videre : (*verùm*) vel cum ϖ rejicere omne quod præter (*illud est*), possunt invenire; vel, ϖ conforme ad (*juxtà librum*) *Beid*, cum intellectu perfecto possunt invenire; vel cùm (*ex*) illo quòd seipsos formam ejus sciunt, possunt invenire : illi qui hoc modo sciunt, sine cessatione sunt.

Santastr dixit : quòd, ego à non scientiâ et errore per incuriam ut timui (*illa reformidans*), protectionem (*refugium*) cum illo ente antiquo porto (*in eo pono*).

O *Roudr;* id est, perire faciens omne! me cum *dzat* (*ente*) proprio, quod super τὸ procul facere mœrores potens est, semper à mœroribus non scientiæ custoditum habeas!

Filiis meis, et filiorum natis meis, et locis habitatis (*habita-*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

tionibus) meis, et quadrupedibus meis damnum non adveniat! et benè et benedictio (*illis*) sit!

Et *sepahian* (*milites*) ense ferientes meos, ô perire faciens omne! non occidas!

Et causâ peccatorum meorum, super me iram non facias (*non ostendas, non effundas*)!

Tò *korbani* (*sacrificium, oblationem*) super volam manûs ut cepi, in hoc conventu vos peto (*deprecor*).

[Du]o sine defectu sunt, quòd illis τὸ perire non est: unum *djiw âtma* doctus; secundum, *djiw âtma* non doctus: et [1] [hæc] ambo sine fine sunt: et *Brahm*, ex ambobus *bezorgter* (*major*) est.

In his ambobus scientiam et insipientiam (*ignorantiam*) opertas habent (*sciunt*): insipientia cessationem habet: et scientia sine cessatione est.

Et *dzati* (*ens*), quod dominus scientiæ et insipientiæ (*ignorantiæ*) est, ex ambabus immune est.

Et illud *ieganeh* (*unicum*) in omnibus existentiis apparentibus parvis et magnis, sit (*est*).

Et *kapl kiani*, quòd doctum magnum est, ex omni primùm productum fuit: et τὸ *kapl* ex diversis cognitionibus et *kian* illud *dzat* (*ens*) plenum facit. *Kapl kiani*, quòd ab illo *dzat* (*ente*) productum fuit, oportet quòd id causam productionis omnis (*rei*) sciant [2].

Illud *dzat* (*ens*) lumen, quodque unum rete trium (3) qualitatum ut largum (*expansum*) fecit, post ab illo (*posteà*)

---

1. In *ms.* meo, *dar in*, *in his*, errore amanuensis.

2. *Suprà*, *Tom. I*, *N.° II*, *p.* 9, *et not.* 1, in brevi vocum Indicarum interpretatione, *kapl kiani*, *collectio animarum* redditur; *veritas*, ut dicitur, *summè laudanda* (*Mohammedi*). Indè elici potest *kapl kiani* esse magnam universalem animam, seù primam *entis* emanationem intellectivam, quâ, quidquid existit, productum est.

Digitized by Google

ut attraxit (*astrinxit*), in justâ temperatione trium (3) qualitatum deletum facit (*annihilat*). OUPNEK'HAT XIII.

Rursùs illud ens lumen et *maha âtma*, et *padeschah* (*rex*) omnium *mokelan*, mundum ut productum fecit, *ssahebi* (*dominium*) et regiam majestatem omnem facit.

Quemadmodùm *aftab* (*sol*) ipse lumen est, omnes *djehet* (*tractus*, *omnia latera*) suprà et infrà *djehat* cum luce suâ lumen (*lucidos*) habet (*reddit*) : ipso hoc modo, illud *dzat* (*ens*) unicum, magnum, et lumen, dignum veneratione, in omnes existentias apparentes parvas et magnas ut venit, quamque unam in gradu proprio suo lumen (*luminosam*) et stabilem habet.

[1] Et ipsum illud *dzati* (*ens*), quod causa productionis omnis est, omnes res, conforme ad (*juxtà*) gradum illarum nutritas (*servatas*) ut fecit, cum perfectione (*ad perfectionem*) facit pervenire; et ex quâque figurâ, et (*quoque*) gradu, quòd vult, cum figurâ [et] gradu alio (*ad figuram et gradum alium*) facit pervenire.

Custoditum habens omnem mundum, id est : et motum dans quibusque tribus (3) qualitatibus, id est :

Et ille *Brahm*, in τοῖς *Oupnek'hathaï* (*libri*) *Beid*, quòd secretum tegendum est, absconditum est.

Et illum *Brahm*, *Brahma* productum facientem seipsum (*Brahma ipsum*) scit (*Brahma scit τὸν Brahm ipsum producere*).

Οἱ *Fereschtehhai* et docti præcedentes, qui illum *Brahm* intellexerunt, forma ejus redditi, sine cessatione facti sunt.

Ille, qui justæ temperationis trium qualitatum cum seipso (*sibi ipsi*) relationem (*attributionem*) ut fecit, faciens opera

1. In *ms.* meo : *ve haman dzati ast keh; et ipsum illud ens est, quod ... Ms.* nat. *ve haman dzati keh; et ipsum illud dzati, quod.....*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

mercedem habentia fit ; et voluptatem mercedis operum suorum sumit ; et causâ trium (3) qualitatum figuræ plurimùm apparet ; ipse ille *djiw âtma* tres (3) vias habet : et, causâ motûs τῦ *pran*, conforme ad (*juxtà*) opera sua, cum mundis finalibus (*ad mundos postremos*) vadit.

Et ille *djiw âtma*, quantitate digiti pollicis, in medio foraminis cordis est ; et, similis *aftab* (*soli*), cum luce lumen est ; sed, causâ intellectûs, in vinculum egoitatis et volitionis cecidit.

Ipsum illud lumen, quod quantitate digiti pollicis est, in pluribus cordibus creaturarum parvarum, æquale capiti (*cuspidi*) acûs sit : et in pluribus creaturis, quæ etiam ex illis minores sunt, æquale cuspidi unius capilli, quòd illum centum centum partes fecerint, et unam ex illis centum (*partibus*) rursùs centum partes fecerint : conforme ad (*juxtà*) excessum parvitatis animantium, in animantibus est ; et ipse ille *djiw âtma*, in creaturâ magnâ, conforme ad (*juxtà*) cor illius creaturæ est.

Tempore quo seipsum cognoscit, sine fine fit.

Suprà, p. 113. Et ille *djiw âtma* femina etiam non est, et homo etiam non est, et effeminatus (*hermaphrodytus*) etiam non est.

Et in quodcunque corpus quod intrat, conforme ad illud corpus nomen sumit.

Causa volitionis cordis, et causa τῦ tactum facere, et causa τῦ videre et adducere imaginationem horum in cor, corpori quod creavit, fit.

Et è τῷ edere escam et aquam, quod sperma (*semen genitale*) fit, causa productionis corporis efficitur.

Et post à τῷ mori, ipse ille *djiw âtma*, conforme ad (*juxtà*) opera, in illis (*posterioribus*) mundis corpus ut cepit, voluptatem mercedis operis obtinet : et tres (3) qualitates in

Suprà, T. I, N.° XLIII, p. 247, 248.

Digitized by Google

seipso ut scivit, in quoque statu corpus crassum et subtile sumit. OUPNEKHAT XIII.

Et merces quæ ex operibus puris et malis acquisita fit, et merces quæ ex τῷ *maschghouli* acquisita fit, et merces (*horum*), quòd causâ horum corpus subtile et crassum uno loco sunt.

Et causa alia τῦ sumere corpus in mundis, possessio operum est, quòd (*quæ*) in corde ejus firmiter contenta facta est.

Ens, quod primum (*initium*) non habet, et postremum (*finem*) non habet; et in circuitu totius mundi sponsor (*sui ipsius testis*) factum (*sic*) mansit; et productum faciens omnem mundum est; et figuras sine fine habet; [et] omnem mundum in se convolvit; et unicum et lumen est; quicunque (*illud*) hoc modo scit, et intelligit, ex omnibus vinculis et retibus liberatus fit.

Illud ens purum cum munditiâ et lumine cordis scitum fit, quòd ei locus etiam non est, et nomen etiam non est, et custoditum habens, et perire faciens est, et forma *serour* (*gaudii*) est, et cum volitione antiquâ mundum productum facit : illi qui hoc *dzat* (*ens*) lumen hoc modo sciunt, aliam existentiam apparentem corporis relinquunt. *Suprà, T. I, N.° LXVII, p. 316.*

Adhiaï quintum absolutum est.

[*Adhiaï sextum.*]

[1] Plures seipsos scientes dicunt; quòd (*dùm*) in illis non scientia et error ex incuriâ plenum est (*illos replent*). CXI.

Dicunt, quòd mundus ipse cum ipso (*per seipsum*) productus factus est.

Et ipso hoc modo, plures dicunt, quòd quidquid existit tempus est. *Suprà, N.° CX, p. 95.*

1. In meo *Ms.* lacuna duorum verborum; fortassè horum, *adhiaï sextum.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

Non hoc modo est : quin imò, è magnitudine illius entis-luminis, hæc sphæra mundi gyrans (*se volvens*) est : et id semper mundum in seipso convolvit.

Et id sciens omne est, et perire faciens tempus est, et occidens mortem est : et omnes qualitates in eo est (*sunt*); et omnes scientiæ et facultates (*artes*) in eo est ; et largiens signum (*vestigium*) cum operibus (*illis existentiam externam dans*) est.

Id est, quod pulvis (*terra*), et aqua, et ignis, et ventus, et *âkasch* factum, apparens effectum est.

Hoc modo oportet scire, quòd omne id est; et omnia opera propter id ut fecerunt, post à τῷ purum esse cor, derelictionem operum ut fecerunt, cum principali principalis et principio principii unum fiunt.

Et ille modus hic est : unum (*primum*), antè directorem ire : et secundum, fidem cum directore (*directori*) et τῷ *Brahm* adducere (*habere*) : tertium, audire veritatem à directore; veritatem cum argumento (*probatione*) scire, et semper in illâ verificatione (*certâ cognitione*) submersum esse, id est, perpetuâ (*entis*) præsentiâ : et ampliùs, octo modi τῦ *djog* : et ampliùs, mercedem cujusque operis alligati cum tempore (*tempori fixo addicti*) scire : et ampliùs benevolum et patientem, et purum esse : et semper lætum esse : et sine volitione et liberalem esse : et actiones super seipsum faciliter capere (*libenter opus aggredi*) : et invidiam non ferre (*invidiâ non laborare*) : et possessionem (*suam*) facere volitionem τῦ *Brahm* (*illi totum se tradere*).

Suprà, N.° CX, p. 106.

Cum his qualitatibus, *djiw âtma* cum *âtma* unum factus, liberatus (*beatus*) fit.

Et τὸν *maschghouli* operum, quòd largiens mercedem est, ut (*homo*) inceptum monstravit (*incepit*), et quodlibet crassum

Digitized by Google

cum subtili unum effecit, omnem multiplicitatem in (*cum*) justâ temperatione trium (3) qualitatum unum faciat. OUPNEK'HAT XIII.

Tempore quo hoc modo *danest* (*scivit*), crassum et subtile, omne *evanidum* fiunt : et quoniam hæc omne evanidum fiunt, opera etiam omne evanidum fiunt : et quoniam opera ejus omne evanidum reddita sunt, forma τῆ *dzat* (*entis*) fit : et ex quibusque tribus (3) mundis *nasout*, et *malkout*, et *djabrout*, liberatus (*immunis*) redditur.

Id (*ens*) est primum : id est causa τῆ unum facere τὸν *djiw âtma* cum seipso : et id est causa causarum : et id est superius è tempore *mazzi* (*præterito*), et *hal* (*præsenti*), et *estekbal* (*futuro*).

Et id est *akla;* id est, divisionis (*partium*) non capax : et cum illo quòd divisionis capax non est, et docti, è τῷ *maschghouli* cum eo (*ei*), id vident.

Totus mundus figura ejus est : et omnis mundus ex eo apparens factus est, et fit : et omne elogium ejus faciunt : et lumen est : et in medio cordis sit : cum eo (*ei*) *maschghouli* ut fecerunt, liberati (*salvi*) fiunt.

Et illud *dzat* (*ens*) è mundo, qui cum figurâ *derakht* (*arboris*) est, et è tempore, et è figurâ superius est.

Et hoc ostensum sine est (*sine* τῷ *esse*), mundus ex eo apparet.

Dans ductum (*gratiam efficacem*) operis meritorii est, et procul faciens violentiam. *Suprà, T. I, N.° XL, p. 124.*

Id dominus harum sex rerum est : una, *ssahebi* (*dominium*) magnum : secunda, opus purum : tertia, magna fama : quarta, opes : quinta, τὸ sine volitione : sexta, (6) liberatio (*beatitudo*).

Qui dominum harum rerum in seipso, et totum mundum in eo scivit, sine cessatione fit.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

Et id dominus magnus *ssaheban* (*dominorum*) est : et *ssaheb* (*dominus*) magnus τῶν *Fereschtehha* est : et nutritum faciens (*servans*) magnum (*maximum*) omnium nutritum facientium est.

Et à justâ temperatione trium (3) qualitatum superius est.

Hujusmodi *ssaheb* (*dominum*) omnium mundorum, quòd *dzat* (*ens*) lumen est, et dignum [veneratione et] elogio est, illud sciamus.

Suprà, T. I, N.° LXVII, p. 316.

Non ab eo aliquid productum fuit : et non id ab aliquâ re productum fuit :

Et ulla una (*res particularis*) cum eo æqualis non est : et ulla res ex eo magna (*eo major*) visa non fit.

Et potentia ejus, quòd ab omni superior est, cum luminibus (*per lumina*) diversi generis apparens facta est.

Et scientia, et vis, et operatio ejus, conveniens enti ejus est : id est, *ssefat* (*qualitates*) semper forma [1] *dzat* (*entis*) est (*sunt*).

Et in toto mundo ei nutriens (*quod illud nutriat, servet*) non est : in toto mundo ei dominus non est, et imperans non est.

Et id sine indicio est : et id principium omnis (*rei*) est : et *oi mohelan* sensuum, qui dominus sunt, id dominus illorum est.

Id productum faciens (*qui id producat*), non est : et id nutriens (*qui id nutriat, servet*), non est :

Quemadmodùm aranea, cum voluptate propriâ, à seipsâ fila ut super attulit (*extraxit*), super se convolvit, in illis sit

Suprà, T. I, annotat. p. 502-503.

1. Indè sequitur *formam*, *aaïn*, esse convenientiam, similitudinem, è duobus entibus unum efficientem; quemadmodùm qualitates et ens, seu modi et supposita, unum sunt. *Suprà, T. I, N.° XVI, p.* 57, *not.* 1; *infrà, p.* 126.

Digitized by Google

(*residet*) : ipso hoc modo, illud *dzat* (*ens*) sine defectu, unicum, lumen, filum justæ temperationis trium (3) qualitatum, cum voluptate propriâ, è seipso ut super attulit (*extraxit*), et seipsum in illo convolvit, in illo sit (*residet*). OUPNEK'HAT XIII.

Illud *dzat* (*ens*) sine cessatione seipsum cum me (*mihi*) det; id est, me formam suam efficiat.

Et illud lumen *ieganeh* (*unicum*), quod in medio omnium animantium absconditum est, et circumdans omne est, et anima omnium animantium est, et *ssaheb* (*dominus*) dans mercedem operum est, et omnia animantia in eo sint, et testis omnis est, et forma scientiæ est, et immune (*ab omni*) est, et sine qualitate est, et omnia submissa ei sunt; et illud unicum semen omnium existentiarum apparentium [est], quiescens et motum cum diversis figuris ostendit; docti, qui illud *dzat* (*ens*) in seipsis vident, quies æterna illis est, non alii.

Id stabilius à quâcunque stabilitate est : et scientius (*magis sciens*) à quâcunque scientiâ est.

Id unum est; et super afferens (*exequens*) desideria omnia est.

Et illud productum faciens totum mundum cum *selouk* et cognitione possunt invenire.

Quispiam qui illud ens lumen scit, ab omnibus ligamentis (*vinculis*) liberatus fit.

Illo loco, quo illud *dzat* (*ens*) est, non lumen solis est, non lumen lunæ, non lumen astrorum, non lumen fulguris etiam (*ad*) illum locum non pervenit : quid? (*nam*) locum horum ignium omnium lumen ejus fecit; è lumine ejus lumen sunt.

Unum *hasti* (*una existentia*), quod in mundo est; id est, *djiw âtmaï*, quod in corpore est, ipsum illud est calor naturalis; ipsum illud est in aquâ. *Suprà, T. I, N.° LIV, p. 274.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIII.

Quisquis ipsum hoc (*esse*) formam entis scit, ei unquàm mors non advenit : et præter (*nisi*) hoc, propter liberationem (*beatitudinem*) via alia non est.

Ipsum illud, productum faciens totum mundum est; et sciens omne est.

Id, ipsum cum ipso (*per seipsum*) apparens est.

Et ipsum illud, forma scientiæ est.

Et ipsum illud, occidens mortem est.

Et omnes qualitates, ex eo est (*sunt*) : et omnes scientiæ, ex eo est : et id, cognoscens mundum est.

Dominus justæ temperationis trium (3) qualitatum est.

Et dominus *tẽ djiw âtma*, et omnium qualitatum est.

Principium liberationis (*beatitudinis*), et nutritionis (*conservationis*), et vinculi (*particularisationis*), id est : et qualitas ejus forma *dzat* (*entis*) ejus est.

Suprà, p. 124, et not. 1.

Et sine cessatione est : et ipsum in magnitudine suâ (*propriâ*) est : et forma scientiæ est : et in omni (*re*) est : et nutritum (*servatum*) faciens totum mundum est : et semper præfectus (*judex*) totius mundi est : super (*ad dandum*) mandatum, nisi id, aliud (*ens*) potens non est.

Primùm id *tòv Brahma* productum facit, et *tòv Brahma* (*libros*) *Beid* edocet.

Illud *dzat* (*ens*) lumen, à *tῳ̃* scire (*cognoscendo*) *tòv djiw âtma*, ipsum apparens (*scitum*) fit.

Santastr dixit : ego, qui petens liberationem (*beatitudinem*) sum, cum (*in*) eo protectionem quæro.

Et illud *dzat* (*ens*) divisionis (*partium*) capax non est : et sine motu est : et forma *aram* (*quietis*) est : et sine dedecore (*defectu*) est : et sine qualitate est : et pons *tò* pervenire cum (*ad*) *tò* sine cessatione est :

Digitized by Google

Et quemadmodùm, post à τῷ accendere ignem, urere lignum, et procùl (*remotum fieri*) cinerem, ignis sine fumo, purus manet; ipso hoc modo, illud *dzat* (*ens*) lux, purum est. OUPNEK'HAT XIII.

Quemadmodùm puerulus vult, quòd, sicut corium bovinum τὸν *Bhout âkasch* convolvat; et hoc impossibile est: ipso hoc modo, non sciens, qui vult, quòd sine τῷ cognoscere illud *dzat* (*ens*) lumen, liberationem obtineat, impossibile est.

[Cum] benedictione mortificationis et complacentiæ (τῆ *ei placere*), illud *dzat* (*ens*) lumen, *Brahm* (*esse*) *Santastr* scivit: et hanc scientiam magnam et pura facientem peccata, cum personis, quæ è quatuor modis τῆ *sanias* prætergressæ, suprà iverunt, et illas *pram hens* dicunt, et cum ratione bonâ (*recto modo*) cum illis (*eis*) dixit. *Suprà, N.° LXXII, p. 338, 339.*

Et voluptatem hujus scientiæ *aarfan* (*docti*) magni sciverunt, et obtinuerunt.

Et hoc secretum magnum tegendum τῶν *Oupneḱ'hata* est.

Et semper hanc scientiam ut dixerunt (*dicentes*) venerunt.

Sed cordi cujuscunque quies acquisita non fuit, hanc scientiam cum eo (*ei*) non oportet dicere.

Et si (*verùm*) cum filio, qui conveniens (*illi aptus*) sit, oportet dicere; et discipulo qui sincerus sit, oportet dicere.

Quisquis perfectam pietatem cum illo ente-lumine (*ergà illud ens-lumen*) habuerit, et eodem modo perfectam fiduciam cum [1] seni (*directori*) suo habuerit, veritas hujus verbi [2] super ipsum illum *bezorg* (*magnum*) apparens fit, et *Brahmnan* (*Brahman*) magnus apparens fit.

Absolutum est *Oupneḱ'hat* SANTASTR, ex *Djedjr Beid* (*desumptum*).

---

1. In meo *Ms. ve honr khod, et virtutem suam*: in *Ms.* nat. *be pir khod, cum seni suo.*

2. In meo *Ms. Brahmnan bezorg, Brahmnan magnus*: in *Ms.* nat. *bar haman bezorg, super ipsum illum magnum.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT decimum-quartum.

OUPNEK'HAT PORSCH[1],

Ex ATHRBAN BEID (*desumptum*);

Id est, in hoc Oupnek'hat quæstio et responsum multum est.

CXII. SOUKBA, natus τȣ̃ *Bhardouadj*, *Satkam*, *Sourdjabli*, *Kosl beid*, *Ati*, *Khindhi*, hæc quantitas τῷ *rek'heschiran*, *Brahm* magnum ut sciverunt, propositum hoc fecerunt, quòd cum eo (*ad eum*) perveniant, et semper in eo sint.

Propter τὸ obtinere τὸν *Brahm* consultationem (*vestigationem*) ut fecerunt, ante *Pilad rek'heschir*, qui [2] sine τῷ (*per*) annum manducatu (*nihil per annum manducatus*) transire faciebat (*vitam agebat*), cum modo, quòd ratio τȣ̃ ire antè *ostad* (*præceptorem*) et civilitas est, iverunt: quòd (*quia*) hic magnus est, et dominus cognitionis, et omni-scius est; quidquid nos ab hoc sumus petituri, hic cum nobis est dicturus.

In conspectum ejus ut iverunt, petitionem suam apparentem fecerunt.

Ille *rek'heschir* magnus cum illis dixit, quòd; si vos *selouk* et mortificationem agatis, et derelictionem omnium voluptatum faciatis, et cum fiduciâ (*fide*) unum annum antè me sitis, illud quod estis petituri, quidquid scio responsum (*petito*)

---

1. *Suprà*, *Tom. I*, *N.° III*, *p.* 13, PORS.

2. Lego: *bi sal khordeh*, *sine* (*non*) *anno manducatus*. In *Ms.* nat. *ben bolbol khordeh*, *filius lusciniæ parvus* habebatur. Si *belil*, loco τȣ̃ *bol bol* legatur, *qui myrabolanis vescebatur*; vel *pel pel*, *piper comedens*; vel *sine qui annos comedit* (*non senex vitam agebat*).

Digitized by Google

omni cum vobis sum dicturus (*quidquid sciam responsum dabo*). OUPNEK'HAT XIV.

Illi omnes, approbationem ut monstrârunt (*consentientes*), nocte et die in obedientiâ mandato illius *rek'heschir* celebris fuerunt.

Quandò annus, cum ratione quâ constitum fuerat, absolutus fuit, *Kindi* nomine *rek'heschir*, ab omnibus antè factus, (*præ omnibus*) hanc quæstionem fecit, quòd : ô digne veneratione ! hic mundus è quo loco (*undè*) productus factus ?

Pilad dixit : *Pradjapat*, quòd principium faciens est, voluit quòd productionem faciat (*faceret*).

Post ab illo (*posteà*), mortificationem cùm traxisset, id est, in corde *maschghoul* factus, et cogitationem ut fecit, duas res productas fecit ; unam, *soum*, quòd luna est, et *abhiat* (*aqua vitæ*) in eâ est ; secundam, *pran*, quòd *aftab* (*sol*) et *atesch* (*ignis*) in eo est. *Suprà, T. I, N.° XXIII, p. 118 et not. 2.*

Hæc ambo ut producta fecit, scivit, quòd, ex his duobus omnes productiones sunt futuræ.

Et has duas productiones multùm comedere fecit.

In medio productionis (*intrà productionem*) *pran*, *aftab* (*sol*) et comedens productus fuit : et intrà lunam, aqua vitæ et alimentum, et omne parvum et magnum, productum fuit.

Porrò edens omne *aftab* (*sol*) est :

Et edulium *mah* (*luna*) ex hoc respectu (*ideò*) est, quòd *aftab* (*sol*), cum quocunque tractu (*ad quodcunque punctum*) quòd tendens sit, è *djehet* (*lateribus*, *tractibus*) hominem illius *djehet* (*tractûs*) in seipsum deorsùm trahat [cum vi suâ] : id est, ex oriente quòd (*si*) superveniat (*exeat*, *oriatur*), omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV.

deorsùm attrahit : et quandò cum meridie (*ad meridiem*) venit, omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit : et quandò cum occidente venit, omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit : et quandò cum septentrione venit, omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit : quandò cum subter terram vadit, omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit : et quandò cum tractu (*ad tractum*) *alras* (*capitis*, *ad polum*) venit, omnia animantia illius tractûs, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit : et cum quocunque angulo, qui in medio quatuor *djehet* (*lateris*, *laterum*, *tractuum*) est, (*quòd*) eat; et (*ad*) quemcunque locum quòd lumen ejus perveniat, omnia animantia illius loci, è viâ radiorum suorum, in seipsum deorsùm attrahit.

Suprà, T. I, N.° LXXVI, p. 362.

Proindè omne (*omnia*) alimentum ejus fuerunt (*sunt*).

Ex ipso hoc respectu (*idcircò*) eum *Beischvanr*, quod significatio ex calore naturali et comedenti omne est (*quod significat calorem naturalem, et Ens comedens omne*), et *bas roup* est, quòd omnis mundus ab eo figuram cepit, dicunt.

Et *pran* etiam is (*sol*) est : et ignis etiam is est : et ignis factus, sursùm (*in altum*) venit; et ignis factus, deorsùm vadit; id est, in sursùm etiam lucidus est; et in deorsùm lucidus est.

Et conforme ad ipsum hoc, in *mantr* (*libri*) *Beid* est, quòd; sol *bas roup* est, id est, figura omnis est.

Et *Haranguerbehah* etiam is est; id est, [cum] radiis suis cum latere suo (*ad se*) [omne] attrahit.

Et is est *djat dida* ; id est, sciens et intelligens omne.

Digitized by Google

Is est *Naraïn;* id est, locus magnus est.

Et is est unum *djout;* id est, similis ei lux altera non est.

Et is est splendore calefaciens.

Et is est *shensch akeren;* id est, mille radii.

Et is est *sat dha;* id est, figura diversorum generum.

Et is, quòd ortum facit, anima omnium animantium est.

Et is est integer annus : quid? (*nam*) ab eo est dies et nox.

Et is est *Pradjapat;* id est, annus, et mensis, et dies, et epocha (*data chronica*) ex eo [producta fuit et] producta est.

Ei duæ viæ est; id est, est sex menses in tractu septentrionis, et sex menses in tractu meridiei. *Suprà, T. I, N.° LX, p. 291-292.*

Quisquis cum opere (*operi*) mortificationis et actionum benevolentiæ *maschghoul* est, is post à. τῷ *mori*, cum viâ (*per viam*) sex mensium meridiei, cum lunâ (*ad lunam*) pervenit, et *makt* et liberatus (*beatus*) non fit.

Et cum lunâ ut pervenit, tempore quo merces operis puri absoluta (*finita*) fit, reversus, cum mundo (*ad mundum*) mercedis mali, quòd *douzakh* est, vadit.

Cum respectu ipso hoc (*ideò*) quòd, quisquis volitionem natorum, et mundi, et opum habet, opus purum et actionem benevolentiæ facit; ex hoc respectu lunam edulium omnis (*entis*) dicunt; quòd mercedes operum suorum è viâ lunæ obtinent.

Et quisquis mortificationem et derelictionem omnis voluptatis facit, et intuitum super mercedem non habet, et cum fide rectâ, è viâ cogitionis petitor (*quæsitor*) τῦ *âtma* est, et cùm *âtmam* (τῷ *âtmam*) *maschghoul* est, [et forma τῦ *âtman* factus est], cum viâ sex (6) mensium, quòd sol (*in*) tractu septentrionis est, cum sole (*ad solem*) pervenit.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV.

Proindè sol, qui forma *tẽ âtma* est, domus omnium animarum est.

Hic sol sine cessatione est ; hic sol sine timore est, et locus magnus est.

Cum eo (*ad eum*) ut pervenit, cum mundo (*ad mundum*) mercedis mali rursùs non venit.

Et non scii (*inscii*) cum eo (*ad eum*) non perveniunt.

Conforme huic in *mantr* (*libri*) *Beid* est : ipse hic sol, qui cum figurâ anni est, quinque (5) pedes habet. Etsi annus sex (6) *fessl* (*tempestatum est*) ; quòd, quodque *fessli* duorum mensium est : attamen, quoniam quatuor menses frigoris [1] unum *fessl* fixum dederunt (*assignârunt*) ; ex hoc respectu (*idcircò*) quinque (5) (*pedes*) sunt.

Suprà, T. I, N.° LXXVI, p. 359, 362.

Et duodecim (12) partes habet, quòd duodecim (12) menses sit.

In sex mensibus itineris meridionalis aquam effundit ; id est, in tribus (3) mensibus causa descensûs pluviæ fit, et in tribus (3) mensibus rorem spargit.

Et in sex mensibus itineris septentrionalis solem *batschehin* dicunt ; id est, scientem omne.

Proindè, quisquis in his sex mensibus moritur, sciens omne fit.

Et hoc integrum iter sex mensium solis cum meridie (*ad meridiem*), una nox *τῶν Fereschtehha* est : et iter sex mensium solis cum septentrione (*ad septentrionem*), unus dies *τῶν Fereschtehha* est [2].

1. Quatuor frigoris menses, et tres pluviæ, plagam Indiæ septentrionalem, ubi *Oupnek'hat* compositum fuerit, denotant.

2. Proindè annus *τῶν Fereschtehha* constat 360 itineribus integris solis, seu 360 annis.

Unus è magnis antiquorum annis.

Digitized by Google

Et luna etiam *Pradjapat* est : quid? (*nam*) ex eâ nox et dies mundi animarum apparens fit (*cognoscitur*). OUPNEK'HAT XIV.

Quindecim (15) dies augminis lucis lunæ, nox mundi animarum est : quid ? (*nam*) in diebus augminis lucis lunæ, vultum cum (*in*) mundo corporum habet.

Et quindecim (15) dies defectûs (*diminutionis*) lucis lunæ, dies mundi animarum est : quid ? (*nam*) in diebus defectûs lucis lunæ, vultum cum (*in*) mundo animarum habet [1]. *Suprà, T. I, N.° XX, p. 146.*

Ex hoc respectu (*idcircò*) in quindecim (15) diebus, quòd lux lunæ in defectu est, et vultum cum (*in*) mundo animarum habet, statutum factum est, quòd opera benevolentiæ (*dona*, *largitiones* etc.), quæ propter animas præteritorum (*mortuorum*) faciunt, in illis diebus facta fuit.

Et ipsum hoc τὸ nox et dies, etiam *Pradjapat* est.

Dies, quòd edens est, *pran* est : et nox alimentum est.

[2] Quisquis, in die, cum uxore suâ commercium habet, *pran* suum siccum (*exhaustum*) facit.

Et quisquis, nocte, cum uxore suâ commercium habet, dixeris, cum uxore [suâ] commercium non habuerit; et ulla res ex eo minor non facta (*nihil roboris*, *substantiæ perdidit*): et commercium noctis multùm utilitatis habet.

Ipsum hoc alimentum (*nox*) etiam *Pradjapat* est: quid? (*nam*) sperma (*semen genitale*) ex eo productum fit; et ex spermate (*semine genitali*) omnes nati (*posteri*) producti fiunt.

Et quispiam qui nocte cum uxore (*suâ*) commercium habet, et die commercium non habet, sperma (*semen genitale*) suum perditum non facit : quid ? (*nam*) è commercio quod nocte

1. Indè elicitur annus mundi animarum, constans 360 mensibus, seu 10,800 diebus vel 30 annis 360 dierum; quod generaliter cursui Saturni respondet.

2. Quædam hic, de generatione, quoad causam, actum et objectum, vel physicum vel morale, observatione digna.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV. habitum fiat, ex illo spermate (*semine genitali*) filius et filia productum fiat.

Et quispiam, qui nocte cum uxore [suâ] commercium habet, cum mundo (*ad mundum*) lunæ, quòd mundus boni (*operis*) est, pervenit. *Suprà, p.* 131.

Et quispiam, qui post quartum diem, quòd tempus munditiei è mensibus est, usquè sextum decimum (16), quòd dies (*tempus*) τῆ figuram ligare (*formam sumere*) sperma (*semen genitale*) est, in vulvâ, quâque lunatione (*quoque mense*), unâ vice antè uxorem vadit; hoc opus intrans (*in* τὸν *Brahmtscheradj* est; id est, intrans (*in*) cultum Dei et mortificationem (*pietatis in Deum et veræ mortificationis pars*) est. Quid? (*nam*) is propter voluptatem hanc actionem non facit: quin imò, cum mandato Dei, cum proposito τῆ productum facere filium, illam actionem facit [1].

Et si, in his diebus, unâ vice, in lunatione (*mense*) non vadit, *Brahm hitâ* factum fuerit; id est, sanguis τῆ *Brahmni* fusus fiat: et ex non ire, quandò quidem filius non fit, dixeris; sanguinem hominis fecit (*fudit*).

Et in loco alio (*libri*) *Beid* memoratum est, quòd, nocte sextâ (6), *quæ* (*ab*) initio mensium est, nocte octavâ (8), et nocte decimâ, et nocte duodecimâ (12), et nocte quartâ decimâ (14), et nocte sextâ decimâ, quod noctes pares est, si antè uxorem (*homo*) vadit, filius simul provenit.

Et nocte quintâ (5), quòd nox prima munditiei (*à*) mensibus est, et nocte septimâ (7), et nonâ (9), et undecimâ (11), et tertiâ decimâ (13), et quintâ decimâ (15), si cum uxore commercium habet, filia genita fit.

Et statum est, quòd in his diebus, in noctibus, quòd filius

1. Procreatio filiorum, mandato Dei, solus innocens actûs generationis scopus.

Digitized by Google

genitus fit, oportet quòd uxor ex alimento solito aliquid minùs comedat, quòd, è τῷ minùs edere alimentum, sperma (*semen genitale*) mulieris minùs fiat, et sperma (*semen genitale*) hominis, quòd auctum fiat, filius genitus efficiatur. OUPNEK'HAT XIV.

Si in noctibus, quòd fixum est quòd (*in illis*) filius sit, et mulier aliquid multùm comederit, quandoquidem sperma (*semen genitale*) mulieris ampliùs (*abundantiùs*) à spermate (*semine genitali*) hominis (*in*) copulatione fit, illum filium figurâ et indole femineâ facit provenire.

Et si in noctibus, quòd productio filiæ in illis fixa est, et sperma (*semen genitale*) hominis abundantius sit à spermate (*semine genitali*) mulieris, filia producta fit, quæ figuram et indolem virilem habuerit.

Et si ambo spermata (*semina genitalia*), in noctibus imparibus, quòd fixum est (*in illis*) filia fiat, vel noctibus paribus, quòd fixum est (*in illis*) filius fiat, æquale sit (*æqualia sint*), natus impotens et hermaphrodytus fit.

Si in noctibus paribus est, hermaphrodytus homo apparens; et si in noctibus imparibus est, hermaphrodytus femina apparens, fit.

Et si mulier, in diebus, quòd noctes pares propter filium fieri fixum factum, et noctes impares propter filiam fieri fixum redditum, sine illo quòd maritus cum eâ commercium habeat, in somno vidit, quòd cum marito suo commercium habuerit, et emissio (*seminis*) facta est; si quandòque mulieri venter manet, et generat, frustum carnis, sine animâ productum fit; et si non generat, in ventre manet, et venter ejus altus fit (*tumidus fit*).

Quoad illud frustum carnis è ventre illius mulieris non exit, natum ampliùs non generat.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV.

Quispiam qui, in lunatione (*mense*), unâ vice cum ratione (*juxtà*) quòd fixum factum, cum uxore suâ commercium habet; quòd illud mortificatio et *Brahmtscheradj* est; et is semper in actionibus rectitudinem professionem (*vitæ rationem*) facit, secùs ac (*nisi in*) quinque (5) locis; si in illis quinque (5) locis mendacium etiam dicit, dixeris : rectè (*verè*) locutus est (*idem est, ac si veritatem dixisset*).

[1] Unus (*ex illis quinque locis*) propter matrimonium, quòd, si mendacium dicit, quòd (*illo*) aliquis conjugatus fiat; permissum est (*licitum, transiens*).

Et secundus, propter τὸ liberatum facere aliquem à τῷ occidere (*illum*), quòd is cum non veritate (*injustè*) occisus sit (*foret*); si mendacium dicit, permissum est.

Tertius : in loco, quòd opes alicujus (*illic sunt*), cum non veritate (*sine justâ causâ*) cum direptione (*ut illas diriperet quisquam*) iverit; propter τὸ custoditas habere opes ejus, si (*homo*) dicit, quòd hæ opes meæ est (*sunt*), hujusmodi mendacium dicere permissum est.

Quartus : in tempore τῇ commercium habere cum uxore, si aliquid mendacii propter consolationem (*voluptatem*) cordis ejus dicit, permissum est.

Quintus (5) : si propter elogium vel liberationem (*unius*) *Brahman*, vel feminæ bovis (*vaccæ*), mendacium dicit, permissum est.

---

1. Si licitum unquàm fuit mendacium, certè in tribus prioribus circumstantiis hîc illatis. Quarta est jocus, potiùs quàm mendacium. Quinta pendet è præjudicatis Indorum opinionibus. *Evangelium* solum, inter omnia relligionum monumenta, inconcussa adstruit nunquàm lædendæ veritatis jura.

Quin et Indorum principiis adhærendo, cùm homo ad consortium Dei vocetur, et veritas Deus sit, quicunque, vel ridendo, falsum dicere audet, divinam quasi naturam respuit, divinæ insuper læsæ majestatis reus.

Digitized by Google

Quispiam, quòd semper rectitudo vitæ ratio (*ejus*) est, et tortuosum ludens, et impius non est, et malo alieno gaudens, et hypochrita, et seipsum monstrans (*superbus*) non sit, ei ille *Brahm lok* purus et immunis (*ab omni*), quòd [locus] liberationis (*beatitudinis*) est, facilis (*acquisitu*) fit: et propter τὸ accipere mercedem operum malorum, in mundos malos, quòd *douzakh* est, denuò non venit. OUPNEK'HAT XIV.

Brahmen absolutum est.

Brahmen.

Post ab illo (*posteà*) *Bhar kour rek'heschir* à *Pilad rek'heschir* petiit, quòd: ô digne veneratione! quot *mokel* custodes corporis sunt; et quinam *mokelan* corpus lumen (*lucidum*) faciunt (*vividum reddunt*); et in medio horum *mokelan*, quisnam magnus est? CXIII.

Pilad dixit, quòd, *âkasch*, et ventus, et ignis, et aqua, et pulvis (*terra*), et loquela, et cor, et visus, [et odoratus], et auditus; hæc in corpore lumen ut fecerunt, cum uno alterum disputationem fecerunt: et quodque unum dixerunt, quòd; custoditum habens et lumen faciens corpus nos sumus. *Suprà, T. I, N.° XIII, p. 42, 43.*

Pran magnus cum illis dixit: vos disputationem sine loco (*sine ratione*) facitis; quòd, ipse hic ego quinque (5) elementa, et quinque (5) sensus factus, custoditum habens et lumen faciens corpus sum.

Illa fidem cum dicto τῦ *pran* non fecerunt.

Pran, opponens se (*eorum prætentionibus*) factus, voluit, quòd egressus eat.

È τῷ euntem esse τὸν *pran* (*halitum*) omnia, sine electione, (*coacta*) ponè sequentia esse fuerunt (*illum naturaliter, neces-*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV.

sariò secuta sunt) : tempore quo *pran* mansit, illa etiam manserunt.

Quemadmodùm rex muscarum mellis (*apum*), quòd, omni tempore (*utcunque*) iens fit (*abit*), omnes muscæ mellis, sine electione (*coactæ*) euntes fiunt; et si is manet, omnes, sine electione (*necessariò*) manent : ipso hoc modo, è τῷ manere *pran*, visus, et loquela, et cor, et odoratus, et auditus, in loco suo manserunt, initium in laudem et elogium τῦ *pran* fecerunt : quòd, ignis splendore calefaciens, *pran* est; et sol lumen (*lucidus*), *pran* est; et nubes pluens, et *Andr*, rex τῶν *Fereschtehha*, *pran* est; et ventus magnus, *pran* est; et terra, *pran* est; et vegetabilia et alimentum, *pran* est; et quidquid existit, *pran* (*spirat*), *pran* est; et quidquid non est (*pran*), *pran* est; et lumen faciens omne, *pran* est; et sine cessatione *pran* est.

Quemadmodùm omnia ligna pedis (*rotæ*) currûs, cum umbilico medii pedis (*modiolo rotæ*), firmiter constricta sunt; omnes sensus cum τῷ *pran*, firmiter constricti sunt.

(*Liber*) *Rah Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid* [et οἱ *Fereschtehha*], et τὰ *Korbanha*, οἱ *Tschehtrian*, et reges, et omnes *Brahmanan;* omne *pran* est.

O *pran* (*halitus*) [1] ! *Pradjapat* tu es.

In vulvâ sperma (*semen genitale*) cum figurâ patris et matris faciens (*formans*) tu es : et figura filii etiam tu es.

Et loquela, et auditus, et visus, omne propter te alimentum munus afferunt.

O *pran !* simul viâ (*comes*) iens omnium sensuum tu es : et euntes faciens omnes illos tu es.

Et alimentum faciens pervenire (*ad*) omnes *mokelan* tu es;

1. Encomium supremi halitûs, omnia, vivifico spiritu, edentis, nuttientis, fecundantis, et, eodem subtracto spiritu, destruentis.

Digitized by Google

et alimentum faciens pervenire cum mundo (*ad mundum*) animarum tu es : et edulium omnis (*entis*) etiam tu es. OUPNÉR'HAT XIV.

Et custoditos habens omnes sensus in corporibus tu es : et in toto corpore, principale etiam tu es.

[Et *Andr* etiam tu es], id est, rex omnis tu es.

Et in tempore iræ, *Roudr* tu es; id est, corruptibile (*destructum*) faciens omne tu es. *Suprà, T. I, N.° LXVII, p. 316, 317.*

Et *Beschn* factus, cum omnibus modis nutriens (*servans*) omne etiam tu es.

Et in amplitudine existentiæ tuæ, sol factus, motum facis.

Et lumen luminum tu es.

Rex regum tu es.

Tempore quo tu, pluvia factus, pluis, omnia animantia vivens (*viventia*) manent; et læto statu facta, sciunt, quòd alimentum propter nos productum est futurum.

Tu sine patre et matre es :

Et tu sine collectione operum purorum es.

Ignis magnus; id est, calor naturalis totius mundi, tu es. *Suprà, N.° CXII, p. 130.*

Comedens omne tu es.

Rex super (*in*) veritate, tu es.

Omnia alimenta mea, alimentum tuum est.

Pater, mater, tu es.

Vis tua in loquelâ, et auditu, et visu, et corde est : vis tua, quæ in his est, (*eam*) semper in his servatam habeas : ab his extrà non ito.

Omnis res in manu potentiæ τῦ *pran* est.

Et quidquid in *behescht* est, omne in manu potentiæ τῦ *pran* est.

O *pran!* quemadmodùm mater benevola filium custoditum habet, tu nos custoditos habeto; et divitias scientiæ cum nobis da.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV.

Illi *prani*, quòd hoc omne elogium (*illius*) factum est, scii et magni dicunt; huic *prani*, *nemeskar*, id est, illi *prani* humilis submissio.

Post ab illo (*posteà*), *Kosl rek'heschir* à *Pilad* petiit, quòd: ô digne veneratione! *prani*, quòd hujus quantitatis (*tantum*) elogium ejus transiit (*factum est*), è quo loco (*undè*) productus fit, et in hoc corpus quomodò intrat; et quinque (5) divisiones (*species*) factus, in hoc corpore quomodò sit; et cum quo modo supervenit (*exit*); et extrà, quomodò est; et in intrà, quomodò est; id est, in τοῖς *Fereschtehha*, et elementis, et aliis (*entibus*) quomodò est? et in corpore quomodò est? et in corpore cum sensibus quam rationem habet?

Pilad dixit: verbum valdè magnum petiisti. Hoc verbum cum quacunque personâ dicendum non est. Quoniam te scivi, quòd petens (*quærens*) τὸν *Brahm* es, cum te dicam.

Hic *pran* ex *âtma* apparens fit (*venit*).

Quemadmodùm umbra personæ ex persona apparens fit; hic *pran* in *âtma* latus (*super âtma expansus*, *diffusus*) factus, mansit, quemadmodùm [umbra] in personâ lata (*expansa*) facta mansit (*manet*).

Cum volitione cordis in corpus intrat.

Quemadmodùm rex domino τῷ *ssoubeh* (*provinciæ præfecto*) mandatum facit, quòd: præfectus hujus urbis tu esto: ipso hoc modo, principium *pran* omnes sensus loco cum loco (*suo quemque loco*, *locatim*) præfectos facit; quòd (*ut*) in quoque loco actionem propriam fecerit (*faciens sit*).

Apan factus, in duobus locis particularibus, quòd via urinæ et excrementi (*solidi*) est, sit (*residet*).

Et in oculo, et aure, et ore, [et] *bini* (*naso*), *pran* ipse sit (*est*).

Et in medio stomachi, *saman* factus, apparet: et alimen-

Digitized by Google

tum ut coctum fecit, cum omni corpore (*per omne corpus*) æqualiter facit pervenire. OUPNEK'HAT XIV.

Propter ipsum hoc est nomen ejus *saman*.

Et quandò alimentum coctum factum, cum membris (*ad membra*) pervenit, septem locis robur largitur, et lumen facit; (*qui sunt*) ambo oculi, et ambæ aures, et ambo foramina nasi, et os.

Et corpus subtile factus, in medio cordis *nilouferi*, quòd centum et una vena cum illo corde conjuncta èst, et cum quâque unâ ex illis centum et unâ venâ, centum centum venæ aliæ conjunctæ, et cum quâque unâ ex illis venis venæ aliæ conjunctum est (*conjunctæ sunt*); quòd numerus collectarum harum venarum cum (*ad*) septuaginta et duo millia venarum pervenit [1], et *bian* ventus in medio horum septuaginta et duorum millium venarum circuit.

Et è centum et unâ venâ, quòd cum corde conjunctum est, una vena magna, quòd è gutture ut transiit, cum cerebro (*ad cerebrum*) pervenit, *pran*, *advan* ventus factus, ex illâ viâ cum cerebro ut pervenit, tempore τῦ mori, ex illâ viâ abit.

Et si opus purum fecit, propter mercedem operis puri cum mundis puris (*ad mundos puros*) vadit : si opus malum fecit, cum hoc loco (*in hunc locum*) ut pervenit, *pran*, è viis aliis abit, et cum mundis (*ad mundos*) τὸ conforme (*juxtà*) opera mala, vadit.

Si opera pura et mala illius personæ æqualia sit (*sunt*), rursùs volitio ejus in liberos (*natos*) ejus (*suos*) venit, ut opera pura, quòd è posteris ejus, cum apparentiâ pervenit (*quæ extrà apparent*), ex illis liberationem (*beatitudinem*) obtineat. Pro-

1. In corpore hominis, 72,000 venæ, quæ omnes, invicem conjunctæ, ad cor usquè perveniunt; cui 101 venæ periculiares adhærent.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT XIV. indè hujusmodi persona in vinculo ipsius hujus mundi manet; et ipse hic mundus, mundus ejus fit.

[1] *Pran* τῦ extrà, quòd sol est, τῳ̃ *pran* τῦ intrà, quòd in oculo est, auxilium ut fecit, ortum facit: quid? (*nam*) ὁ *mokel* visûs, sol est.

Pradjapat dixit, quòd quidquid videtis, illud etiam vos estis : et illud (*Ens*), quòd secundum non habet, dixerunt (*dixistis*), quòd non videmus ; ei ipsi secundum non est, quòd, videatis ; illud etiam vos estis.

---

1. Quidquid ab *âtma*, unico Ente, apparens factum est, forma ejus est : indè ratio terræ, lapidum, saxorum, eorum omnium quæ vitâ prædita non sunt, ad Ens supremum ; ex eo prodierunt.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT L.

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd, ô digne veneratione! rursùs facias intelligere.

Pradjapat dixit : τὸν *âtma*, quòd, vultis (*petitis*), vos estis. Et si præter τὸν *âtma* rem aliàs videtis, vos *atma dan* (τὸν *âtma scientes*) non estis.

Atma sine simili (*pari*) est, et alium non habet : cum ipsâ hac causâ (*idcircò*) vos *âtma* estis; ipsi cum vobis ipsis lumen estis.

Quidquid visum fiat, *hasti* (*existentia*) et scientia pura (*sincera*) est : cum ipso hoc respectu (*idcircò*) vos etiam τὸ *hasti* et scientia pura estis.

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd, si nos, ipsi cum nobis ipsis, lumen essemus, sine simili essemus.

Pradjapat dixit : si vos, ipsi cum vobis ipsis, lumen non estis, quomodò dicitis, quòd, τὸν *djiw âtma* videmus?

Dixerunt, quòd, nos non scimus, quòd, nos quid simus, et cum quâ (*re*) videamus.

Suprà, N.° CXLVII, p. 293, 294.

Pradjapat dixit : hoc quantùm ipsi scivistis, quòd, nos nescimus, ipsum hoc scientia est; et scientia lumen est : proindè vos, ipsi cum vobis ipsis, lumen estis.

Et forma τῆ *hasti* (*existentiæ*), et forma scientiæ, quòd, vos estis, ex illo est, quòd, τὸ *hasti* et scientia priùs ab omni fuit : proindè, quidquid apparens factum est, quandoquidem ex *hasti* et scientiâ apparens factum est, forma τῆ *hasti* et forma scientiæ est.

Et illud Ens, quòd forma τῆ *hasti* et scientiæ est, in occupationem (*operationes hominum*) non intrat, et lumen est, et secundum non habet.

Pradjapat cum (τοῖς) *Fereschtehha* dixit : illud quod ego dixi, vos cum puro (*simplici*) τῷ dicere me (*fide*) intelligitis?

Digitized by Google

vel à verificatione vestrâ ipsâ (*quia illud vos ipsi certum verificastis*) intelligitis? OUPNEK'HAT L.

Oi *Fereschtehha* dixerunt: nos hoc modo scivimus, quòd, id (*Ens*) à τῷ scire et non scire ambobus superius est.

Pradjapat dixit: ipse hic intellectus vester (*hæc intellectio vestra*), *Brahm* est, secundum (*quid*) non habet: et quandoquidem id sine fine est, secundum quo loco contineatur?

Et semper est; et purum et forma scientiæ est; et sine appropriatione et liberatum (*non ligatum*) est; et verum est; et subtile est; et plenum est (*omnia implet*), et secundum non habet; et *hasti*, et scientia, et gaudium purum est; et ipsum hoc, *âtma* est: et proindè (*sanè*) et cum eo quis lucrum (*fœnore*) et commercium (*contractum*) non potest fecit (*facere*).

Aliud (*Ens*) ut non vidistis, et firmam retentionem sensuum fecistis, cum τῷ *Oum* τὸν *âtma* videtis, quòd, *âtma* verum (*Ens*) est: in hoc verbo ullum dubium non afferatis, quòd, *âtma Brahm*, et *Brahm*, *âtma* est, et *Oum*, *âtma* est.

Oi *Kianian* et docti hoc modo vident.

Hic *âtma* in vocem, et tactum, et in colorem, et in gustum, et in odoratum, et in loquelam non ingreditur: cum pede cum eo (*ad eum*) non potestas pervenit (*pervenire*); et cum manu eum non potestas cepit (*capere*); et cum ullâ ratione (*ullo modo*) eum non potestas transire fecit (*transgredi*, *effugere*); et acquisitio voluptatis ex eo cum libertate (*in potestate*) alicujus non est: cor, et intellectus, et recogitatio, et egoïtas, cum eo (*ad eum*) non pervenit: et *pran*, et *apan*, et *aodan* (*advan*), et *saman*, et *bian*, quòd quinque ventus (*venti*) est, cum eo non pervenit (*non perveniunt*): et is à sensu et sensibili externo (*apparente*) et interno immunis est: et is sine indicio, et sine simili (*pari*), et sine qualitate, et sine motu

Digitized by Google

OUPNEK'HAT L. est : et in significationem non intrat : et qualitas *eidjad*, et *abka*, et *afna*, in ente ejus non est : et *maïa* in eo non continetur : et cum τοῖς *Oupnek'hathaï* puris, quòd, secreta magna ejus est, eum potestas invenit (*possunt invenire*).

Et in perfecto (*absolutè*) lumen est : quisquis unâ vice cum lumine ejus lumen fit, semper lumen manet, et à (*pro*) omnibus luminibus primùm id (*Ens-*) Lumen fuit.

Illud lumen, vos, cum (*in*) τῷ *hens* etiam, quòd *adjpa* nomen habet; id est, in τῷ halitum percutere (*respirare*), omnia animantia, sine libertate (*naturaliter*) fluens est (*cursum habent, vivunt*); sensus illius (*rei*), hoc est, quòd, ego id sum; id ego sum; (*illud lumen in hoc*) videatis.

Pradjapat denuò à τοῖς *Fereschtehhaï* petiit, quòd : videtis, vel non videtis ?

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd, nos vidimus; à τῷ scire et non scire superius (*id*) est.

Pradjapat dixit : quòd; vos, quòd dixistis, quòd nos videmus; à τῷ scire et non scire superius (*id*) est : illa scientia pura quo loco est ?

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd; cum quâ ratione petis ?

Rursùs *Pradjapat* petiit, quòd, ab eo (*ex eo*) quid acquisitum est ?

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd; ab eo quidquam acquisitum non est (*non provenit*).

Pradjapat dixit : vos mirum ostendens estis : benè invenistis.

Oi *Fereschtehha* dixerunt, quòd, nos admirandi non sumus; tu admirandus es.

Pradjapat dixit : vos, τὸ *Oum* ut dixeritis, approbatum faciatis, quòd, nos admirandi sumus; et τὸ *Oum* locuti sitis (*verè Oum pronunciaveritis*).

Digitized by Google

Iterùm *Pradjapat* dixit, quòd, nunc scivistis? OUPNEK'HAT L.

Oi *Fereschtehha* dixerunt : scivimus : verùm sicut vos non scivimus.

Pradjapat dixit : rursùs τὸ *Oum* dicatis, quòd, *âtma* firmus (*stabilis*), ipsum hoc est.

Oi *Fereschtehha* dixerunt : ô digne veneratione ! nunc illud quòd, videmus, à τῷ expositum facere illud timemus, [ô] digne veneratione ! vobis humilis submissio ! super nos beneficus fias.

Pradjapat scivit : quoniam hi quæstiones multùm fecerunt, considerationem faciunt (*solliciti, sibi consulunt, hoc considerant*).

Pradjapat dixit : ne timeatis : si aliquid aliud etiam vultis, petatis.

Oi *Fereschtehha* dixerunt : primùm vos à nobis petiistis, quòd; illa scientia pura quo loco est? [nos etiam à vobis petimus; vos dicatis : quòd, illa scientia pura quo loco est?]

Pradjapat dixit : ipsum hoc, *âtma* est; id est, quidquid existit, *âtma* est; et scientia pura est. Proindè, *âtmaï*, quòd, scientia pura sit, is quo loco est, quomodò potestas dixit (*possunt dicere*)?

Oi *Fereschtehha* omnes dixerunt, quòd, vobis humilis submissio, quòd, nos ipse ille *âtma* mirandus sumus.

Pradjapat τοῖς *Fereschtehha* hoc modo eruditos fecit.

Et conforme huic *mantr* (*libri*) *Beid* est, quòd, *pranou* etiam quatuor status habet; et *âtma* etiam quatuor status habet.

Et è litterâ primâ τῇ *pranou*, quod filum (τὸ) texere omne est, statum primum τῇ *âtma*, quòd, ille etiam filum (τὸ) texere omne est, (*homo*) sciat.

Et è litterâ secundâ τῇ *pranou*, quòd, donum facere seipsum est, statum secundum τῇ *âtma*, quòd ille etiam donum facere seipsum est, sciat.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT L. Et è litterâ tertiâ τῆ *pranou*, quòd, scientia est, et secundum non habet, statum tertium τῆ *âtma*, quòd ille etiam scientia est, et secundum non habet, sciat.

Et ex hoc statu tertio τῆ *pranou*, τὸν *âtma* ut obtinuit, à [*nim*] *matraï* quarto τῆ *pranou*, quòd alium non habet, statum quartum τῆ *âtma*, quòd, ille etiam alium non habet, [et] propè (*vicinus*) et testis est, ut scivit, cum eo (*ad eum*) perveniat.

Absolutum fit *K'hand* nonum (9), [cum τῷ *Brahm nemeskar*].

CLXXXI. Et cum absolutione (*ad finem*) pervenit [*Oupnek'hat*] *Narsing'hah âtmaï*, quòd excessum (*infinitatem*) tempòris habet, et terminus graduum unificationis, et scientiæ mysticæ (*contemplativæ*) est, et petita (*quæstiones*, *objectum*) τῆ *kian* et cognitionis, et postremum (*finis*) (*libri*) *Athrban Beid* est.

Et (*liber*) *Athrban Beid* [etiam] postremum (*extremitas*) quorumque trium (3) *Beid* est [1].

CLXXXII. Hanc interpretationem τῶν *Oupnekhathaï* quorumvis quatuor (*librorum*) *Beid*, quòd, designatum cum secreto magno (*per secretum magnum*) est, et integram cognitionem luminis luminum, [hic] *fakir* sine tristitiâ, [Sultan] *Mohammed Dara schakoh* ipse, cum significatione rectâ, cum sinceritate, in tempore sex (6) mensium, [postremo die, secundo τῆ *Schonbeh*, vigesimo] sexto (6) [mensis] τῆ *Ramazzan*, anno unum mille et sexaginta [et septem] (*millesimo et sexagesimo septimo*) τῆ

Suprà, *T. I*, *N.° I*, *p. 5.*

1. *Sanctuarii Indici clavem* præ manibus habes, lector erudite, at *ferrugine paululùm asperam.* Ingredere, si audes, si potes, corde puro et simplici, mente Enti supremo agglutinatâ, in illud quasi transfusâ; sensibus externis sopitis, internis vigilantibus; corpore velut mortuo : et profundo scientiæ simul et inscitiæ mari immersus, *extrà Deum nihil te videre*, *nihil esse*, prisco Indorum more, *si fas est*, venerabundus agnosce.

Digitized by Google

hedjri (*Christi* 1657), in urbe *Dehli*, in mansione (*diversorio*) *nak'he noudeh*, cum absolutione (*ad finem*) facit pervenire. OUPNEK'HAT L.

Ex mirabilibus eventibus prosperis, hic est, [quòd juxtà hominem hujus libri Dei antiqui determinatum est], quòd, tempore (*quo*) (*libri*) *Beidha* absconditum factum fuit verus (*Deus*) supremus in ipso hoc *nak'he boudeh* [1], (*illum*) apparentem fecit.

Ipso illo modo verus (*Deus*) sanctus et supremus, in ipso hoc (*eodem modo*), in capite (*super faciem*) terræ (*illum*) apparentem faciat (*mundo cognitum reddat*).

Deus supremus quærentibus se gratiam largiatur: [quòd, ex hoc thesauro cognitionis participes fiant, et ab existentiâ imaginariâ liberati redditi, cum existentiâ verâ (*ad existentiam veram*) ut pervenerint, liberati absoluti (*salvi*, *beati*) æternùm efficiantur; *amen*. Domine mundorum!]

Cum datâ (*die*) vigesimâ (20) mensis *Rabii essani* anno 1181 *hedjri* (*Christi* 1767), ortûs (*installationis*) anno (*septimo*) *Schah Aalem*, die *Schonbeh*, die naturâ pace (*faustâ*), in *Ssoubeh Aoudeh*, cum manuscripto (*manuali scripturâ*) *Atma Ram*, integræ quietis, hæc quinquaginta *Oupnek'hat* cum absolutione (*ad absolutionem*) pervenit (*pervenerunt*).

Oum, *houm*, *Oum*, *Oum*, *Oum*. Sigillatio. (*Finis.*)

ABSOLUTUM est hoc Apographum versionis Latinæ quinquaginta *OUPNEK'HATHA*, ad verbum, è Persico idiomate, Samscreticis vocabulis intermixto, factæ, die 9 Octobris 1795, 18 Brumaire, anno 4 Reipubl. Gall. Parisiis. CLXXXIII.

1. Samskreticè, *nikhananam bouddihi*, *indoles*, *ingenii habitus*: vel, Persicè, *locus ubi proles cara custoditur.*

Digitized by Google

ΠΑΡΑΙ′ΝΕΣΙΣ

In istâ prolixiore compositione Indicâ, duo obscuritatis et erroris fontes : primus, ipsum libri argumentum, seu res spiritales et materiales, insueto modo, et Orientali genio ac stylo tractatæ : secundus, interpretis Latini imperitia vel oscitatio. Prior, lectorem eruditum, intelligentem, altis meditationibus assuetum, haud terrebit : posterior, quo me immunem haud dixerim, indulgentem, benevolum invocat; præsertim in sat longâ loci impressionis ab auctoris habitatione distantiâ. Si quid sensui repugnans, aut nimiâ tectum caligine, sese offerat, statim ad ANNOTATIONES, *etc. recurrendum : illic remedium. Cæterùm nunquàm accuratum et diligentem typographum eò errasse ut folium rursùs prælo dare necessum foret, affirmare non dubito.*

Digitized by Google

EMENDATIONES ET ANNOTATIONES IN τοῦ *OUPNEK'HAT*

TOMUM II.

PERACTUM est iter longum et arduum. Si quid in viâ erratum, ingenuè id fateri, malè visa aut dicta corrigere, obscura, ut potis est, elucidare, jubet viro probo innatus veritatis amor. Cæterùm, in tantâ quæ Galliam, Europam, orbem ferè totum agitat tempestate; mentibus terrore et errore perculsis; opinionibus, nisi in rejiciendâ tùm relligione, tùm ratione, dissentientibus; spretâ veterum doctrinâ; urgente novorum dogmatum, soli placet *innixorum, farragine; cunctis fermè, brutorum more, corporis affectibus serviliter addictis: senem infirmum, imbellem, cum fortunâ, cum quæstuosis etiam proximorum suasionibus luctantem, et à typographo, ut jam dictum est, procul remotum, multò pluries à recto non deviasse forsitan mirabitur justus rerum æstimator.*

OUPNEK'HAT 7.ᵐᵉ, NARAÏN.

N.° LXXXVII.

PAG. 1, *lin.* 5 : *Naraïn*, id est, ens ....
Samskreticè, *naraha, martiaha*, homo, vel femina.

Digitized by Google

Primo Enti, quale Indi ex operationibus agnoscunt, optimè convenit hæc significatio, ad LINGAM, pluries explicatum (*suprà, T. I, Annotat. p.* 513; *Baldæus, ibid. p.* 647), etiam relata.

In creatione, *suprà, T. I,* N.° XXII, *p.* 100-105; N.° XXIV, *p.* 122-126, ignis primus apparet : hîc *pran*, aer et ventus.

Sic et in MAHABARAT (12 *Porb.* 2 *part. fol.* 449 *r.*) : *Modus creationis mundi è commixtione memoratâ super hac ratione est. Primùm intellectus in existentiam venit : et ex intellectu egoitas : et ex eâ æther (aer) : et ex eo ventus : et ex eo ignis : et ex eo aqua : et ex eo terra : et mundus ex his octo rebus creatus (factus), et in his octo rebus sit. (Ttariek paedaesch aalem az ekhtelatt madzkoureh bar in nohedjast awel aakel bevodjoud miâïad ve az aakel ahenkar ve az ou akas ve az ou bad ve az ou atesch ve az ou âb ve az ou zemin ve aalem az in hascht tchiz makhlouk schodeh o dar in hascht tschiz mibaschad).*

Suprà, N.° LXXXVIII, *p.* 8.

Verùm *ignis*, sol et *ventus*, dignitate æquales sunt (*suprà, T. I,* N.° XXII, *p.* 102); *ipsæ hæ tres divisiones τῦ pran* sunt: quod aerem reverà ut elementorum fontem indigitat. Græcorum philosophorum sententiæ de primo rerum materiali principio, *aere, igne* aut *aquâ*, diligentiùs et comparatè perpensæ, eodem fortè redirent.

Pag. 1, *lin. penultim. pag.* 2, *lin.* 1-16 : [*Brahma .... qualitas productionis*] : *Andr ... qualitas regis ... et ipse ille Narain Brahma est, ... Andr est .... Aschnikamar est .... rek'heschiran ... est ....*

Diversa, in systemate Indico, 2.ⁱ, etiam 3.ⁱ ordinis agentia, esse meras *qualitates*, clarè dicitur; et τὸν *Narain* illa ipsa esse, sicut est homines à Deo dilecti; *Narain*, cujus proprietates Ens supremum referunt : quod semper existentiarum apparentium

Digitized by Google

catenam ad primum, unum annulum revocat, è pluribus unum facit.

Verùm peculiariter *Narain* de *Beschn*, nutriente, conservante, dicitur (*pag.* 3, *lin.* 6, 7, 13, 14).

Pag. 2, *lin.* 5; VAS, lege : *Vas.*

Pag. 3, *lin.* 16-28; *pag.* 4 : quicunque hoc *Oupnek'hat* tempore manè legit .... et ei facile non sit quod legat (*Beid*) ....

Sic paulatim, quemadmodùm in aliis relligionibus, ad quandam peculiarem praxim (legere hoc vel illud talis operis caput, *pater* et *ave*, *rosarium*, *S. Virginis officium* recitare, hoc vel illo tempore), vera pietatis præcepta, ductorum minùs prudentum consilio reducuntur. Negligitur institutio; difficultatis obtentu deseruntur *libri sacri*[1]; peccatorum, impetrandæ veniæ facilitate, gravitas, enormitas evanescit; vilescit strictæ sanctitatis meritum : mollior, quasi rosacea via, per quam, dulciter cadendo et surgendo, velut ludendo, ad tremendum supremi judicis tribunal, incautè, futurorum ignari, inermes traducuntur.

---

1. Malum tamen Europam totam non invasit, si *Diario* fides adhibenda, in quo legitur :

„ La société formée dans cette ville (Londres) en 1785, pour l'encouragement „ et l'assistance des écoles du dimanche (*sunday schools*), réparties dans les divers „ comtés d'Angleterre et du pays de Galles, a fait distribuer depuis son établis- „ sement 151,962 alphabets ou livres à épeler, 35,802 *Nouveaux Testamens*, et 6336 „ *Bibles*, à 1774 écoles, contenant 172,148 écoliers. Outre les secours fournis par „ cette société à 53 écoles déjà établies, elle a, dans ces six derniers mois, con- „ couru à en fonder 44 en Angleterre, et un grand nombre d'autres dans le „ Nord et le Sud du pays de Galles. "

MONITEUR, 17 *thermid. an* 9, *p.* 1307; *Londres*, *le* 27 *juill.* (1801), 8 *thermid.*

Novum istud *S. Scripturæ*, etiam in tenerâ ætate, lectionis propagandæ, et sic veri et uberrimi *moralis* fontis reserendi studium, Anglorum sanam mentem ac solidum, quidquid sit de politico eorum ergà alias gentes agendi modo judicium, ingenium probat, et futuram nationi moratam, et animo ac vitâ, ut ratio et bonum publicum postulant, constitutam, parat generationem.

Digitized by Google

Pag. 3, *lin.* 22 : τὸ quinque peccatum ... (*pandj* [sine punctis sed cum *numer. notâ* 5 super positâ] *ghounah ké ghounah kabireh ast*).

Samskreticè, *panscha*, quinque.

Peccatum erit *quintum* gradu, seu maximum. Si *bikh* legeretur, ad vocem samskreticam *bhichanam*, verbis minari, terrere; *bhichakaha*, homo qui horrido vultu terret, referri posset.

OUPNEK'HAT 8.um, TADIW.

N.° LXXXVIII.

Pag. 5, *lin.* 2, *Tadiw*.

Samskreticè, *tadeva*, solummodo, solus.

Lin. 5, 6 : mortificatio .... finem habet; et τῷ *Brahm* finis non est.

Magni momenti, in relligione observatio. Præterit exterior pœnitentia; Deus æternus permanet : proindè illi soli adhærere, eum solum et semper ubique intueri, attendere, de eo meditari, unica veræ felicitatis culmen attingendi via.

Lin. 20 : Momentum .... et oculi nictatio etc.

Vide *suprà*, *T. I*, *Annotat. p.* 598; *Animadvertenda*, *p.* 702, 703, diversas temporis divisiones.

Pag. 6, *lin.* 14 etc. propter quemnam *Fereschtah korban* ... faciam? et N.° XC, *p.* 14-17; humilis submissio ....

Forma precum, quæ *litaniarum* nomen habent [1], antiquitùs in Oriente recepta, undè ad Occidentem fortè transiit.

---

1. Vide Mabillonii *Veterum Analector. T.* 2 (1676), *p.* 669-689. — Ducange; *Glossar. ad scriptor. med. et infim. latinitat. T.* 4 (1733), *p.* 234, 235; *sub voce* Litaniæ. Τῇ Oupnek'hat finale comma, *propter quamnam* etc.; et *suprà*, N.° CXXII-CXXVI, *p.* 171-196; *humilis submissio*, τοῖς *ora*, *orate*; *intercedite pro me*, *pro nobis*; *parce nobis*, *libera nos*, *te rogamus*, *audi nos*, LITANIARUM respondent.

Digitized by Google

Pag. 6, *lin.* 27-28; *pag.* 7, *lin.* 5, 6 : cum cognoscente se ... largitum vim est ... non cognoscenti, viam suam non facit.

Beschenasandeh khod bakhschideh kowatast .... naschenasandeh rah khod nakonad.

A Deo, Dei scientia : cui eam non largitur, ad eum ire nequit.

Pag. 7, *lin.* 18, 19; *Andr* ... *Bran* ... aquam vitæ comedunt...

Andr (*suprà, p.* 2), est qualitas regis : *Bran*, erit, pari ratione, qualitas aquæ. Quod hîc Indus postulat, allegoricè sumptum, est vita in Deo, sub *aquæ vitæ* emblemate.

Pag. 7, *lin. ultim. p.* 8, *lin.* 1, 4, 10 : cum illo quòd priùs ab omni est, in ventre matris etiam id est ... hic homo cum figurâ trium *nour* (*lucum*).

Ens, omnium causa, in ventre matris, generationis incunabulo, absconditum residet; et cùm foras prodit, *homo universalis*, mundum repræsentans, cum trium qualitatum figurâ (*suprà, N.° LXXXVII, p.* 1, 2) apparet.

Pag. 8, *lin.* 28; *pag.* 9, *lin.* 1, 2 : Omnis mundus primùm in aquâ absconditus fuit; et aqua in *átman* : aqua, quæ ex voluntate æternâ cum mundo gravida fuit : et fructum (*fetum*) cepit ignis (*hameh aalem awel dar áb nehan boudeh o áb dar átman áb ke az aradeh azli beaalem hamleh schod ve hamel guereft átesch*).

Hîc agnosci potest *Genesis* [1], *terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi ;* et spiritus Dei *ferebatur super aquas.*

Voluntas æterna erit *maïa* (*T. I, N.° LXVII, p.* 316) : aqua mundo, terrâ gravida (*N.° XXII, p.* 101); ignis fetum capiens (*p.* 102); scilicet, *Haranguerbehah* (*collectio elementorum simplicium*),

1. *Ve Haarets haïïetah tohou va bohou ve khoschek aal penei tehom ve rouakh Elohim merakhefet aal penei hammaïm.* GENES. I, 2.

in tria, ignem, solem et ventum, divisus; *spiritus Dei* (*Beischwanr átma*, calor naturalis cunctis vitam impertiens (*T I, N.° XIV, p.* 44-48), super aquas latus.

Pag. 10, *lin.* 1, 2: in his tribus qualitatibus ....

Tres qualitates seu figuræ, sunt *Antrdjami* (ille qui in medio cordis est, et secreta cordis novit, *T. I, N.° II, p.* 12. Samskreticè, *antarena*, inter; *antar gamanam*, intrare, introducere), *maïa* et *Brahm.* Indè liquet diversis istis significationibus, explicationibus, unum idem ens, attributis, quæ veluti agentia operantur, præditum enunciari.

N.° LXXXIX.

Pag. 11, *lin.* 2: in eum (*átma*) projiciat.

Omnia in *átma*, quasi victimam sacrificii in ignem, ubi consumuntur, projicere, entia est variorum ordinum in primo, unico ente existentia; scilicet hoc solum verè, substantialiter existens, agnoscere, confiteri.

Lin. 24, *Sarb mid.*

Samskreticè, *midhounam*, vel *yougmam*, congregatio, simul, unà.

OUPNEK'HAT 9.um, ATHRB SAR.

N.° XC.

Pag. 12, *lin.* 2; ATHRB SAR.

Suprà, T. I, N.° III, p. 13: *athrb*, simpliciter; hîc cum voce *sar.* Samskreticè, *sáraha*, succus, sapor, condimentum, perfectio.

Not. 1, *lin.* 2, *adde*:

Versionem Anglicam, clariss. D. BOUGHTON ROUSE adscriptam (*suprà, T. I, Monit. p. VI, VII, not.* 1, *Institut. of Timur etc. ad calcem, p.* XLVIII), quæque ad *pag.* usque 14 *lin.* 9, *in luce suâ absconditus fuit*, textûs progreditur, hîc juvat apponere.

Digitized by Google

« *The foregoing prayer is extracted from the* Judger Bed : *to which it may be curious to subjoin a description of* RUDER, *to whom it is adressed, as contained in another sacred Book, intitled the* Atherban Bede.

« The Angels having assembled themselves in heaven before « RUDER, made obeisance and asked him : O RUDER, what « art thou? RUDER replied: Were there any other, I would describe « myself by similitude. I always was, I always am, and always « shall be. There is no other, so that I can say to you, I am like « him. In this me is the inward essence, and the exterior subs- « tance of all things. I am the primitive cause of all. All things « that exist in the east, or west, or north, or south, above or « below, it is I. I am all. I am older than all. I am king of kings; « my attribut are transcendent. I am truth. I am the spirit of « creation; I am the Creator. I am the knowledge of the four « BEDES [1]. I am almighty. I am purity. I am the first, and the « middle, and the end. I am the light. And for this purpose do « I exist, that whosoever knows me, may know all the Angels, « and all books, and all their ordinances. And whosoever knows « the learnings of the Bedes, from thence he will learn the duties « of life, he will understand truth, and his actions will be vir- « tuous. An to those who practise virtue, will I give fullness « and tranquillity.

« RUDER having pronounced these words to the Angels, was « absorbed in his own brightness. »

Pag. 12, *lin.* 10; *Roudr* dixit : si secundus meus (*mei*) sit ...

Roudr, Brahm ipse, primum Ens hic adstruitur, quoniam ad ens unicum, ut *suprà* (*T. I, Annotat. p.* 642) dictum est, omnia destruens, reducit.

1 The sacred writings of the Hindoos in the *shanscrit* language.

Digitized by Google

Pag. 13, *lin.* 3, homo et non homo et femina, ego sum. Vide *suprà*, *T. I*, N.° LXIX, *p.* 321.

Ibid. lin. 6, ignis naturalis ego sum.

Igne isto naturali duo ignes indicantur; 1.um *Beischvanr átma*, calor universalis, naturæ vitam inserens, eamque fovens (*suprà*, N.° LXXXVIII, *p.* 8, *T. I*; N.° XIV, *p.* 44-48); 2.um, calor naturalis (*T. I*, N.° LIV, *p.* 274), qui alimentum in stomacho concoquit.

Ibid. lin. 23; *pag.* 14, *lin.* 6 : Quicunque me scivit ....

Ordo rectitudinis, in Indicâ doctrinâ : semper, cum opere puro, Dei, veritatis, librorum *Beid* cognitio conjuncta.

Pag. 14, *lin.* 17, 18, 24; *pag.* 15, *lin.* 4, 5 : Ille *Roudri* ... et *Brahma* .. et *Beschn* .. et *Maha diw* .. *et Parbati* forma ejus ...

Roudr, *Brahma* creans, *Beschn* servans, *Maha diw* magnus *diw*, ut jam observatum, ejusque uxor, *Parbati*, ejus forma appellatur : quod omne ipsius qualitates nuncupatur, ejus entis forma. Istâ nominum, attributorum communione, confirmantur quæ *suprà*, 458, 461 et *T. I*, *annotat. p.* 410, 411, observata.

Pag. 15, *lin.* 10, *nabaïk* ....

In *Mahabar.* (13 *Porb. fol.* 659 *v.*) οἱ *Deioutaï* τῆ *Maha diw* comites (*hamrahan*) commemorantur, *aguen* (ignes) dicti; nempè *Nandisour*, et *Maha kal*, et *Garmni barkeh*, et *Behdhoudj*, et *Kisr*, et *Nabaïk*, et *Soum*, et *Roudr daken*.

Samskreticè, *nabhavati*, non est; non.

N.^a^ XCI.

Pag. 17, *lin.* 19; auxilium efficax, (*gratiam dans ad*) opera bona ....

Vide *suprà*, *T. I*, N.° XL, *p.* 214, *et Annotat. p.* 528.

Ibid. lin. penultim. faciens et non faciens.

Vide *suprà*, *T. I*, N.° LXVII, *p.* 316, 317, *et Annotat. p.* 589, 590.

Digitized by Google

Pag. 18, *lin.* 2, aqua vitæ .....

N.° LXXXVIII, p. 7, *Brahm* aquam vitæ dat et ipse bibit: hîc ipsa illa aqua est. Sic omne singulatim, separatum, distinctum existens perhibitum, in unum Ens supremum resolvitur.

Lin. 17, *in margin. p.* 338; lege : *p.* 343.

In textu, et pag. 19, *lin.* 9, 10 : Et *nim matraï* quartum ....

Sonus iste est finis pronunciationis *tr̃ oum* nasaliter prolongati; quod quasi litteræ medietatem efficit. *Tr̃ pranou,* nominis Dei, elogium.

Lin. 25 : beneficum è benefico potestas .... *obtinere* .....

Res ejusdem perfectionis, invicem, una per alteram, intelligi, apprehendi queunt, sicut per vocabulum significatio.

Pag. 19, *lin.* 2; bucca edulii vestri ....

Quod ens unicum in se attrahit, annihilat, illud comedere dicitur. Clavis allegorica.

Lin. 11 : (*ens*) universale et ligatum (*particulare*) vos estis.

Ens unicum, per *nim matraï* quartum, principium omnis rei, *universale,* seipsum est; per tria *matraï,* sub quorum figurâ *mokelan* in ejus corde resident, *particulare.*

N.° XCII.

Pag. 20, *lin.* 2 — *pag.* 22, *lin.* 18 : Id, *pranou* ex illo dicunt ....

Diffusa *tr̃ pranou*, seu *Oum* expositio, ex eo quod in homine, qui illud pronunciat, operatur, petita : quæ omnia Enti supremo propria; undè Ens supremum dici potest.

Lin. 5; opera, *tr̃ Brahmen;* lege : opera *tr̃ Brahmen.*

Vide *suprà, N.° XC, p.* 14.

Opera sunt quæ in *tr̃ Brahmen* præcipiuntur, quæque illud legendo exequuntur.

Pag. 20, *lin.* 9, 11; *sarb biabi* ... cum omni circumdans est ...

Samskreticè : *sarb*, omnis ; *bi abhi*, plenissimè, omninò : *abijna*, fruitio.

Lin. 17; *anant* .... sine fine ....

Samskreticè : *antah*, finis ; *anantah*, infinitus.

Lin. 21-25; *tar* .... (*ad ripam*) faciens pervenire ... transire.

Samskreticè, *taranam*, prætergredi, transire (v. g. aquam).

Lin. penultimâ : soutschhem .... subtile ....

Samskreticè : *soûchman*, aut *paramánouhou*, atomus, res tenuis.

Pag. 21, *lin.* 4; *schokl* .... purum ....

Samskreticè, *schoukla drawyam*, albus.

Lin. 5, qualitate *radj* .... id est, volitio ....

Vide *suprà*, *T. I*, N.° LXIV, *p.* 308, actiones malas qualitati *radj* attributas.

Lin. 9; *badat* (*tadat*), fulgur coruscans ....

Samskreticè : *tádayatam*, strepitus, mugitus ; vel *d d d* (*infrà*, N.° XCIV, *p.* 32; *suprà*, *T. I*, N.° XLVI, *p.* 267), nubis tonantis, fulgurantis, sonus, vox.

Lin. 24; *isan* .... dominum omnis rei ....

Samskreticè : *Ischa*, dominus eminenter ; *Ischora*, dominus dominorum. Sic *Baldæus*, *Ixora*, *Iswaren*. *Suprà*, *T. I*, *Annotat. p.* 644, 645.

Pag. 22, *lin.* 8; *bhagwan* .... dignum veneratione ....

Samskreticè, *bhága karanam*; donum à patre et matre puellæ nuptiarum die factum. In *Mahabar.* (12 *porb.* 2 *part. fol.* 564 *v.*) *Bhagvan* est Ens supremum, *Tschakdis.*

Lin. 12; *Metsir* (lege : *Mehtsir*) .... regem regum ....

In *Mahabar.* 12 *porb.* 2 *part. fol.* 664 *r. Mehiser*, omnium

Digitized by Google

dominus, nomen rē *Maha diw. Mehelser. Id. fol.* 509 *v.* Samskreticè, *meh*, magnum; *schiraha*, caput.

Pag. 23, *lin.* 6-18. Quisquis seipsum dominum ... *Roudr* fit.

Qui sensibus absolutè imperat, suæ potentiæ conscius, *Roudr*, Deus ipse efficitur, evenit.

Pag. 24, *lin.* 2; viâ *outraïn*, quod septentrionale lumen sit. Samskreticè: *outtara*, septentrio; *outtara pŏûrvá*, N.-E.

Lin. penultimâ; p. 25, *lin.* 1: Cum illo quòd iram et volitionem, et patientiam productas id (*ens*) fecit, oportet quòd iram et volitionem, quod semen omnis est, ut reliquit, patientiam et tolerantiam, cum intellectu recto in corde suo (homo) custoditam habeat: illo tempore, cum *Maha diw*, qui lumen luminum est, unum fit.

(*Ba ánkeh ghazzab o khaesch o tahammel paeda kardeh oust baïad keh ghazzabra o khaeschra ke tokhm hameh ast goudzaschteh ssabor o tahammelra beaakel daroust dar del khod negahdarad an zaman be maha diw keh rouschni rauschnihast ieki mischavad.*)

Plura in hoc textu animadversione digna.

§. I.

Patientia, tolerantia speciatim injungitur, ut cum *Maha diw* unum fiant. Quidquid ergò de crudeli et *destructivâ* istius agentis qualitate dicitur, allegorico modo, de omnium in Ente supremo immersione, *annihilatione*, intelligendum. Vide *suprà, T. I, annotat. p.* 642.

Patientia, et præcipuè tolerantia ergà malos, vexantes, affligentes, ergà bonos, molestiam creantes, exercetur. Homines sunt, id est, fratres, cùm idem, quamvis remotum, incunabulum, primæ mulieris vulvam habeant: et injuriæ inter fratres, proximos, quæ-

Digitized by Google

cunque sit, oblivionem vel tolerantiam naturæ, non secùs ac rationis, relligionis, vox imperat.

Privatos videlicet, singulos tantùm obstringit hoc humanitatis præceptum! congregatis nimirùm, in populos, nationes coadunatis, cuilibet animi affectui, motui, impetui, licet obsequi! proh dolor! quod lubet audacter arripiunt, audaciùs vi et servili, mercenario *diplomaticorum* calamo propugnant, vexatorum, spoliatorum defensionem ægrè, vix ferentes.

Sic loquitur, in Parlamenti Britannici inferiore curiâ, vir præstans, magnis animi dotibus præditus, at cùm paterno in Galliam odio, tùm augendorum suæ patriæ potentiæ, commercii, opum studio nimiùm indulgens (illustr. PITT), si diariis fides adhibenda.

« [1] Ce qui fut fait dans un temps où la France, l'Espagne et « la Hollande nous disputoient la supériorité maritime, ne doit « pas s'appliquer aux circonstances présentes. Notre marine « aujourd'hui est égale aux forces combinées des puissances du « Nord et de la France, de l'Espagne et de la Hollande. *Il faut « profiter de notre heureuse situation*, pour établir notre droit « (maris dominium affectandi, naves quaslibet inspiciendi) d'une « manière incontestable; ou bien il faut que nous y renoncions « pour toujours. »

Jus ergò, sonus inanis, rerum statui subservit. Quod utile, quamvis iniquum, *ubi occasio est*, ratum facere gentis magnæ est officium.

Europæorum auribus incommoda sanè Indorum erit sublimis, justa et benigna moralis doctrina!

Jam arduam de origine boni et mali quæstionem, in tomo primo (*Annotat. p.* 568-588) ex antiquorum philosophorum mente

1. *Journ. des défens. de la patr.* 13 *germ. an.* 9, *p.* 4. *Royaum. Britanniq. Londr.* 25 *mars* 1801 (4 *germin.*) *Chambr. des commun. Séance du* 25 *mars.*

Digitized by Google

tractatam, è novorum resumere operæ pretium est. Pravæ et rectæ affectiones, in systemate Indico, à Deo productæ : et nihilominùs eas in *corde custodire* quasi à seipso ortas homo tenetur. Ista ergò sibi invicem adversantia non habet Indus philosophus. Quid eâ de re recentes sentiant, videamus.

Sed priùs de veritatis fonte, certitudinis fundamento, recti regulâ, innatâ humanæ rationis normâ, quædam præferre liceat.

§. II.

Verum, rectum, justum, inter homines, in se consideratum, à tali relligione, à positivo Dei præcepto, ab arbitrariâ, ut loquuntur, dispositione independens est; non autem à primo vero, recto, justo, quod in se existit, et est Ens supremum, ipse Deus, cujus quasi signaculum, mentibus humanis impressum, sese per rationem animi, veluti per organum exerit.

Si, quod impossibile, prima illa vivens et intellectualis regula non existeret, ratio humana, nullo fundamento nixa, nihil aliud esset quàm unius hominis vel plurium, plurimorum idem videndi et sentiendi modus; cujus rectitudini, alterâ pariter res intuendi ratione repugnantibus affectibus, convenientiæ, pacis, tranquillitatis, tandem proprii commodi causâ, auctoritate, etiam vi, absque eo quod veritatis, justitiæ aut rectitudinis defectum quisquam ostendere queat, quilibet posset contradicere. Ratio humana, sub hoc respectu, merus sensuum, affectionum fœtus, à *quasi* ratione in aliis animantibus deprehensâ etsi fortè perfectior, genere non differret : indè nimirùm *materialistarum* opinionis lues, dùm animi motus ex objectis externis orti, iis compositi, aliam, nempè spiritualem, naturam excludere censentur.

Errat ergò doctissimus GROTIUS, cùm de juris fonte, de eo quod stricto hominum cœtui (societatibus), vel laxiori (gentibus),

Digitized by Google

convenit, [1] *et hæc quidem quæ jam diximus,* inquit, *locum aliquem haberent, etiamsi daremus, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari ab eo negotia humana.*

Falsum omninò assertum. *Officium, debitum,* ut rectè observat BARBEYRAC [2], proindè jus supponit supremum hominum dominum, qui alius à Creatore, à Deo ipso esse non potest.

Errat et subtilis BAYLIUS, qui, ad tuendam fantasticæ suæ *Atheorum* societatis, reipublicæ possibilitatem [3], locum *Grotii* suprà datum refert [4], et contrà *Grotio* repugnantes, summi viri sententiæ calculum album adjiciendo, sic concludit : [5] « Ne leur « en déplaise, je m'en tiens à la doctrine de *Grotius.* Il me semble « que l'homme est tout autant obligé de se conformer aux idées « de la droite raison dans les actes de sa volonté, que de suivre « les règles de la logique dans les actes de son entendement. Or « il est incontestable que, dans la supposition même des athées, « on passeroit pour ridicule si l'on se vouloit mettre au-dessus « du raisonnement. »

Celebri et acutissimo philosopho ne displiceat; hîc cæcutit acer Pyrrhonianus, quamvis de scholasticorum quorumdam, etiam divi Thomæ auctoritate glorians. Petitionis principio laborat ejus argumentatio. Nulla logica, nulla ratiocinationis regula, si primum, originale verum, rectum, quod quidem, ut dixi, Deus ipse est, non existit. Homini contrà usum receptum ratiocinanti

1. GROTIUS; *de jure belli et pacis* (1631), *prolegomen.*

2. BARBEYRAC; *Le droit de la guerre et de la paix, tr. en franc.* (1729); *T. I, Disc. prélimin. p.* 13, §. *XI, not.*

3. BAYLE; *Continuat. des diverses pensées sur la comète, T.* 2 (1705), §. *CXVIII-CXXI, p.* 568-582.

4. *Ibid.* §. *CLII, p.* 768.

5. *Ibid. p.* 769.

Digitized by Google

alter dicere poterit, et æquo jure : meo judicio erras; nullo autem modo falsum realiter, in se, monstrare, probare, cùm archetypum originale et vivens, activa norma (Ens supremum), ad quam ex utrâque parte provocari queat, debeatur, non sit supposita.

Nunc τῦ *Oupnek'hat* doctrinæ uberiorem fas sit proponere expositionem.

Nulla in textu contradictio. Solummodò Entis supremi attributa cum moralis doctrinæ fundamentis concordare clarè agnoscitur; quidquid susurret mens humana propriæ imbecillitati relicta.

T. I, Annotat. p. 566-588, quàm debiles, quàm mancæ sint et jejunæ veterum philosophorum sententiæ *de origine mali* et Entis supremi cum hominis libertate convenientiâ, satis fusè ostensum : recentiorum, saltem celebriorum, hac de quæstione opinionibus eodem modo recensitis, nihil clarius inde elucescet. Quisque adversarii sententiam oppugnat, et sensum suum promit, affirmat, pari jure ab adversario refutandum.

§. III.

Novorum philosophorum, scilicet dialecticâ, et metaphysicæ speculationibus præstantium, de origine mali, ejus pœnâ, et Dei scientiæ, potentiæ, cum hominis libero arbitrio consensu opiniones breviter expositæ et discussæ.

I. Summum philosophum audiamus, cuique suum tribuentem, nullum lumen, quod è variis opinionibus, cogitationibus emergere possit, repellentem. LEIBNITZ.

[1] « La considération de ce système (*harmonia præstabilita*), « inquit LEIBNITZ, fait voir aussi que, lorsqu'on entre dans le « fond des choses, on remarque plus de raison qu'on ne croyoit

1. LEIBNITZ; *Éclaircissement sur l'union du corps et de l'ame. Recueil de* DESMAIZEAUX (1759), *T.* 2, *p.* 417, 419.

Digitized by Google

« dans la plupart des sectes des philosophes. Le peu de réalité « substantielle des choses sensibles des *Sceptiques;* la réduction « de tout aux harmonies ou nombres, idées ou perceptions des « *Pythagoristes* et *Platoniciens;* l'un et même un tout de *Par-* « *menide* et de *Plotin,* sans aucun Spinosisme; la connexion « *Stoïcienne* compatible avec la spontanéité des autres; la philo- « sophie vitale des *Cabalistes* et *Hermétiques,* qui mettent du « sentiment par tout; les formes et entelechies d'*Aristote* et des « *Scolastiques;* et cependant l'explication méchanique de tous « les phénomènes particuliers selon *Démocrite* et les *modernes,* « etc. se trouvent reunies comme dans un centre de perspective, « d'où l'objet (embrouillé en regardant de tout autre endroit) fait « voir sa régularité et la convenance de ses parties. On a manqué « par un esprit de secte, en se bornant par la réjection des autres. « Les philosophes *formalistes* blâment les *matériels* ou *corpus-* « *culaires,* et *vice versâ.* On donne mal des limites à la division « et subtilité, aussi bien qu'à la richesse et beauté de la nature, « lorsqu'on met des atomes et du vuide, lorsqu'on se figure cer- « tains premiers élémens (tels même que les *Cartésiens*), au « lieu des véritables *unités,* et lorsqu'on ne reconnoît pas l'*infini* « en tout, et l'exacte expression du plus *grand* dans le plus *petit,* « jointe à la tendance de chacun à se développer dans un ordre « parfait; ce qui est le plus admirable et le plus bel effet du « *souverain principe,* dont la sagesse ne laisseroit rien à désirer « de meilleur à ceux qui en pourroient entendre l'économie. »

Optima sanè critices præcepta, quæque, magni *Leibnitzii* veniâ, ejus *monadibus, atomis formalibus* [1], *entelechiis, unitatibus realibus; τῷ ego, extensionis, temporis, motûs* definitio-

1. LEIBNITZ; *Essais de Théodicée sur la bonté de Dieu, la liberté de l'homme et l'origine du mal* (1734), *T.* 2, *p.* 330. *Remarq. sur le liv. de l'orig. du mal.*

Digitized by Google

nibus; *harmoniæ præstabilitæ*,[1] *rationi sufficienti, optimismo*, cujus ope[2] libertatem hominis cum Dei essentiâ conciliare nititur

1. „ Que l'union de l'ame avec le corps, et même l'opération d'une substance „ sur l'autre, ne consiste que dans ce parfait accord mutuel, établi exprès par „ l'ordre de la première création, en vertu duquel chaque substance, suivant ses „ propres lois, se rencontre dans ce que demandent les autres; et les opérations „ de l'une suivent et accompagnent ainsi l'opération ou le changement de l'autre." *Lettr. de M. Leibnitz à M. Arnauld, du 23 mars 1690, dans les Mém. de littérat. de Sallengre (du P. Desmolets), T. VIII (1729), 1.re part. p. 214, 215.*

2. „ Les raisons de cette liaison, par laquelle l'un est placé dans des circonstan- „ ces plus favorables que l'autre, sont cachées dans la profondeur de la sagesse de „ Dieu : elles dépendent de l'harmonie universelle. Le *meilleur* plan de l'univers, „ que Dieu ne pouvoit pas manquer de choisir, le portoit ainsi. LEIBN. *Théodic.* „ *T.* 2, 3.e *part. p.* 273.

„ Neque ob rerum certitudinem preces laboresque fiunt inutiles ad obtinenda „ futura quæ desideramus. Nam in hujus seriei rerum, tanquàm possibilis, repræ- „ sentatione apud Deum, antequàm decerni intelligeretur, utique et preces in eâ „ (si eligeretur) futuræ et aliæ effectuum in eâ comprehendendorum causæ in- „ erant, et ad electionem seriei, adeòque ad eventus in eâ comprehensos, ut „ par erat, valuere. *Et quæ nunc movent Deum ad agendum aut permittendum, jam* „ *tùm eum moverunt ad decernendum quid acturus esset aut permissurus. Theodic. T.* 2, „ *p.* 354; *Causa Dei asserta per justitiam ejus etc.*"

Si ARNOLDO communicatus à LEIBNITZIO, qui præstantis hujus doctoris judicium tanti faciebat *, *de causâ mali et justitiâ Dei* latinè scriptus *Dialogus*, cujusque

* *ARNALDI* et *LEIBNITZII* commercium epistolare, veram summorum istorum virorum ideam præbere potest. Quædam ex eo excerpta hîc proferam, quibus *Gallo* philosopho in rebus metaphysicis *Germanus* primas dare videtur.

« Comme je défère beaucoup à votre jugement, » inquit *LEIBNITZIUS* (*Epistol. ad ARNALD. Hanov.* 14 *jul.* 1686. *Arnald. Op. T.* 5, *p.* 190-193, 188, 194), « j'ai été réjoui « de voir que vous aviez modéré votre censure, après avoir vu mon explication sur « cette proposition que je crois importante, et qui vous avoit paru étrange, *que la* « *notion individuelle de chaque personne enferme une fois pour toutes ce qui lui arrivera* « *jamais.* Vous en aviez tiré d'abord cette conséquence, que de cette seule suppo- « sition que Dieu ait résolu de créer Adam, tout le reste des événemens humains « arrivés à Adam et à sa posterité, s'en seroient suivis par une nécessité fatale, sans « que Dieu eût plus eu la liberté d'en disposer, non plus qu'il (ne) peut ne pas créer « une nature capable de penser après avoir pris la résolution de me créer.

« A quoi j'avois répondu, que, les desseins de Dieu touchant tout cet univers

vir *in philosophando* quantus! dicerem, *in theologando*, quan-

lectione haud alienari aut offendi (*s'effaroucher*) non visus est (*Théodic. T.* 2, 2.e *part. p.* 107) eximius philosophus, est ipsa *causa Dei asserta* etc., alià formâ deinceps donata; profectò istam *occasionalem* in principio decretorum Dei causam, quæ velut *pedissequam sapientiam* et *potentiam* divinam constituit, vir summè theologus sanctione suâ non magis firmaverit, quàm quæ de numero malorum, animæ origine, rationalitate, corruptione, peccati originalis traductione et effectu (*lib.*

« étant liés entr'eux, conformément à sa souveraine sagesse, il n'a pris aucune résolution à l'égard d'Adam, sans en prendre à l'égard de tout ce qui a quelque liaison « avec lui. Ce n'est donc pas à cause de la résolution prise à l'égard d'Adam, mais à « cause de la résolution prise en même temps à l'égard de tout le reste (à quoi celle « qui est prise à l'égard d'Adam enveloppe un parfait rapport), que Dieu s'est déterminé sur tous les événemens humains. En quoi il me sembloit qu'il n'y avoit « point de nécessité fatale, ni rien de contraire à la liberté de Dieu, non plus que « dans cette liberté hypothétique, généralement approuvée, qu'il y a à l'égard de Dieu « même, d'éxecuter ce qu'il a résolu.

« Vous demeurez d'accord, Monsieur, dans votre réplique *, de cette raison « des résolutions divines (*p.* 191), que j'avois mise en avant, et vous avez même « la sincérité d'avouer que vous aviez pris ma proposition tout autrement, *parce qu'on « n'a pas accoutumé* (ce sont vos paroles) *de considérer la notion spécifique d'une sphère, « par rapport à ce qu'elle est représentée dans l'entendement divin, mais par rapport à « ce qu'elle est en elle-même; et que vous aviez cru qu'il en étoit encore ainsi à l'égard de « la notion individuelle de chaque personne.*

« Pour moi, j'avois cru que les notions pleines et compréhensives sont représentées dans l'entendement divin comme elles sont en elles-mêmes. Mais maintenant « que vous savez que c'est là ma pensée, *cela suffit pour vous y conformer, et pour « examiner si elle lève la difficulté.* Il semble donc que vous reconnoissiez que mon « sentiment expliqué de cette manière, savoir les notions pleines telles qu'elles sont « dans l'entendement divin, n'est pas seulement innocent, mais même qu'il est certain; car voici vos paroles : *je demeure d'accord que la connoissance que Dieu a eue « d'Adam, lorsqu'il a résolu de le créer, a enfermé celle de tout ce qui lui est arrivé « et doit arriver à sa posterité, et ainsi, prenant en ce sens la notion individuelle d'Adam, « ce que vous en dites est très-certain.* Nous allons voir tantôt en quoi consiste la difficulté que vous y trouvez encore. Cependant je dirai un mot de la raison de la « différence qu'il y a en ceci, entre les notions des espèces et celles des substances « individuelles, plutôt par rapport à la volonté divine, que par rapport au simple « entendement. C'est que les notions spécifiques les plus abstraites ne comprennent

* Cette réplique s'est égarée; il ne nous a pas été possible de la trouver, malgré toutes nos recherches. *Not. de l'édit.*

Digitized by Google

tillus [1]! necessitati *morali hypotheticæ* in Deo ut in homine, à

---

cit. p. 356, 357-363, 364), et infidelium, quibus sola externa prædicatio negata est, salute (p. 368); de malo in optimâ et à Deo præferendâ rerum serie quasi necessario seu conveniente (p. 371, 374); contrà gratiam *per se effectricem*, in omnia *victricem* (p. 371), minùs cautè, sobriè *Leibnitzius* hariolatur.

1. *Theodic. T.* 2, *p.* 161, 162, 272, 273. — *Oeuvr. posthum. de* BOSSUET. *Projet de r'union entre les catholiq. et les protest.* 2.e *part. lettr. de Leibnitz et de l'Évêq. de Meaux*, *p.* 338-544.

« que des vérités nécessaires ou éternelles, qui ne dépendent point des décrets divins « (quoi qu'en disent les Carthésiens, dont il semble que vous-même ne vous êtes « pas soucié en ce point); mais les notions des substances individuelles, qui sont « complètes et capables de distinguer leur sujet, et qui enveloppent par conséquent « les vérités contingentes ou de fait, et les circonstances individuelles du temps, du « lieu et autres, doivent aussi envelopper dans leur notion, prise comme possible, « les décrets libres de Dieu, pris aussi comme possibles, parce que ces décrets libres « sont les principales sources des existences ou faits; au lieu que les essences sont « dans l'entendement divin, avant la considération de la volonté.

« Cela nous servira pour mieux entendre tout le reste, et pour satisfaire aux dif- « ficultés qui semblent encore rester dans mon explication; car c'est ainsi que vous « continuez, Monsieur: *mais il me semble qu'après cela il reste à demander, et c'est ce qui « fait ma difficulté, si la liaison entre ces objets (j'entends Adam et les événemens humains) « est telle d'elle-même, indépendamment de tous les décrets libres de Dieu, ou si elle en est « indépendante (dépendante) : c'est-à-dire, si ce n'est qu'ensuite des décrets libres par lesquels « Dieu a ordonné tout ce qui arriveroit à Adam et à sa posterité, que Dieu a connu tout ce « qui leur arriveroit; ou s'il y a, indépendamment de ces décrets, entre Adam d'une « part, et ce qui est arrivé et arrivera à lui et à sa postérité, de l'autre, une connexion « intrinsèque et nécessaire.* Il vous paroît que je choisirai le dernier parti, parce que « j'ai dit *que Dieu a trouvé parmi les possibles un Adam accompagné de toutes les circon- « stances individuelles, et qui entre autres prédicats a aussi celui d'avoir avec le temps une « telle postérité;* or, vous supposez que j'accorderai que les possibles sont possibles « avant tous les décrets libres de Dieu. Supposant donc cette explication de mon sen- « timent, suivant le dernier parti, vous jugez qu'elle a des difficultés insurmontables; « *car il y a*, comme vous dites avec grande raison, *une infinité d'événemens humains, « arrivés par des ordres très-particuliers de Dieu, comme* (p. 192), *entr'autres, la religion « judaïque et chrétienne, et surtout l'incarnation du Verbe divin; et je ne sais comment on « pourroit dire que tout cela* (qui est arrivé par des décrets très-libres de Dieu) *étoit « enfermé dans la notion individuelle de l'Adam possible : ce qui est considéré comme pos- « sible devant avoir tout ce que l'on conçoit qu'il a sous cette notion, indépendamment des « décrets divins.*

Digitized by Google

necessitate *absolutâ, metaphysicâ* distinctæ, id est, toti ejus philosophico systemati æquè conveniunt.

« J'ai voulu rapporter exactement votre difficulté, Monsieur, et voici comme j'espère « d'y satisfaire entièrement, à votre gré même. [*M. Leibnitz emploie ici quatre grandes « pages à satisfaire à cette difficulté, par des raisonnemens métaphysiques dans lesquels on « se perd ; après quoi il continue ainsi* (parenthes. minus philosophi editoris)]:

« *Quant à la réalité des substances purement possibles, c'est-à-dire, que Dieu ne créera « jamais*, vous dites, Monsieur, d'être fort porté à croire que ce sont des chimères; à « quoi je ne m'oppose pas, si vous l'entendez, comme je crois, qu'elles n'ont point d'autre « réalité que celle qu'elles ont dans l'entendement divin et dans la puissance active « de Dieu. Cependant vous voyez par là, qu'on est obligé de recourir à la science « et puissance divine pour les bien expliquer. Je trouve aussi fort solide ce que vous « dites ensuite, *qu'on ne conçoit jamais aucune substance purement possible que sous l'idée « de quelqu'une* [ou par les idées comprises dans quelqu'une] *de celles que Dieu a « créées.* Vous dites aussi : *nous nous imaginons qu'avant de créer le monde, Dieu a « envisagé une infinité de choses possibles, dont il a choisi les unes et rebuté les autres ; « plusieurs Adams* [premiers hommes] *possibles, chacun avec une grande suite de per- « sonnes avec qui il a une liaison intrinsèque : et nous supposons que la liaison de toutes « ces autres choses avec un de ces Adams* [premiers hommes] *possibles, est toute sem- « blable à celle qu'a eue l'Adam créé avec toute sa posterité ; ce qui nous fait penser que c'est « celui-là de tous les Adams possibles que Dieu a choisi, et qu'il n'a point voulu de tous les « autres.* En quoi vous semblez reconnoître, Monsieur, que ces pensées, que j'avoue « pour miennes [pourvu qu'on entende la pluralité des Adams et leur possibilité, selon « l'explication que j'ai donnée, et qu'on prenne tout cela selon notre manière de « concevoir quelqu'ordre dans les pensées ou opérations que nous attribuons à Dieu], « entrent assez naturellement dans l'esprit, quand on pense un peu à cette matière, « et même ne sauroient être évitées, et peut-être ne vous ont déplu que parce que « vous avez supposé qu'on ne pouvoit pas les concilier avec les décrets libres de « Dieu. Tout ce qui est actuel peut être conçu comme possible, et si l'Adam actuel « aura avec le temps une belle posterité, on ne sauroit nier ce même prédicat à cet « Adam conçu comme possible, d'autant plus que vous accordez que Dieu envisage en « lui tous ces prédicats, lorsqu'il détermine de le créer. Ils lui appartiennent donc; « et je ne vois pas que ce que vous dites de la réalité des possibles y soit contraire. Pour « appeler quelque chose possible, ce m'est assez qu'on en puisse former une notion, « quand elle ne seroit que dans l'entendement divin, qui est, pour ainsi dire, le « pays des réalités possibles. Ainsi en parlant des possibles, je me contente qu'on « en puisse former des propositions véritables, comme l'on peut juger, par exemple, « qu'un carré parfait n'implique point de contradiction, quand il n'y auroit point de « carré parfait au monde. Et si on vouloit rejeter absolument ces purs possibles, « on détruiroit la contingence et la liberté; car, s'il n'y avoit rien de possible que

Digitized by Google

Totam *Leibnitzii Theodiceam*, eximium alioquin opus, sed quod, sublatis repetitionibus, quæ materiei tenebras creant, ad dimidium facilè reduci posset, citare operæ pretium foret, si

« ce que Dieu a créé effectivement, ce que Dieu a créé seroit nécessaire, et Dieu, voulant créer quelque chose, ne pourroit créer que cela seul, sans avoir la liberté du choix.

« Tout cela me fait espérer [après les explications que j'ai données, et dont j'ai toujours apporté des raisons, afin de vous faire juger que ce ne sont pas (*p.* 193) des faux-fuyans controuvés pour éluder vos objections] qu'au bout du compte vos pensées ne se trouvent pas si éloignées des miennes qu'elles ont paru d'abord l'être. Vous approuvez la liaison des résolutions de Dieu; vous reconnoissez ma proposition principale pour certaine, dans le sens que je lui avois donné dans ma réponse: vous aviez douté seulement si je faisois la liaison indépendante des décrets libres de Dieu, et cela vous avoit fait de la peine, avec grande raison; mais j'ai fait voir qu'elle dépend de ces décrets, selon moi, et qu'elle n'est pas nécessaire, quoiqu'elle soit intrinsèque. Vous avez insisté sur l'inconvénient qu'il y avoit de dire que si je ne fais pas le voyage que je dois faire, je ne serai pas moi, et j'ai expliqué comment on le peut dire ou non. Enfin j'ai donné une raison décisive, qui, à mon avis, tient lieu de démonstration : c'est que toujours, dans toute proposition affirmative, véritable, nécessaire ou contingente, universelle ou singulière, la notion du prédicat est comprise, en quelque façon, dans celle du sujet; *prædicatum inest subjecto;* ou bien je ne sais ce que c'est que la vérité.

« [*M. Leibnitz emploie trois grandes pages à rendre ses pensées intelligibles et à en faire voir, dit-il, la solidité et l'importance* (eas editor non debebat omittere : in materiâ subtili, difficili, nihil nimii, superflui)].

« *P.* 195, *au même. Hanovre*, 28 *novembre* 1686.

« Pour ce qui est des deux difficultés que vous trouvez dans ma lettre; l'une, touchant *l'hypothèse de la concomitance*, ou l'accord des substances entr'elles; l'autre, touchant *la nature des formes des substances corporelles*, j'avoue qu'elles sont considérables, et si j'y pouvois satisfaire entièrement, je croirois pouvoir déchiffrer les plus grands secrets de la nature universelle.

« *P.* 198, *au même. Nuremberg.* 14 *janv.* 1688.

« Le mouvement en lui-même, séparé de la force, est relatif, et ne sauroit déterminer le sujet dans lequel il se trouve. Mais la force est quelque chose de réel et d'absolu; et c'est pour cela que la nature garde la quantité de la force, et non pas la quantité du mouvement. Cependant il s'ensuit qu'il y a dans la nature quelqu'autre chose que l'étendue et le mouvement, à moins que de refuser aux choses toute la forme ou puissance : ce qui est, de substances qu'elles sont, les changer en modes, et tomber, sans y penser, dans les sentimens dangereux de *Spinosa*, qui veut que toutes les choses ne soient que des modes de Dieu. . . . . »

Digitized by Google

celeberr. philosophi minùs rectè, etiam contrà ipsius sensum dicta refellere quis vellet. Idem ubique infirmum quoad mali originem responsum, *dictatoriè* datum, optimi, ex parte Dei, rerum statûs, perfectissimi mundi electio.

Humanæ mentis naturam ni cognoscerem, et eadem effata in *observationibus* ad HOBBESII *de Libertate*, et KING, *de Origine mali*, libros, etiam in *causâ Dei assertâ* etc. (*p.* 352, 353, 358-362-375), reperirem, fidem facilè darem ei quod in *Bibliothecâ Germanicâ* (*T.* 14 [1727], *p.* 178, *art. Tübingen*) legitur; scilicet : « On trouve à la fin (des institutions au droit ecclésiastique « par M. le Chancel. PFAFF), quelques lettres de M. de LEIBNITZ à « M. PFAFF, dans lesquelles il déclare qu'il ne regarde que comme « un JEU D'ESPRIT le système qu'il a établi dans la THÉODICÉE, « *par rapport à l'origine du mal.* » Celeberr. LE CLERC (*Bibliothèq. anc. et modern. T. XV* (1721), *p.* 179, 180) priùs in eâ sententiâ fuerat. Ipsa Cancell. PFAFF verba (*Act. erudit.* [*Leips.*] *mens. mart.* 1728, *p.* 125 *et seq.*) hîc dare juvat :

« Rogaverat abs me vir illustris (*Leibnitzius*), inquit *Pfaff*, « (*Desmaiz. libr. cit. T. I, avertissement*), quid *de Theodicææ* « sentirem, methodoque illâ quâ Bælium refutasset : scripsi, « existimare me, quòd animi saltem causâ illud philosophiæ con- « finxerit systema, et quemadmodùm *Clericus Bælium* refutatu- « rus, Origenistam simulaverit, ità et ipse novam hanc philo- « sophandi viam inierit ad refutandum *Bælium*, quæ quidem, « licet pulverem saltem oculis eorum, qui et altum aliàs haud « videant, injiciat, tamen eo ingeniosior sit, quòd probè per- « specta, et sententiam *Bælii* crassiorem sub specie refutationis, « potiùs modo subtiliore, mysterio tamen non illicò detegendo « firmet, et diversis quoque dissidentium relligionum systematis « opinionibusque, aliàs vix defendendis, incrustandis, favorique

Digitized by Google

« adeò et theologorum omnium ferè partium, maximè nostratium « aucupando, sit applicabilis ; præoptare verò me, ut *Bælii* tam « periculosa sententia seriò, solidè et graviter refutetur.

« Quid, quæso, ad me respondit *Leibnitzius*, quem credide- « ram mihi ob ingenuam responsionem indignaturum ? Ità autem « ille in litteris *Hanoverâ, a.* 1716, *d.* 21 *maji*, ad me datis [do « verò verba viri formalia, licet brevissima, reliqua enim epistolæ, « quæ hoc negotium non tangunt, addere non convenit] : *Ità « prorsùs est, vir summè reverende, uti scribis de Theodicææ « meâ. Rem acu tetigisti. Et miror, neminem hactenùs fuisse, « qui sensum hunc meum senserit. Neque enim philosophorum « est, rem seriò semper agere, qui in fingendis hypothesibus, « uti benè mones, ingenii sui vires experiuntur. Tu, qui theo- « logus, in refutandis erroribus theologum ages.* »

Verùm *hæc ipsa Leibnitzium seriâ mente haud scripsisse* putant celeb. BULFINGER, WOLF (*Act. erudit. decemb.* 1728, *p.* 550, 551). Idem sentit M. de *Neufville*, auctor *Leibnitzii* vitæ (*Theodic. T. I, p.* 117, 118, 122-125) : et profectò haud aliter opinari non permittit locus iste *observationum* in *Holbesii* librum (*Theodic. T. II*, *p.* 289).

« Il vaut donc mieux, inquit summus philosophus, incompa- « rablement, expliquer la volonté de Dieu comme nous l'avons « fait dans cet ouvrage (*la Théodicée*). Ainsi nous dirons que « Dieu, en vertu de sa souveraine bonté, a préalablement une « *inclination sérieuse* à produire, ou à voir, et à faire produire, « tout bien et toute action louable ; et à empêcher, ou à voir, « et à faire manquer, tout mal et toute action mauvaise ; mais « qu'il est déterminé par cette même bonté, jointe à une sagesse « infinie, et par le concours même de toutes les inclinations « préalables et particulières envers chaque bien et envers l'em-

Digitized by Google

« péchement de chaque mal, à produire le meilleur dessein pos-
« sible des choses ; ce qui fait sa volonté finale et directoire ; et
« que, ce dessein du meilleur étant d'une telle nature que le
« bien y doit être rehaussé comme la lumière par les ombrages
« de quelque mal incomparablement moindre que ce bien, Dieu
« ne pouvoit point exclure ce mal, ni introduire certains biens
« exclus dans ce plan, sans faire du tort à sa suprême per-
« fection, et que c'est pour cela qu'on doit dire qu'il a permis
« le péché d'autrui, parce qu'autrement il auroit fait lui-même
« une action pire que tout le péché des créatures. » (*Id. Theodic. T.* 2, 2.e *part. p.* 23, 24; *T.* 1, 1.re *part. p.* 91; *T.* 2, 3.e *part. p.* 314).

Ista sanè *seriò* dicta, nec *ingenii lusum* redolent. Similiter ea quæ minùs sapienter (*T.* 2, *p.* 234) effutit *Leibnitzius*. « Nous avons
« déjà montré, inquit, que cette source (celle du mal) *se trouve*
« *dans les formes ou idées des possibles;* car elle doit être *éter-*
« *nelle,* et la matière ne l'est pas. Or, Dieu ayant fait toute
« réalité positive qui n'est pas éternelle, il auroit fait la source du
« mal, si elle ne consistoit pas dans la possibilité des choses
« ou des formes, *seule chose que Dieu n'a point faite, puisqu'il*
« *n'est point auteur de son propre entendement.* »

Observandum tamen celeberrimum auctorem non adeò principiis stare, quin aliquandò, ut jam dixi, ab eis deflectat. Sic (2.e *part. p.* 15, 16) : « Il manque souvent, inquit, aux créatures
« le moyen de se donner la volonté qu'on devroit avoir ; même il
« leur manque souvent la volonté de se servir des moyens qui
« donnent indirectement une bonne volonté, dont j'ai déjà parlé
« plus d'une fois. Il faut avouer ce défaut, et il faut même re-
« connoître que Dieu *en auroit peut-être pu exempter les créa-*
« *tures,* puisque rien n'empêche, ce semble, qu'il n'y en ait

Digitized by Google

« dont la nature soit *d'avoir toujours* une bonne volonté. Mais « je répons qu'il n'est pas nécessaire, et *qu'il n'a point été fai-* « *sable*, que toutes les créatures raisonnables eussent une si grande « perfection qui les approchât tant de la divinité. »

Quis non aures tinnire arbitretur, cùm eundem philosophum audit dicentem : (*p.* 21) « Dieu, dit-on, pouvoit donner le bon- « heur à tous ; il le pouvoit donner promptement et facilement, « et sans se faire aucune incommodité ; car il peut tout. Mais « le doit-il ? puisqu'il ne le fait point, c'est une marque *qu'il* « *le devoit* faire tout autrement. »

Hoc est nodum secare, non solvere. Factum dicis, profectò rectè, sapienter factum. Sed, quî rectè ? rationem quæro, non intelligens. Facto respondes ! siccine philosophus ?

Pari ratione (*ibid.*) : « Dieu n'en manque pas (de capacité ou « de bonne volonté) ; Il pourroit faire le bien que nous souhai- « terions, il le veut même, en le prenant détaché : mais *il ne* « *doit point* le faire préférablement à d'autres biens plus grands « *qui s'y opposent.* »

Quàm abjectus de Ente supremo et sentiendi et loquendi modus !

« Au reste on n'a aucun sujet de se plaindre de ce qu'on ne « parvient ordinairement au salut que par bien des souffrances, « et en portant la croix de J. C. ; les maux servent à rendre les « élus imitateurs de leur maître, et à augmenter leur bonheur. »

Pia et solida parænesis (*et* 2.e *part. p.* 148), in disputatione philosophicâ haud expectanda, sed quæ mysterium supponens, velum Dei operationi impositum nedùm auferat, nequidem sublevat, et auctoris systema funditùs diruit.

Idem dicendum de eo quod ait auctor (*T.* 1, 1.e *part. p.* 149) : « et afin que nous n'ayions point sujet de nous glorifier, il faut

Digitized by Google

« que nous ignorions les raisons du choix de Dieu : aussi sont-
« elles trop variées pour tomber sous notre connoissance ; et il se
« peut que Dieu montre quelquefois la puissance de sa grâce,
« en surmontant la plus opiniâtre résistance, afin que personne
« n'ait sujet de se désespérer, comme personne n'en doit avoir
« de se flatter. Et il semble que S. Paul a eu cette pensée, se
« proposant à cet égard en exemple : Dieu, dit-il, m'a fait misé-
« ricorde, pour donner un grand exemple de sa patience. »

Quæ si auctor in memoriam revocasset, *Laurentii Vallæi Dialogum de libero arbitrio*, contrà Boetium, supplere non tentasset (*T.* 2, *p.* 256-261); multò minùs *Baylii*, acuto, solerti, erudito ingenio, nec non indomitâ ratiocinandi vi præditi, longa et præstantia loca, cum debili, mancâ et jejunâ refutatione retulisset. Unum hîc proferam.

« Par le sentiment clair et net que nous avons de notre existence,
« inquit BAYLIUS (*Réponses aux questions d'un provincial*,
BAYLE. « *T.* 3 (1706), *p.* 761-765. — LEIBNITZ, *Théodic. T.* 2, 3.e *part.*
« *p.* 172-175), nous ne discernons pas si nous existons par nous-
« mêmes, ou si nous tenons d'un autre ce que nous sommes; nous
« ne discernons cela que par la voie des réflexions, c'est-à-dire,
« qu'en méditant sur l'impuissance où nous sommes de nous
« conserver autant que nous voudrions, et de nous délivrer de
« la dépendance des êtres qui nous environnent, etc. Il est même
« sûr que les Payens [il faut dire la même chose des *Sociniens*,
« puisqu'ils nient la création] ne sont jamais venus à la con-
« noissance de ce dogme véritable, que nous avons été faits de rien,
« et que nous sommes tirés du néant à chaque moment de
« notre vie. Ils ont donc cru faussement que tout ce qu'il y a
« de substances dans l'univers existent par elles-mêmes, et qu'elles
« ne peuvent jamais être anéanties, et qu'ainsi elles ne dépendent

Digitized by Google

« d'aucune autre chose qu'à l'égard de leurs modifications, sujettes « à être détruites par l'action d'une cause externe. Cette erreur « ne vient-elle pas de ce que nous ne sentons point l'action créa- « trice qui nous conserve, et que nous sentons seulement que « nous existons, que nous le sentons, dis-je, d'une manière qui « nous tiendroit éternellement dans l'ignorance de la cause de « notre être, si d'autres lumières ne nous secouroient.

« Disons aussi que le sentiment clair et net que nous avons « des actes de notre volonté, ne nous peut pas faire discerner si « nous nous les donnons nous-mêmes, ou si nous les recevons « de la même cause qui nous donne l'existence. Il faut recourir « à la réflexion, ou à la méditation, afin de faire ce discernement. « Or je mets en fait que par des méditations purement philoso- « phiques on ne peut jamais parvenir à une certitude bien fondée « que nous sommes la cause efficiente de nos volitions; car toute « personne qui examinera bien les choses, connoîtra évidemment « que, si nous n'étions qu'un sujet passif à l'égard de la volonté, « nous aurions les mêmes sentimens d'expérience que nous avons « lorsque nous croyons être libres. Supposez, par plaisir, que « Dieu ait réglé de telle sorte les lois de l'union de l'ame et du « corps, que toutes les modalités de l'ame, sans en excepter au- « cune, soient liées nécessairement entre elles avec l'interposition « des modalités du cerveau, vous comprendrez qu'il ne nous « arrivera que ce que nous éprouvons. Il y aura dans notre ame « la même suite de pensées, depuis la perception des objets des « sens, qui est sa première démarche, jusqu'aux volitions les « plus fixes, qui sont sa dernière démarche. Il y aura dans cette « suite le sentiment des idées, celui des affirmations, celui des « irrésolutions, celui des velléités, et celui des volitions. Car, « soit que l'acte de vouloir nous soit imprimé par une cause

Digitized by Google

« extérieure, soit que nous le produisions nous-mêmes, il sera « également vrai que nous voulons, et que nous sentons que « nous voulons ; et, comme cette cause extérieure peut mêler « autant de plaisir qu'elle veut dans la volition qu'elle nous im- « prime, nous pourrons sentir quelquefois que les actes de notre « volonté nous plaisent infiniment, et qu'ils nous mènent selon « la pente de nos plus fortes inclinations. Nous ne sentirons « point de contrainte : vous savez la maxime, *voluntas non potest* « *cogi*. Ne comprenez-vous pas clairement qu'une girouette, à qui « l'on imprimeroit toujours tout à la fois [en sorte pourtant que « la priorité de nature, ou, si l'on veut même, une priorité d'ins- « tant réel conviendroit au désir de se mouvoir] le mouvement « vers un certain point de l'horizon, et l'envie de se tourner de « ce côté-là, seroit persuadée qu'elle se mouvroit d'elle-même pour « exécuter les désirs qu'elle formeroit ? Je suppose qu'elle ne sauroit « point qu'il y eût des vents, ni qu'une cause extérieure fît chan- « ger tout à la fois et sa situation et ses désirs. Nous voilà na- « turellement dans cet état : nous ne savons point si une cause « invisible nous fait passer successivement d'une pensée à une « autre. Il est donc naturel que les hommes se persuadent qu'ils « se déterminent eux-mêmes : mais il reste à examiner s'ils se « trompent en cela comme en une infinité d'autres choses qu'ils « affirment par une espèce d'instinct, et sans avoir employé les « méditations métaphysiques.

« Puis donc qu'il y a deux hypothèses sur ce qui se passe dans « l'homme, l'une qu'il n'est qu'un sujet passif, l'autre qu'il a des « vertus actives, on ne peut raisonnablement préférer la seconde « à la première, pendant qu'on ne peut alléguer que des preuves « de sentiment ; car nous sentirions avec une égale force que nous « voulons ceci ou cela, soit que toutes nos volitions fussent im-

Digitized by Google

« primées à notre ame par une cause extérieure et invisible, soit « que nous les formassions nous-mêmes.

Ad hæc observat summus *Leibnitzius* (*lib. cit. p.* 174, 175) :

« Il y a ici des raisonnemens fort beaux, qui ont de la force contre LEIBNITZ. « les systèmes ordinaires ; mais ils cessent par rapport au système « de *l'harmonie préétablie*, qui nous mène plus loin que nous « ne pouvions aller auparavant. »

Sic plerumque fatur cujuslibet systematis auctor. Difficultatibus cedunt hucusque prolatæ opiniones. Illis ejus sola respondet, eas solvit; et omnia de industriâ denegandi, impugnandi (*p.* 212) reus arguitur, etiam mentis imbecillitate donatur (*id. p.* 178, 190), qui fulgenti veritati renuit acquiescere. Magnum; Hercule ! crimen, insignis temeritas, ædificium tanto labore structum, cujus omnes partes, aptè connexæ, harmonicè sibi correspondent (*p.* 212), labefactare, uno ictu evertere, diruere!

« M. *Bayle* met en fait, addit philosophus, *que par des méditations purement philosophiques on ne peut jamais parvenir à une certitude fondée, que nous sommes la cause efficiente de nos volitions* : mais c'est un point que je ne lui « accorde pas; car l'établissement de ce système montre indubitablement que, dans le cours de la nature, chaque substance « est la cause unique de ses actions, »

Ostendit, id est, supponit, at nullo modo probat, demonstrat.

« et qu'elle est exempte de toute influence physique de toute « autre substance,

Hîc agitur de operatione corporis, objectorum externorum, in animam (*p.* 316).

« excepté le concours ordinaire de Dieu. »

In Deo, philosophicè, non est *ordinarii* et *extraordinarii* distinctio. Omnia, ut voluit, ab æterno sicut in præsenti ordinata;

Digitized by Google

eodem, ei simili, modo peraguntur. Mens humana constantem istam, statam, uniformem operationum seriem comprehendere non valens, quo minùs sæpè percellitur, extraordinarium nuncupat; cùm in supremo Agente omne sit unum et idem.

« Et c'est ce système, inquit *Leibnitzius*, qui fait voir que notre « *spontanéité* est vraie, et non pas seulement apparente, comme « M. WITTICHIUS l'avoit cru. M. BAYLE soutient aussi par les « mêmes raisons (*Rép. aux quest.* etc. *ch.* 170; *p.* 1132-1135), que « s'il y avoit un *fatum astrologicum*, il ne détruiroit point la « liberté; et je le lui accorderois, si elle ne consistoit que dans « une spontanéité apparente. »

Spontaneitas, est *spontaneitas vera*, cùm τὸ spontè nisi facto apparente cognosci non possit.

At verò dilecti systematis nimiùm plenus summus alioqui philosophus se eadem ac adversarios protrudere non advertit.

Verbi gratiâ non videt acerrimo vir ingenio, suam *harmoniam* à *causis occasionalibus* realiter non differre. Ens æternum nihil successivè operatur; ens omnipotens, per se agens, nullâ externâ causâ determinatur: cùm ergò Deus animi motûs occasione motum in corpore producere dicitur, et *vice versâ*, loquendi modus est; unâ, æternâ, semper præsenti actione, et quod in corpore et quod in animâ apparet, *concomitanter* et separatim, nullâ præviâ aut ad tempus *occasionali* ratione inductus, de se, quoniam ità vult, efficit. In supremo, summè perfecto ente, simul seorsim, *prædefinitè* occasionaliter, eodem modo diverso agere, corporis et animæ *machinas*, sit verbo venia! sibi invicem respondentes, ab initio ordinare, vel successim, uti res se habere videtur, unum est et idem. Errat similiter LEIBNITZIUS, nec sanè quod ad *moralem* approbatorem habuisset ARNALDUM, ad quem scribit 14 jan. 1688 (*Arnaldi Op. T.* 5, *p.* 199): « Si je trouve un jour

Digitized by Google

« assez de loisir, je veux achever mes méditations sur la *caractéristique générale*, ou manière du calcul universel, qui doit « servir dans les autres sciences comme dans les mathématiques. « J'en ai déjà de beaux essais. J'ai les définitions, axiomes, théorèmes, et problèmes fort remarquables de la coïncidence de « la détermination [ou de *unico*] de la similitude, de la relation « en général, de la puissance ou cause de la substance; et partout je procède par lettres, d'une manière précise et rigoureuse, « comme dans l'algèbre ou dans les nombres.

« Si on poursuivoit cette méthode, il y auroit moyen de finir « bien des controverses et disputes, en se disant, comptons. »

Rarum profectò mathematici delirii specimen. Sic dicendo, *numeremus*, omnia in Galliâ susque deque, pedes ad caput, caput ad pedes lata. [1]

« On en pourroit encore donner des *essais en morale.*

Hoc tentârunt *Leibnitzii* simiæ, materialistæ philosophi. Hominis affectus, nunquàm planè cognitos, rationis lumen, affectionum motu semper turbidum, rerum, temporum, locorum, morum perpetuam varietatem : hæc omnia, quemadmodùm materiæ partes, numerorum unitates, *data* supponere; et indè *litterarum* ope, ut in *algebrâ*, supputare rationem, quæ dementia!

« Et j'en ai déjà dans la jurisprudence. Aussi ne sais-je point « d'auteurs dont le style approche davantage de celui des géo-

1. Exemplum sit *nova Era*, in se incerta, imperfecta, intricata, vetus Galliæ cum reliquâ Europâ conjunctionis, etiam relligionis vinculum revellens, et arduas in chronologiâ, historiâ, ut in vitâ communi creans difficultates. Hac de re legi potest opusculum cui titulus : *Considérations critiques sur la nouvelle Ere, sous la forme d'un discours supposé tenu à la tribune du Conseil des Cinq-cens; suivies de l'extrait d'un mémoire de l'astronome* DELAMBRE *sur les moyens de trouver les années sextiles du nouveau calendrier, par* J. B. VIÉNOT-VAUBLANC. *Par. an* 9 (1801), *p.* 18, 20, 23, 24, 27, 32, 43, 45.

Digitized by Google

« mètres, que celui des jurisconsultes anciens, dont les fragmens « sont dans les digestes. Dans les matières conjecturales on pourra « au moins déterminer ce qui doit être jugé le plus probable et le « plus sûr, *ex datis* (similiter, characterum algebricorum ope).

Si ludere licet in re gravi, RABELAISII judicem *Bridoye* hîc adducam, lites *tesserarum jactu* dirimentem. [1]

Longius esset profundam et arduam LEIBNITZII cum CLARCKIO de *extensione, tempore* et *motu* disputationem referre. Hæc tria, prior philosophus meras rei ad rem rationes [2] (nihil in se) esse contendit, laboriosè probat, et, dùm aliquid, quod ingenio perspicaci arridere potest, se proferre, quæstioni lumen affundere arbitratur, reverà, caligine tantummodò caliginem pellit.

CLARKE. II. Ea est de LEIBNITZII systemate, viri, cui nullus par in rebus metaphysicis, summi CLARKII, sententia; qui quidem *extensionem, tempus* et *motum, substantias* non dicit, sed tamen realiter, absolutè, ut *proprietates, quantitates,* existere. [3]

Philosophi omnes, ut jam observavi, qui de primis rerum principiis agunt, adversariorum suorum hypotheses haud multo nisu evertunt; contrariam autem suam ipsorum sententiam non pari successu statuunt. *Cartesius, Newtonus; impulsio, attractio; plenum vacuum* impugnantur : brevi impugnator ipse, alio prælio victus, è solo quod occupabat depellitur.

Undè CLARKIUS, *tempus* quidem, *motum, spatium* non esse *meras* rationes, ~~sed~~ *quid reale*, à substantiis quas spectant diver-

---

1. *Les Œuvres de M. Fr. Rabelais, doct. en médecine* (1588), *liv.* 3, *ch.* 39-41, *p.* 173-184.

2. LEIBNITZ; *Epistol. ed. Kortholt, T.* 2 (1735); *epistol.* 14, *ad Jacob.* THOMASIUM, *p.* 137, 138-142.

3. Vide super illâ quæstione etc. *quinque* LEIBNITZII *scripta*, et *quinque Clarkii responsiones, recueil de Desmaiz, T.* 1, *p.* 30, 40, 41, 59, 68, 69, 72, 73, 76, 77, 80, 81, 98, 99, 103, 136, 172, *not. p.* 181, 220, 225.

Digitized by Google

sum, istîus autem *quid* naturam sibi incognitam dicens, rei convenientiori modo responderet.

Sic etiam, in *litteris ad doctum virum Cantabrigensem*, suam de libertate opinionem, scilicet[1] *physicam varia agendi potestatem, esse in Deo et in homine essentiam libertatis*, exponit, explicat philosophus anglus; nihil verò, quo difficultas, nempè, quâ ratione à creaturâ *imperfectâ*, quæ *perfectionem* nec à Deo recepit, nec sibi ipsa dare potuit, de eo quod *imperfectè* fecit ratio reposci queat, solvi posset, suppeditat.

Semper, his in terris, tenebris involuta remanebunt, quidquid ad eas removendas acerrima ingenia moliantur, rerum principia; quibus Entis supremi attributa et entis secundarii liberum arbitrium, scilicet, operum causa, merces, delictorum pœna, malorum physicorum sensus, includuntur.

III. Campum subit novus athleta, eodem apparatu et pari exitu, vir acri sanè et acuto ingenio, COLLINS, qui,[2] dùm *necessitatis* causam orat, equidem hominem non esse agens liberum omnimodè ad agendum, vel non agendum, ad diversa, etiam opposita, eo sensu quem clar. *Clarkius* tuetur, strenuè et quasi insuperabiliter evincit: cùm autem eundem esse *agens necessarium* statuit, et difficultates ex actionum merito et societatis politiâ ortas solvere autumat, *necessitatem moralem* à physicâ distinguens, *voluntarium* sufficere statuens, adversarii telis inerme corpus objicit. COLLINS.

Nec lucidiùs *entis liberi* essentiam exponit laudatus *Clarkius*, in suis ad COLLINSII *disquisitiones philosophicas de hominis*

1. *Rec. de Desmaiz. T. I, p.* 240.

2. *Recherches philosophiques sur la liberté; recueil de Desmaiz. T.* 1, *p.* 268, 277, 341, 346, 347.

Digitized by Google

libertate observationibus, ubi [1] dictatoriè magis quàm philosophicè pronunciat, *agens*, quod motûs inchoandi potestatem habet, non posse propriè esse *necessarium;* non rationibus, argumentis, abstractis notionibus, voluptate vel dolore, passivis perceptionibus, uti ait [2], verè ad actum *determinari;* bilancem, quæ intelligens supposita, quâ parte pondus eam trahit, sentit, et istum motum approbat [3], non esse verum *agens*, quoniam *entis liberi* vera definitio est : *ens potestate agendi, æquè ac alterius actionem recipiendi, præditum; necessitatem moralem*, verè et philosophicè loquendo, nullatenùs esse necessitatem [4]; quod verum videtur admittere, quod falsum rejicere, non esse actiones [5], quamvis *voluntas*, modò ultimàm intellectûs perceptionem aut *approbationem*, modò *primum facultatis sese moventis* actum significet; Deum ei, qui liber non meretur, pœnam nisi injustè infligere non posse [6]; Dei *judicium* infallibile, seu ejus præscientiam, de veritatibus contingentibus, earum naturam non mutare, eas non reddere necessarias [7] : quod fatendum; etenim non ideò res *necessariæ*, quia Deus eas prævidit, præscivit [8]; sed, ut ab æterno certæ, ab æterno decretæ, decretas prænoscit, *necessariæ* seu ineluctabiles erunt dicendæ : tandem, præscientia in Deo quâ ratione nihil rerum contingentiæ detrahat, dùm se fusiùs explicasse ait in suis *Discours sur l'existence et les attributs de Dieu;* ubi tamen [9],

1. *Remarques sur un livre intitulé : Recherches philosophiques sur la liberté de l'homme, lib. cit. p.* 375.
2. *Lib. cit. p.* 381, 383.
3. *Id. p.* 387.
4. *Ibid.*
5. *Id. p.* 396.
6. *Id. p.* 423.
7. *Id. p.* 419.
8. Clarcke; *Traités de l'existence de Dieu* etc., *T. I, chap. II, p.* 188-194. — *Remarq.* etc. *lib. cit. p.* 419, 420.
9. *Traités de l'existence de Dieu*, etc., *T. I, p.* 189.

Digitized by Google

j'avoue, inquit, *qu'il n'est pas possible d'expliquer comment Dieu peut prévoir les choses futures, à moins de supposer une chaîne de causes nécessaires* : et mirum quàm levibus argumentis Dei præscientiam, mali originem explicare, et istarum veritatum certitudinem cum libertate hominis conciliare contendat [1]. Ea omnia pari jure asseri vel negari possunt, nisi aliundè probentur, quod magnus philosophus non facit, cùm res istæ in quæstione versentur; et, si supposita tantùm traduntur, verba dare sit, obscurum per obscurius explicare.

At verò in disceptationibus, præsertim metaphysicis, locum habet illud poetæ :

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Juxtà altissimas præstantis ingenii cogitationes jacent infimi conceptus, vix rudi, saltem communi menti tribuendi. Profectò sapientem CLARKIUM [2], quemadmodùm homo aut angelus acutâ mentis vi pollens, ex alterius hominis caractère et circumstantiis quid acturus sit, faciliùs, certiùs, quàm quilibet alius, prænoscere potest; sic à Deo summè scio, perfecto, tantò magis actus, res contingentes prævidendas, quasi ex abundanti dicere, Dei attributa audaci manu ponderare [3], portentosum videbitur.

Nova *congruismi* species, inverecunda de supremo omnium

---

1. *Id. p.* 191-197.

2. *Id. p.* 189, 190.

3. „ Car supposé que ces deux choses (*la præscience* et la *liberté*) fussent réelle-
„ ment incompatibles, et que l'une des deux dût être anéantie, qui ne voit que
„ l'introduction d'un *destin* absolu et universel, le tombeau et l'extinction entière
„ de la religion et de la morale, *feroit une brèche à la gloire de Dieu bien plus con-*
„ *sidérable que ne feroit la négation de sa præscience*, qui dans cette supposition seroit
„ impossible et contradictoire? en ce cas un homme qui nieroit la *præscience* de
„ Dieu ne lui raviroit pourtant pas sa *toute-science*, de même qu'en niant qu'il
„ ait le pouvoir de faire des choses contradictoires, on ne lui ôte pas pour cela
„ sa *toute-puissance*. *Traités de l'exist.* etc., *T.* 1, *p.* 190, 191.

Digitized by Google

dominatore sententia, quæ primam causam, Creatorem ad humilem creaturæ modum dejicit, quamque in opere philosophico, theologico, invenire, monstrum apparebit.

Liberè, at non asperè summorum philosophorum opiniones reprehendo. Nemo, in nullo genere, omnibus numeris absolutus. *Non* ergò, ut rectè observat CICERO [1], *tam auctoritates in disputando quàm rationis momenta quærenda sunt.*

KING. Operi Guillelmi KING, episcopi Derensis, quod inscribitur *de origine mali* (Londini 1702), aliquandiù immorabor. Etsi auctorem laudibus extollat *Leibnitzius*, nihil in quatuor primis capitibus, quæ de malo physico tractant, cui philosophicè responderi nequeat. Convenientia, inconvenientia, ad rationis humanæ normam, affert *Derensis episcopus*, quæ, ubi de summo, omnipotenti, sapientissimo opifice agitur, in argumentum adduci non possunt. Idem *optismo* ſavet [2], quod ad rerum statum à Deo electum: forsitan indè *Leibnitzii* præconium; et quidquid hujus philosophi systemati, æquè Britanni episcopi opinioni opponitur [3].

---

1. CICERO, *de nat. Deorum*, *lib.* 1, *ed. interpret. d'Oliv. T.* 1, *p.* 168.

2. KING; *de Origine mali* (1704), *cap.* 4, *sect.* 9, *p.* 108-117.

3. Operis *de origine mali* vide in *Jacq.* BERNARD (*Nouvell. de la Républ. des lettr.* 1703, 5 *mai*, *art.* 5, *p.* 554-578, *juin. art.* 1, *p.* 603-635) compendium summâ curâ elaboratum: examen verè criticum, acri et profundâ mente factum, præcipuorum istius compendii capitum, quæ malum physicum, dolorem, malum morale, culpam, peccatum, ejus permissionem, pœnas ei addictas, falsam libertatis à Britanno præsule datam definitionem spectant, in BAYLII *rép. aux quest. d'un provinc. T.* 2 (1706), *ch.* 74-92, *p.* 76-241: tùm istud examen annunciatum cum auctoris, eò quòd epitome tantùm, non ipsum librum legisset, reprehensione (BERNARD, *lib. cit.* 1705, *novembr. p.* 591-593). Idem repetit doctus *diariarius* (1706, *janv. p.* 56-74), quædam quoque, examinis loco, redarguens. Sed mirum! quàm debili et fortè ineptâ contrà adeò valentem adversarium manu! Ultimum denique BAYLII responsum (*lib. cit. T.* 5, *ch.* 20-26, *p.* 260-352), ubi eadem, novo colore, acutus et vehemens philosophus proponit et versat argumenta, quibus *Guillelmi* KING opiniones, et à diariario *Bernard* earum quasi *apologia*, rationis

Digitized by Google

Duo tamen in *Guillelmi* KING opere attentione digna observabimus : nempè assertionem à *Leibnitzio* acriter impugnatam [1], scilicet, [2] *nihil illi (Deo) in creatis antè electionem aut bonum aut malum est; appetitum nullum habet, qui rerum extrà se fruitione satietur. Absolutè ergò* INDIFFERENS *est ad omnia* EXTERNA, *nec juvari aut lædi ab aliquo potest. Quid igitur voluntatem ejus ad agendum determinet?* NIHIL *certè* EXTRA *se; ipse ergò se determinat, et sibi quasi appetitum eligendo facit. Factâ enim electione, non minore studio et diligentiâ, quod elegit, efficaciter procurare conabitur, quàm si appetitu naturali et necessario ad conandum incitaretur; et quæ ad electa obtinenda faciant, pro bonis habebit, quæ verò obsint, pro malis.*

[3] *Voluntas divina* CAUSA *bonitatis in creatis est, et, ut ferè omnes agnoscunt, ab eâ pendent. Res enim creatæ totum quod sunt à voluntate divinâ habent. Nec aliud possunt esse, quàm quod voluit .... in se nec bonæ nec malæ concipi poterant, cùm nihil antè actum voluntatis divinæ fuissent ....* BONITAS *ergò rerum à* CONGRUENTIA *voluntati divinæ determinanda est, non verò* ILLA *a* CONGRUENTI *aut bonitate rerum.*

[4] *Audiendi igitur non sunt, qui* DEUM *res eligere volunt quia bonæ sunt : quasi bonum et majus bonum, quod in rebus percipit, voluntatem ejus determinaret ....*

[5] *Non igitur ex* BONITATE *rerum determinatur electio divina, sed ex electione bonitas et convenientia in rebus oriuntur, et id*

---

humanæ in hac materiâ imbecillitate invincibiliter astructâ, funditùs evertuntur. Vide et *Journ. de Leipsic.* 1704, *juin*, *p.* 274; *Leibnitz*, *Theodic. T.* 2, *p.* 293-344.

1. *Théodic. remarq. sur le livre de l'orig. du mal*, *p.* 324, 325.
2. KING; *Lib. cit. cap.* 5, *sect.* 1, *subsect.* 4, *p.* 154, 155. *N.° II* (1.°).
3. *Id. p.* 155, 156, *N.° III*, 2°.
4. *Id. p.* 156, *N.° IV*, 3°.
5. *Id. p.* 166, *N.° XVII.*

Digitized by Google

illis optimum, quod electioni divinæ congruit, quâ eas id esse voluit, quod sunt. Ex his satis ut opinor patet, DEUM *ejusmodi agens esse, cui res eâ ratione solâ placent, quia eliguntur.*

Indè duæ eliciuntur propositiones. 1.ª Rerum *bonitas* metaphysica, physica, moralis, quæcunque sit, à Deo est.

2.ª Quidquid Deus agit, non *à se,* independenter, antè voluntatem, determinationem primi entis, bonum est : proindè Deus operatur quoniam ità vult; et indè solùm, quod facit bonum est; non quia aliquid, quod în se bonum est, eligit.

Duæ istæ propositiones primo aspectu rerum bonitatis essentiæ [1] in se adversari videri possunt : attentè consideratæ, fundamentum, quidquid contrà deblaterent Creatorem creaturæ assimilantes philosophi, cui vera et sola rerum *bonitas* innititur, subministrant. Ens supremum, et *veritas, bonitas essentialis,* sunt unum et idem : Deus à suis *attributis* non distinguitur; et nihil nec temporis nec *naturæ prioritate* antè eum supponi potest. Voluntas Dei et essentia rerum invicem permutantur. Vult ergò quod essentialiter bonum, et illud essentialiter, quoniam vult; bonum est. Nullâ re externâ, ratione EXTRA se, ad actum ferri potest; cùm totus in se per se, perfectus, absolutus, integer, nullo deficiens, sit et dici debeat. Homo, ens *partiale,* propositam normam, ideam, regulam veri et æqui sibi oblatam, consulit, sequitur, in agendo ab externo dirigitur [2]. Idea illa *particularis* essentialis ideæ portio est, quam Deus, seipsum intuens, intuetur.

Res ergò veræ et bonæ reipsà sunt, quia Deus eas scit, vult veras, bonas; non autem Deus eas scit aut vult veras, bonas,

---

1. BAYLE; *Rép. aux quest.* etc. *T.* 2, *ch.* 89, *p.* 202-207.

2. *Guill.* KING aliter sentit : *lib. cit. subsect.* 5, *p.* 167, 168, etc.

Digitized by Google

quoniam in se, cùm in se nihil sint, et priùs ab actione Dei sunt veræ et bonæ.

Fatendum simul, re altiùs penetratâ, de purâ *verborum quæstione* hîc propriè agi: cùm utrinque absoluta Dei, et à quolibet *extrà* independens operatio Entis supremi agnoscatur. È naturali ad mentem humanam et ejus agendi modum ratione, respectu, incautè considerato, oritur differentia. Deum omni supereminentem, nulli conferendum libenter, apertè confitemur; quod tamen, quin operationes ejus tacitè ex ingenio nostro metiamur, ex naturâ nostrâ fingamus, non impedit.

Hæc consideratio auctoris opinionibus applicanda, quibus hominem *principii hujus electionis sibi placentis participem esse*, id est, *convenientiam et bonitatem in rebus volendo efficere* [1]; *felicitatem in electionibus esse ostenditur* [2]: *quomodò concilientur electiones pravæ cum potentiâ et bonitate divinâ* [3]: *cur Deus agentia libera creaverit .... sine agentibus liberis totus mundus machina mera fuisset .... nihil in se potens .... opificium Dei totum ne unam actionem ex se elicere potuisset, sed totum in se stupidum et brutum .... quantùm mundus sic constructus deficeret à præsenti, non opus est* (inquit) *dicere, nec quàm ineptus et Deo auctore indignus ..... majora sunt mala naturalia quàm naturalia .... satius est quosdam aliquandò peccare, et molestiam ex conscientiâ peccati pati, quàm omnes in omnibus semper timere, fluctuare, et sollicitos esse, imò plerumque ab omni actione cessare* [4]: *cur Deus non interponat omnipotentiam suam, et cùm opus sit, voluntatem ab electione pravâ coerceat (nempè plura et graviora mala rerum universitati obventura ex*

1. *Lib. cit. subsect.* 5, *p.* 167-184.
2. *Id. sect.* 2, *p.* 185-190.
3. *Id. sect.* 3, *p.* 198.
4. KING; *lib. cit. cap.* 5, *sect.* 5, *subsect.* 2, *p.* 202, 203, 207, 216.

Digitized by Google

ejusmodi interpositione quàm ex liberi arbitrii abusu); difficultatem verò, quomodò contingentia rerum cum præscientiâ divinâ consentiat, aggredi auctor hujus loci esse non ducit; libellum enim integrum, inquit, *exigeret*[1] *: cur Deus alibi hominem non transferat, ubi nihil occurreret, quo ad malè agendum sollicitaretur*[2] *: Deum è malis minimum semper eligere*[3] *: permissum est hominibus libero arbitrio malè uti : estque necessarium; ut* DEUS *id, aut majus incommodum toleraret; et quidquid de pœnis infligendis dicitur*[4].

Nihil in cogitationibus, expositionibus, responsis Derensis episcopi, nisi humano modo, agendi creaturæ rationabilis mori consentaneum, ex accidentibus, ex convenientibus desumptum. Res, quæstio *de mali origine*, Dei attributorum cum libero hominis arbitrio conciliatione, et justâ mercedis aut pœnæ retributione, non in se, independenter à consequentibus, tractatur, elucidatur.

Quò autem auctoris ratiocinandi modus cognoscatur, hæc lubet apponere. « *Ut quod*, inquit,[5] *sentio dicam, ausim audacter sed cum reverentiâ effari,* DEUM *nec infinitè* POTENTEM, *nec* BONUM *fuisse, si nihil, quod malum dicimus, potuisset. Sunt enim quædam possibilia, quæ inter se minimè consistunt, imò impugnant, et se mutuò destruunt, id est, mala sunt sibi invicem; si Deus nihil horum efficere posset, quomodò infinitè potens foret, cùm omnia possibilia non potuerit?* (Eo modo quo turrim simul quadratam et rotundam efficere non potest.) *Nec minùs injuriosum, noluisse; sic enim potentia frustrà fuisset, nec aliquid*

1. KING; *lib. cit. sect.* 5, *subsect.* 1, 2, *p.* 198-217; *subsect.* 3, *p.* 217-238.
2. *Id. subsect.* 5, *p.* 239, 240.
3. *Id. subsect.* 7, *p.* 256, 257.
4. *Id. appendix de legibus divinis, sect.* 1-3, *p.* 261-281.
5. *Lib. cit. cap.* 5, *sect.* 5, *subsect.* 7, *N.° X, p.* 257, 258.

Digitized by Google

unquàm effecisset; cùm nullum sit bonum simplex, et malis omnibus liberatum, præter DEUM.

Rectè omninò. Sed quarè pœna infligitur, si aliter fieri nequit. *Si igitur bonitas divina negasset rebus creatis* ESSE SUUM (homimini liberum arbitrium etiam cum abusu) *propter mala adhærentia, invidisse reverà censeretur, eò quòd nulli nisi sibi* ESSE *indulsisset.*

Quàm abjecta et irreverenda de Deo loquendi ratio!

Et dùm noluerit aliquid mali, rejecisset omne bonum.

Videat, qui potest, consequentiam, saltem necessariam.

Evanescit ergò herculeum hoc argumentum, quo freti Epicurei numen sustulere, et Manichæi malum posuerunt.

Silentio numen adorari, quàm paradoxis argumentis ejus operationum, solitis et novis difficultatibus obnoxiarum, defensionem præbere, doctum et prudenti studio ardentem episcopum magis decebat.

Huic de *mali origine* disceptationi, viri omni exceptione majoris, ARNALDI, sententiâ, celebriorum aliquot aliorum philosophorum intermiscens, addens opiniones, finem imponam. ARNAULD.

Summi istius theologi æquè ac philosophi nomine in memoriam revocatur PORTUS REGIUS, labanti in Galliâ relligioni datum à divinâ providentiâ fulcimentum.

Illîc, spretis mundi illecebris, opibus, honoribus, etiam ingenii, dotum famâ, duro et continuo, in victu, vestitu, cubitu, somno, silentio, sub directore pietate et humani cordis cognitione insigni, D. SINGLIN, pœnitentiæ habitu, assiduâ librorum divinorum, Patrum Ecclesiæ, conciliorum lectione, ac rerum spiritualium meditatione, pauperum curâ, etiam adolescentum institutione, primorum Ecclesiæ temporum vitam, libero animi motu, nullis votis astricti, corrupto, stupenti, frendenti sæculo PORT ROYAL.

Digitized by Google

offerebant, seorsim, congregatim, pro officii genere, degentes, è quibuscunque, etiam eminentissimis, nobilissimis conditionibus, statibus orti SOLITARII.

Illîc, cùm perpetuæ Entis supremi adorationi, tùm puellarum educationi et pauperum levamento deditæ, angelico et perenni vocum concentu Deum celebrantes, humili, puro, pœnitenti corde et corpore, ardentibus votis, precibus, cœlestes in terram gratias, sonti mundo miserationem, veniam accientes Deo sacratæ VIRGINES.

Illîc præstantes cœlesti doctrinâ et pietate, nec minùs mundi scientiarum periti viri (ARNAULD, NICOLE, LEMAITRE DE SACY, LANCELOT, TILLEMONT, LE TOURNEUX, PASCAL), duce primùm celebri Abbate S. CYRAN, in eo toti ut grassantes contrà morum doctrinam, famosæ nimis SOCIETATIS et ejus asseclarum ope errores profligarent, pretiosaque *gratiæ per se efficacis, prædestinationis gratuitæ, gratuiti Dei auxilii ad opus bonum necessarii, amoris Dei dominantis ad obtinendam peccatorum veniam requisiti, denique supremi et absoluti Creatoris in creaturam dominii, dogmata, novorum Pelagianorum* audaciâ impugnata, *novi Augustini*, operibus, gallicè aut latinè accuratè, eleganter scriptis, strenuè et solidè assererent [1].

Inter quos, ut in S. BENEDICTI doctâ, eruditâ, piâ familiâ; MABILLONIUS et MONTEFALCONIUS, primas tenent ARNALDUS et NICOLIUS, *duæ olivæ* et *duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes* [2]; et præ omnibus magnus ARNALDUS, per *tres et*

1. Hanc genuinorum Europæ *Saniasian* descriptionem libenter legent docti *Saniasan*, *Brahmanes* Indi, qui Deo unicè, domitis sensibus, adhærentem, supremi Entis consortio frui posse, quemcunque vestitum gerat, autumant.

2. οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, καὶ αἱ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι. APOCALYPS. *XI*, 4.

Digitized by Google

quinquaginta annos indefesso labore et invicto animo, potentem, doctam, ingenii dotibus, non autem solùm necessario veritatis amore præditam debellans *sodalitatem* [1], uti et sectas contrà Ecclesiam rebellatrices, ac ingeniorum alioqui sublimium, sed è recto tramite deflexorum perniciosas opiniones.

MALLE-BRANCHE.

Hujus generis erat *Mallebranchii*, summi philosophi at minimè theologi, nullo modo eruditi, novum systema *de naturâ et gratiâ*: cujus basis est, 1.° actio Dei *generalis*; 2.° *optimismus* in se, 3.° et præsertim quoad *media* [2].

Contrà quod operis *perfectionem majorem* mediorum, viarum, majori simplicitati, omnium judicio præferendam ARNALDUS censet [3]: prætereà, 1.° falsum esse Deum, *in ordine naturæ*, non agere nisi ut causam universalem; 2.° in creatione mundi, Deum, non *viis simplicioribus*, sed infinitâ potentiâ per *voluntates particulares*, nullis causis occasionalibus voluntates ejus generales determinantibus, operatum; 3.° in conservatione mundi corporei, voluntatibus *particularibus*, sicut et *generalibus*, actum edere; 4.° in *ordine naturæ*, Deum, in rebus quæ voluntatibus liberis determinantur, *voluntatibus particularibus* uti [4]: quod cùm scripturâ, tùm ratione humanâ asseri affirmat.

Ut autem cognoscatur quid de *rationis* auxilio in hac materiâ censeat profundus æquè ac sapiens philosophus, ejus verba proferamus. « Si nous n'avions, inquit ARNALDUS [5], d'autre lumière « pour juger de la conduite de Dieu dans le monde que la *foi-* « *blesse de notre raison*, chacun auroit plus de droit de se la

1. LEIBNITZ; *Théodic. T.* 1, *Préf. p. XL.*

2. *Oeuvr. de M.* ARNAULD, *T.* 39 (1781); *Réflex. philosophiq. et théologiq. sur le nouv. système de la nat. et de la grâce; liv.* 1, *ch.* 1, *p.* 179, 181, 182.

3. *Ibid. p.* 182.

4. *Id. p.* 185.

5. *Ibid. ch.* 11, *p.* 264.

Digitized by Google

« figurer *telle qu'il voudroit*, selon ses imaginations et ses pensées.
« Mais Dieu se connoît infiniment mieux que nous ne pouvons
« le connoître, et il a daigné parler aux hommes, tant par les
« anciennes traditions, que par les écritures divines. C'est donc
« *de lui* que nous devons apprendre quelle est la manière dont
« il gouverne ce qu'il a créé » ....

Et inferiùs : « [1] Rien n'est plus digne de Dieu, et ne remplit
« davantage l'idée que nous avons de l'Être infiniment sage, qui
« n'a pas seulement créé l'univers, mais en est aussi le souve-
« rain administrateur, que la manière dont il fait servir à l'exé-
« cution de ses desseins tout ce qui se fait dans le monde, même
« par les agens libres : mais aussi *rien n'est plus difficile à con-*
« *cevoir*, et c'est la difficulté d'accorder *cette partie de la pro-*
« *vidence avec la liberté des créatures intelligentes*, qui la fait
« rejeter par les impies, en même temps que toutes les person-
« nes raisonnables reconnoissent qu'*on la doit croire et l'adorer,*
« *quoiqu'on ne la puisse comprendre.*

DESCARTES. « M. DESCARTES, addit ARNALDUS, nous en a donné un bel
« exemple. Sachant, d'une part, dit-il [2], que nous sommes libres,

1. *Réflex. philosophiq. et théologiq. etc. liv.* 1, *ch.* 15, *p.* 303, 304.

2. En ipsum insignis philosophi textum, quem summatim ARNALDUS refert :
„ Mais à cause que ce que nous avons depuis connu de Dieu nous assure que
„ sa puissance est si grande que nous ferions un crime de penser que nous
„ eussions jamais été capables de faire aucune chose qu'il ne l'eût auparavant or-
„ donnée, nous pourrions aisément nous embarrasser en des difficultés très-grandes
„ si nous entreprenions d'accorder la liberté de notre volonté avec ses ordon-
„ nances, et si nous tâchions de comprendre, c'est-à-dire, d'embrasser, et com-
„ me limiter avec notre entendement, toute l'étendue de notre libre arbitre et
„ l'ordre de la providence éternelle.
„ Au lieu que nous n'aurons point du tout de peine à nous en délivrer si
„ nous remarquons que notre pensée est finie, et que la toute-puissance de Dieu,

Digitized by Google

« par le sentiment intérieur que nous avons de notre liberté; et « ne pouvant douter, de l'autre, quand on connoît Dieu, qu'il ne « se fait rien dans le monde qu'il n'ait ordonné, nous nous embar- « rasserions en des difficultés insurmontables, si nous entrepre- « nions d'accorder la liberté de notre volonté avec ses ordonnances; « parce qu'il faudroit pour cela que nous pussions comprendre, « c'est-à-dire, embrasser et comme limiter avec notre entende- « ment, l'étendue de notre liberté et celle de l'ordre de la provi- « dence éternelle, qui, étant infinie, *ne sauroit être* comprise « par une intelligence finie. »

Huic, nec mirum, consonat *paraphrasis*, sic eam referens vocat LEIBNITZIUS [1], *Cartesii* doctrinæ, quam præbet celeb. *Cartesianus* REGIS. « La plupart des philosophes, inquit [2], sont tombés « en erreur, en ce que les uns, ne pouvant comprendre le rap- « port qui est entre les actions libres et la providence de Dieu,

„ par laquelle il a non-seulement connu de toute éternité ce qui est ou ce qui „ peut être, mais il l'a aussi voulu, est infinie. Ce qui fait que nous avons bien „ assez d'intelligence pour connoître clairement et distinctement que cette puissance „ est en Dieu, mais que nous n'en avons pas assez pour comprendre tellement „ son étendue, que nous puissions savoir comment elle laisse les actions des „ hommes entièrement libres et indéterminées : et que d'autre côté nous sommes „ aussi tellement assurés de la liberté et de l'indifférence qui est en nous, qu'il „ n'y a rien que nous connoissions plus clairement, de façon que la toute-puis- „ sance de Dieu ne nous doit point empêcher de la croire; car nous aurions tort „ de douter de ce que nous apercevons intérieurement et que nous savons par „ expérience être en nous, parce que nous ne comprenons pas bien autre chose „ que nous savons être incompréhensible de sa nature. *Les principes de la philoso- „ phie, écrits en latin par René* DESCARTES, *et traduits en françois par un de ses amis* „ (1647), *part.* 1, *N.os* 40, 41, *p.* 27, 28. "

1. *Théodic. T.* 2, 3.e *part. p.* 169.

2. REGIS; *système de philosoph.* (1690) *T.* 1, *métaphys. liv.* 2, *part.* 2. *ch.* 22, *p.* 248. Hæc verba *la plupart .... impiété ...* in textu, locum citatum terminant.

Digitized by Google

« ont nié que Dieu fût la cause efficiente première des actions « du libre arbitre, ce qui est un sacrilége; et les autres, ne pou- « vant concevoir le rapport qui est entre l'efficacité de Dieu et « les actions libres, ont nié que l'homme fût doué de liberté, « ce qui est une impiété. Le milieu qu'on trouve entre ces deux « extrémités, est de dire que, quand nous ne pourrions pas *com-*
REGIS. « *prendre* tous les rapports qui sont entre la liberté et la provi- « dence de Dieu, nous ne laisserions pas d'être obligés à recon- « noître que nous sommes *libres* et *dépendans* de Dieu; parce « que ces deux vérités sont également connues, l'une par l'expé- « rience, et l'autre par la raison, et que la prudence ne veut pas « qu'on abandonne des vérités dont on est assuré, *parce qu'on ne « peut pas concevoir tous les rapports* qu'elles ont avec d'autres « vérités qu'on connoît.

« M. BAYLE, addit LEIBNITZIUS, y remarque fort bien à la « marge, *que ces expressions de M. Regis n'indiquent point « que nous connoissions des rapports entre les actions de « l'homme et la providence de Dieu, qui nous paroissent incom- « patibles avec la liberté.* Il ajoute que ce sont des expressions « ménagées, qui affoiblissent l'état de la question. *Les auteurs « supposent* (dit-il) *que la difficulté vient uniquement de ce « qu'il nous manque des lumières; au lieu qu'ils devroient « dire qu'elle vient principalement des lumières que nous avons, « et que nous ne pouvons accorder* [1] [au sentiment de M. *Bayle*] « *avec nos mystères.*

Maximi ergò in eo concordant philosophi, licet in consequentibus dissentiant, ut libertatem humanam cum summo Dei domi-

---

4. Vide totum *Paulicianorum* articulum, in *Baylii dictionnar. histor. critic.* (1730), *T.* 3, præsertim, *p.* 634 et M.

Digitized by Google

nio, omnipotenti actione, rationis lumine conciliari non posse, apertè profiteantur.

Rursùs ad ARNALDUM. Magnus ille philosophus Deum extrà se, quia simpliciter voluit, non ut indè ei honor veniret, sibi solum absolutè sufficientem, operatum esse, invictè probat [1]. ARNAULD.

Idem opinionem *Mallebranchii*, summi philosophi, sed, ut jam observatum, nec theologi, nec eruditi, aliàs etiam sibi contradicentis [2], qui temerè, in gratiæ ad salutem necessariæ distributione, Dei *voluntatem generalem*, Christi, quem, ut hominem non omnibus intentum esse, non omnia cognoscere posse supponit, *voluntatibus particularibus* determinari; prædestinationem ex iis simpliciter, non Dei ipsius *voluntatibus particularibus* ortam [3], indèque salutem vel damnationem exsurgere (mirum sanè hoc in casu pœnas locum habere posse!): istam opinionem, ut inverecundam, abjectam æquè ac rationi contrariam, utpotè gratiarum partitionem fato potiùs quàm consilio tribuentem, sugillat; istumque ordinem et ejus effectus, cum Apostolo et Patribus, ad peccatum originale refert: ubi sapientem videre est philosophum solo supernaturali lumine, non autem rationis vi, difficultates quæstionem illam obsidentes, solvi posse, expressè declarantem.

« S. Augustin, » inquit ARNALDUS, contrà *Mallebranchium* disserens [4], « a été bien éloigné d'avoir cru que les jugemens de Dieu « ne sont impénétrables qu'en ce que *nous n'en saurions con-* « *noître le détail.* Car que veut-on dire par ce détail ? en a-t-il « jamais été question? non certainement. Ce Saint n'a jamais

1. *Oper. T.* 39, *Réflex. philos. et théolog.* etc. *lib.* 2, *ch.* 2, 3, *p.* 428-440.
2. *Id. ch.* 8, *p.* 468-489.
3. *Id. ch.* 14, *p.* 507-715.
4. *Id. lib.* 2, *ch.* 11, *p.* 493.

Digitized by Google

« eu la pensée de restreindre à ce détail l'impénétrabilité des jugemens de Dieu ; mais il déclare expressément qu'ils sont impénétrables, parce *qu'ils n'en sont pas moins justes pour nous être inconnus :* parce que *c'est un profond abyme, qu'on ne peut sonder sans se mettre au hasard de tomber dans le précipice :* parce qu'*on ne peut sans témérité* vouloir expliquer ce que Dieu a voulu *tenir caché ;* et qu'il suffit que nous sachions *que sa volonté ne sauroit être que juste :* parce que *l'on ne doit pas demander raison d'une chose dont on ne sauroit trouver de raison :* parce que, *le sage connoissant que c'est un mystère profond et caché, l'ignorance de l'imprudent consiste en ce qu'il ne connoît pas seulement qu'il est profond, et que c'est ce qui a été cause que plusieurs, ayant voulu rendre raison de cette profondeur incompréhensible, sont tombés en des imaginations vaines, et en des opinions pleines d'erreur et d'égarement. »*

BAYLE. Quibus relatis rectè omninò et sapienter subjungit BAYLIUS [1] : « Voilà, dans le vrai, où aboutissent, comme autant de lignes, tous les points de la dispute de M. *Bayle* sur l'origine du mal, ou sur ce qui a suivi la chute du premier homme. Tout ce que Dieu a permis ou décrété à cet égard, est conforme à toutes ses perfections infinies : mais, la raison en étant cachée dans les profondeurs impénétrables de l'Être souverainement parfait, tous ne la sauroient découvrir. Il nous doit suffire que le fait nous ait été révelé. La (ad paginam 682 revocat) raison, la philosophie nous montrent après cela par leurs axiomes les plus évidens, que nous ne saurions tenir une conduite plus juste, que d'acquiescer, sans les comprendre, aux

1. *Rép. aux quest.* etc. *T.* 3 (1706), *p.* 996, 997.

Digitized by Google

« mystères que Dieu nous a révélés. C'est ce que M. *Bayle*
« expose, déclare et répète en cent occasions : et, si vous y prenez
« garde, vous verrez facilement qu'il y a plus de dispute de mots
« que de dispute réelle entre M. *Jaquelot* et lui ; car la meilleure
« réponse que *Jaquelot* ait faite, a été de dire que nous som-
« mes trop ignorans pour juger de la conduite de Dieu. »

Pergit ARNALDUS. [1] « Mais, inquit, ce que je trouve de plus
« dangereux dans cet article (*P. Mallebranchii*), est l'opposition
« qu'on y fait entre ceux qui se rendent à la raison et à l'écri-
« ture, et ceux qui se soumettent à l'autorité d'un Père, c'est-à-
« dire, S. Augustin (sur la prédestination, la grâce). Il n'y a ARNAULD.
« ni justesse, ni vérité dans cette opposition. Ceux qui se sou-
« mettent à l'autorité de S. Augustin, ensuite de l'approbation
« que lui a donnée l'Église, ne s'en soumettent pas moins à
« l'écriture et à la raison éclairée par la foi ; car, pour la raison
« corrompue, et abandonnée aux ténèbres que le péché a répan-
« dues dans nos ames à l'égard des choses de Dieu, *ils font très-*
« *bien de la récuser* pour juge dans ces matières, *qui ne sont*
« *pas de son ressort.* » ..... « [2] Quelle témérité c'est de vou-
« loir réformer par *la raison seule,* dans une matière aussi *élevée*
« *au-dessus de la raison* qu'est la conduite de Dieu dans l'ordre
« de la grâce, ce que les plus grands hommes, les plus spiri-
« tuels et les plus pieux, en ont pensé depuis tant de siècles ! »...
« [3] Il seroit dangereux d'établir cette fausse règle, qu'une con-
« duite ou une manière d'agir n'a pu être celle de Dieu, parce
« que la *raison humaine* juge qu'une autre est plus digne de la
« sagesse de Dieu. »

1. *Réflex. etc. lib.* 2, *ch.* 22, *p.* 564, *III Remarq.*
2. *Id. VI Remarq. p.* 567.
3. *Id. ch.* 26, *p.* 597.

Digitized by Google

Infrà [1], de reali humanitatis Christi potestate loquens, « Est-
« ce qu'il faudra toujours, inquit, avertir les hommes, *qui ne*
« *sont que ténèbres et aveuglement à l'égard des choses divines*,
« que ce n'est pas à leur ignoranee à mettre des bornes à la toute-
« puissance de Dieu? contentons-nous de raisonner sur ce qui
« ne passe pas la *capacité* de notre esprit. »

Et tandem opus profundâ, accuratâ, instanti ratiocinatione in-nixum, quo malè conceptum et salebrosum *Mallebranchii* systema de *naturâ et gratiâ*, profligat, ad nihilum redigit, concludens, « Voilà, inquit eximius theologus [2], tout ce que j'avois à dire
« pour la 2.e partie de ce 3.e livre, dans laquelle je m'étois en-
« gagé de faire voir que tout ce que l'auteur dit pour résoudre
« les difficultés qui se trouvent dans la distribution de la grâce,
« qu'il s'est imaginé être insurmontables, à moins qu'on ne recon-
« noisse que J. C. en est la cause occasionnelle, n'est que *con-*
« *tradiction* et *erreur*.

« N'a-t-il point (*Mallebranchius*) sujet de craindre, que ce ne
« soit une punition de la témérité qu'il a eue de prétendre qu'il
« pourroit faire taire les libertins, en entreprenant de pénétrer
« *par sa foible raison* les impénétrables jugemens de Dieu,
« dont S. Paul a voulu que nous adorassions la profondeur in-
« compréhensible? C'est ce qui est arrivé et qui arrivera toujours
« à ceux qui ont eu, ou qui auront à l'avenir, une semblable
« présomption; car ce que dit S. Augustin sera toujours vrai :
« [3] *multi de illo profundo quærentes reddere rationem, in*
« *fabulas vanitatis abierunt*. Il y a bien des gens qui ont tâché

1. *Réflex. etc. lib.* 3, *ch.* 2, *p.* 666.

2. *Id. lib.* 2, *ch.* 20, *p.* 843, 844.

3. S. Augustini *Op. serm.* 7, *de verbis Apostoli; edit. Benedictin. T.* 5 (1683), *serm.* 165, *col.* 799, *N.°* 6.

Digitized by Google

« de rendre raison de la profondeur des jugemens de Dieu : « pourquoi la grâce est donnée à l'un et non pas à l'autre; pourquoi de deux enfans Dieu fait baptiser l'un et laisse mourir « l'autre sans baptême; pourquoi il donne la persévérance à tels « et tels d'entre les justes, et ne la donne pas à d'autres; pourquoi il y a encore tant de peuples à qui l'évangile n'a pas été « prêché? Mais tout ce qu'ils ont gagné par leurs recherches présomptueuses, a été de s'égarer en de vaines et d'extravagantes « fables.

« L'auteur du système en est un grand exemple, et jamais homme ne mérita mieux qu'on lui adressât ce que le même saint « dit, en un autre endroit, aux *chercheurs de raisons,* qui « s'imaginent pouvoir comprendre ce que S. Paul nous assure ne « pouvoir être compris. [1] *Quæris tu rationem, ego expavesco « altitudinem. Tu rationare, ego miror. Tu disputa, ego credam. « Altitudinem video, ad profundum non pervenio.* (Vous cherchez des raisons où l'Apôtre n'en a point trouvé. Mais pour « moi, je demeure effrayé de ce qui l'a effrayé lui-même. Je vous « laisse donc raisonner; mais pour moi je crois. Je vois un profond abyme; mais je n'arrive pas jusqu'à en voir le fond.) Ajouterai-je ce que ce Père ajoute, qui est encore plus terrible : *Si « inscrutabilia scrutari venisti, et investigabilia investigare venisti, crede, nam periisti.* (Si vous entreprenez de pénétrer ce « qui est impénétrable et de comprendre ce qui est incompréhensible, arrêtez-vous, et contentez-vous de croire; autrement « vous êtes perdu.) »

In alio opere, de mysteria cum *notionibus naturalibus* conciliandi

1. *Id. serm.* 27 (1687); *sermo* 43, *col.* 211-214 : *de fidei necessitate* agit hic sermo. At in eo non inveniuntur verba ab *Arnaldo relata.*

Digitized by Google

conatu : « Rien n'est plus dangereux, inquit ARNALDUS [1], que cette « présomption, et c'est ce qui a fait les hérétiques au regard de « toutes les vérités de la foi, qui sont au-dessus de la raison : « et rien, au contraire, n'est plus sûr, pour être inébranlablement « attaché à la foi de l'Église, au regard des mystères les plus dif- « ficiles à croire, que de s'en tenir uniquement à la révélation « de Dieu, proposée par l'Église, sans se mettre en peine si cela « se peut accorder avec la connoissance que nous avons des « choses naturelles. »

Sic ingenium sublime, firmum et verè *analyticum*, ardua et altissima mysteria scrutari, comprehendere, si in hominem id caderet, valens, rationis sibi relictæ, quod ad divina, imbecillitatem, eâ simpliciter utendi periculum clarè profitetur.

Ipsum etiam subobscurum, ea est mentis humanæ quæcunque sit infirmitas! ubi libertatis et meriti, cum gratiæ semper et invincibiliter efficacis dono et influxu, actione connexum [2], et Dei *immensitatis* naturam, exponere, explicare [3] nititur, difficultates non solvens, solummodò quid sentiendum, credendum sit statuens, opinionis adversæ *incoherentiâ*, falsitate monstratâ.

In hac temporum fæce, ubi priscos philosophos, ut novis auctoritatem conciliet, doctrinæ ad veram beatitatem ducentis præcones, ratio humana commendat : ubi Deum agnoscere magnum quid reputatur : ubi Christiana relligio non argumentis, quod difficile, sed insulsis dicteriis ab ignaris, idiotis detractoribus impugnatur ; et ejus defensores, unâ manu Entis supremi templum, solo æquatum, restituere satagunt, alterâ, eloquentibus, ut dicunt, destructoribus, minùs cautè thus imprudens adolere

1. ARNAULD ; *Apologie pour les Catholiq.* 2.e *part.* (1682), *ch.* 5, *p.* 56, 57.
2. *Oeuvres* d'ARNAULD ; *T.* 39, *lettr.* 7, *au P.* MALEBR. *p.* 101-115.
3. *Id. lettr.* 8, 9, *p.* 119-150-151.

Digitized by Google

non dubitant; magni ARNALDI, non minùs eruditi et profundi philosophi, quàm summi et accurati theologi, attento animo legendum opus eximium, quod inscribitur : *De la nécessité de la foi en J. C. pour être sauvé, où l'on examine si les payens et les philosophes qui ont eu la connoissance d'un Dieu, et qui ont moralement bien vécu, ont pu être sauvés sans la foi en J. C.* (1701.)

Dionis. PETAVIUS, doctus, eruditus, licet aliquandò minùs certo judicio, et ubi *Generalis* jussa calamum non constringebant, sat accuratus theologus, duas quæstiones; primam [2] : *Quomodò cum futurorum contingentium præscientiâ cohæreat libertas hominis;* alteram, de mali à Deo summè bono permissione [2], haud acri mentis acie, sed ut plurimùm veterum philosophorum ac SS. Patrum auctoritate tractaverat; de dono perseverantiæ agens, *ex quibus*, inquit [3] (verbis S. AUGUSTINI relatis), *utriusque doni perseverantiæ differentia illa conficitur, quod ejusmodi Adamo tributum est, quo voluntas ejus, sive possibilitas adjuvabatur, ut si vellet, perseverare posset; ut autem vellet, datum non est. Hoc est actus ipse constanter, invictèque volendi libero ejus arbitrio, quod valens et sanum erat, permissus est. At illud quod per Christi merita tribuitur donum, non solùm dat posse si velint; sed etiam velle quod possunt : et est tale, ut eo dato non nisi perseverantes sint : id est ut certò, et, quod in scholis vulgò dicitur,* INFALLIBILITER *perseverent : tametsi liberè gratiæ illi, donoque consentiant, non necessariò, sed* ITA UT DISSENTIRE POSSINT, SI VELINT. *Quod Tri-* PETAV.

1. *Dion.* PETAVII, *è S. J. theologicor. dogmat. T.* 1 (1644), *lib.* 4, *cap.* 7, *p* 271-277.

2. *Id. lib.* 6, *cap.* 6, *N.° V, XI, p.* 424, 428.

3. *Id. lib.* 9, *cap.* 7, *p.* 602, *N.° VI.*

Digitized by Google

dentina sciscit synodus : quamvis ut non dissentire velint eodem illo perseverantiæ dono perficitur.

Quod de secundo perseverantiæ dono ex *Augustino* colligit *Petavius*, verus est S. doctoris sensus, vera Ecclesiæ fides et doctrina; sed rationi humanæ impervia.

Similiter, qui attentè legerit optimum de libertate tractatum D. PETITPIED [1], eandem doctrinam doctè ac solidè stabilitam ibi, expositamque inveniet, nihil autem quod in se libertatem hominis cum actione, attributis Dei, quod ad meritum, pœnam præcipuè, in quo vera difficultas, concordare ostendat. Rectè ergo præstans, pius et prudens theologus, discussâ quæstione : *quomodò ratione nihili, defectûs (mali), cujus causa efficiens non est, voluntas rea sit;* « *mais pourquoi,* inquit [2], cette grâce de « l'amour qui justifie, qui remplit ce néant de la volonté, en quoi « j'ai fait voir, après S. *Augustin*, que consiste le pouvoir de « pécher; pourquoi, dis-je, cette grâce n'est-elle pas donnée « à tous? pourquoi est-elle donnée aux uns et non pas aux « autres? *C'est-là le mystère de la prédestination et de la* PETITPIED. « *grâce. Nous ne pouvons en sonder les profondeurs.* Mais soyons « bien persuadés qu'elle n'est due à personne, qu'elle est accor- « dée par une miséricorde toute gratuite à ceux à qui elle est « accordée, et refusée par un jugement très-secret et très-juste »

Quod judicium *secretissimum et justissimum* pœna sequitur,

1. PETITTIED; *Traité de la liberté, dans lequel, après avoir examiné la nature de la liberté et les caractères qui lui sont propres selon les différens états des êtres libres, on justifie* JANSENIUS *sur cette matière, et l'on concilie, selon les principes de cet auteur, la liberté de l'homme dans l'état présent avec la grâce de J. C. nécessaire pour toutes les actions de la piété chrétienne* (1753), *part.* 1, *art.* XXVII, *p.* 69, 71; *part.* 3, *art.* 3-4, *p.* 302, 316.

2. *Id. p.* 71.

Digitized by Google

quamvis absque gratiâ voluntatis *vacuum* impleri nequeat. « à ceux à qui elle est refusée. *Nemo venit nisi tractus*, dit S. « AUGUSTIN [1]. *Quem trahat, et quem non trahat, quarè illum « trahat, et illum non trahat, noli velle judicare, si non vis « errare.* »

Pari ratione, acutus philosophus et studiosus ac diligens theologus BOURSIER, postquàm argutè [2], varias, et, ut ei videtur, solidas protulit rationes, cur homo malum, id est, nihilum, *non ens* faciens (propriè, *non agens*), pœnas mereatur; cùm nihil in se habeat, nisi quod Deus ipsi dat, et Deus ei quod actionem sine defectu redderet, non donet : « après tout, inquit [3], « qu'on trouve tant qu'on voudra de la difficulté dans cette matière; « mais qu'on examine si cette difficulté ne vient point de ce que « l'homme mesure la justice de Dieu sur une justice toute hu- « maine, et qu'il s'imagine que Dieu est obligé de traiter avec « la créature, comme une créature doit traiter avec une autre « .... On peut, sapienter addit, alléguer pour solution *l'incom- « préhensibilité* de la matière, et pour défense *le peu d'étendue « de notre esprit.* » BOURSIER.

Quæstionem aggrediendo de *hominis culpâ*, reatu (*du tort et de l'injustice de l'homme*), dixerat : [4] « cette difficulté, je l'avoue, « me trouble et m'épouvante, et il me semble que je succom- « berois sous son poids, si je ne considérois, 1.° qu'elle attaque

1. *S.* AUGUSTIN; *Op. T.* 3, *part.* 2 (1780), *in Joann. evangel. cap.* 6, *tractat.* 26, *col.* 494, 2.

2. BOURSIER; *De l'action de Dieu sur les créatures : traité dans lequel on prouve la prémotion physique par le raisonnement, et où l'on examine plusieurs questions qui ont rapport à la nature des esprits et à la grâce, T.* 2 (1713), 7 *sect.* 1.re *part. ch.* 18, *N.° III, p.* 257, 258.

3. *Id. N.° VII, p.* 264, 265.

4. *Id. ch.* 18, *N.° I, p.* 255, 256, *N.° 11.*

Digitized by Google

« directement la doctrine céleste qui nous est révélée dans les « saintes écritures, et que S. Paul nous rapporte en ces termes: « *vous me direz peut-être après cela, pourquoi Dieu se plaint-* « *il de celui qui pèche? car qui est-ce qui résiste à sa volonté?* « Or cet Apôtre, bien loin de la respecter, cette difficulté, et de s'y « rendre, la rejette et la condamne avec toute la force et l'au- « torité que lui donne l'esprit de Dieu ..... 2.° Que plus je « passe et repasse sur les preuves de la prémotion physique, « plus je les trouve *solides, fortes* et *démonstratives:* or ne seroit- « ce point manquer de fidélité envers la raison souveraine qui « éclaire tous les esprits, et qui leur demandera compte un jour « de l'usage qu'ils auront fait de ces lumières, que de sacrifier « des preuves évidentes à des difficultés obscures? »

Difficultas *obscura* dici non potest, quæ rationi humanæ, in *terminis* ipsis, contradictionem præbet,

« et d'abandonner lâchement une lumière présente aux incer- « titudes et aux ténèbres d'une raison foible et languissante? »

Optimè. Sed eadem ratio, *debilis, languens* in argumentis et probationibus, ut *pollens, vigens, vivida, demonstrativa* aliundè adhibetur.

« Tenons donc ces deux vérités, et que Dieu promeut l'homme « qui pèche, et que l'homme qui pèche, a véritablement tort. »

Duas illas veritates libenter agnosco, *fide* ductus; *ratione,* homini naturaliter insitâ, nullo modo: contraria infirmo ingenio offerunt.

« Comme il est dans les mathématiques des grandeurs incom- « mensurables, c'est-à-dire, dont on ne peut assortir exactement « l'étendue, ni trouver la commune mesure; il est aussi des véri- « tés, surtout celles qui regardent des termes aussi différens « que le sont Dieu et notre ame, qui sont *incommensurables*

Digitized by Google

« *par rapport à nous,* parce que Dieu nous a caché la mesure « commune qui nous en découvriroit la proportion et le rapport. « Suivons la règle que nous nous sommes prescrite, de ne point « prétendre, ni pénétrer tout dans ces matières profondes, « ni rejeter tout ce que nous ne pénétrons pas : au contraire, « de trouver des difficultés impénétrables où l'écriture et les Pères « en ont reconnu, c'est un des plus évidens caractères de vérité. [1] « Ces réflexions me rassurent, et je pourrois en demeurer là. »

Doctissimi auctoris opus magis mihi arrideret, si reipsà verè *ulteriùs* progrederetur.

« Cependant essayons de *raisonner* encore sur la difficulté pro- « posée, dans le dessein, non pas d'en démêler tous les détours, « mais au moins d'en rompre l'effort, et de me persuader que, « si je ne puis sonder les profondeurs des voies dans lesquelles « je marche, au moins je puis y marcher en sûreté, sans crain- « dre les égaremens et les précipices. »

De re *ratiocinari*, quæ rationis captum longè superat, ad locum est excelsius, scalâ cum hoc loco haud proportionem habente, ascendere : temeritas casum adducit. Quod si non explorato difficultatis anfractu homo in viâ remanet, nec ejus *conatum, vim, rumpit,* nec, falsò lumine præeunte, tutè, securè, nihil *erroris, præcipitiorum* reformidans, potest incedere.

« Le mérite de la bonne action, inquit auctor [2], est un être, « c'est un bien, c'est la bonté de l'action et sa perfection. On a « donc raison de reconnoître que nos mérites viennent de Dieu, « puisqu'il est la première source de tous les biens : au lieu que « la faute d'une action, son défaut, son démérite, est formelle-

1. Boursier ; *de l'action de Dieu etc. N.° VII, p.* 265.
2. *Id. N.° III, p.* 257, 258.

« ment une privation, un *néant.* Il ne faut donc point le faire « retomber sur Dieu, qui n'en est pas l'auteur. »

Nec proindè in hominem, cùm *nihilum* causam, agens habere nequeat : agere et non agere sunt pugnantia.

« En effet, on fait remonter vers Dieu le mérite de la créa- « ture, parce que, si l'on demande la raison pourquoi la créa- « ture a un tel mérite, on doit à la vérité répondre que c'est « qu'elle l'a operé librement. Mais si l'on demande une raison « encore supérieure, l'on doit répondre que c'est que Dieu lui « a donné la grâce de le faire, et l'a operé en elle.

« Au lieu que, si l'on demande pourquoi la créature a une telle « action défectueuse,

Quod deficit in actione causam non habet, cùm nulla sit nihili causa.

« l'on doit répondre que c'est qu'elle l'a operée ainsi : mais on « ne peut ajouter que c'est parce que Dieu ne lui a pas donné « ce qui auroit rempli ce défaut. »

Nec *hac ratione,* quasi causa mobilis, agens, operata dici potest, sed quasi *deficiens,* si, absque Deo, *defectum vacuum* ex se *implere* absolutè nequivit.

« Car comme le non-être n'a point de raison, et que l'on « auroit tort de dire, telle créature n'existe pas, parce que Dieu « ne lui a pas donné l'existence, mais qu'il faut reconnoître qu'elle « n'existe pas, parce qu'elle n'existe pas [ce qu'on a expliqué « ailleurs];

Causa quæ agere potest, aut debet, et non agit, vera causa est non existentiæ, sed causa *deficiens, negativa.*

« de même le défaut et la dépravation dans la nature n'a point « de raison au-delà de la créature ;

Rationem, causam positivam ;

Digitized by Google

« et l'on doit dire, cette volonté créée n'a pas voulu un acte « qui eût telle perfection, parce qu'elle n'a pas voulu un acte qui « eût telle perfection .... »

Quòd si, divino motu privata, voluntas aliter, ex se, velle non poterat, actionis defectus, *vacuum*, nihilum, istius motûs *privationi*, ut causæ negativæ, rectè attribui et potest, et debet.

« Mais, pour revenir, la punition qu'on mérite en péchant, « on la mérite à cause de la malice du péché. Comme donc la « malice du péché consiste dans la privation et dans le défaut,

Privatio, nihilum, non existit : ergò malitia non est, multò minùs pœnâ digna.

« et que la volonté est cause première et souveraine en ce genre;

Nulla, sæpiùs dictum est, nihili causa. Ergò *in hoc genere* voluntas, facultas *positiva*, causa *prima* et *suprema* esse nequit.

« il s'ensuit que c'est sur la volonté seule que doit tomber cette « punition,

Sequitur voluntatem *nihili*, id est, *non causàm*, nullâ pœnâ posse affici.

« et que ne pouvant rejeter sur d'autres que sur elle la raison « du défaut qui se trouve en elle, elle doit aussi toute seule en « porter la peine. »

Defectus, qui in voluntate reperitur, ex ejus entis naturâ ortus, ei nec tribui, cùm suæ ipsius naturæ causa non sit, cùm istam naturam aliundè acceperit, proindè nec pœnam mereri potest.

Ex paucis iis observationibus animadvertere est, quàm manca sit, quàm cassa, ubi de creaturæ ad Creatorem ratione quæstio, rationis vis, hominis perspicientia, solertia.

§. IV.

De imbecillitate humanæ rationis.

At verò rebus supernaturalibus, vel ad naturæ prima principia

Digitized by Google

pertinentibus, dignoscendis rationem humanam parem negare, et etiam cùm in naturalibus, tùm in vitæ communibus insufficientem prædicare, duo sunt prorsùs dissimilia.

Prius suprà asserui, perfectam Dei, ejus attributorum, rerum originis, primæ causæ, et tùm summi omnium opificis, tùm operum ipsius cum ipso rationis cognitionem, solo intelligentiæ nisu hominem assequi posse inficians : posterius astruere videtur HUETIUS, dùm ipsa cognitionis, scientiæ cujusvis organa, instrumenta, sub fictâ *Gallo-Liguri* philosophi personâ, impugnat, labefactat, destruit in opere post ejus mortem edito.

« Cur autem, inquit doctissimus Abricensis episcopus [1], scire « non possit homo an judicium, quod facit ex intuitu ideæ in « animo suo affictæ, consentiat cum re externâ ex quâ ducta « est idea hæc, rationes attulimus quamplures, et sunt in promptu. « Præcipua hæc est, quòd ideas rerum, judiciaque quæ ex eis « mens facit, ad res ipsas applicare non possumus, judiciorum- « que convenientiam cum rebus externis undè orta sunt, in quâ « veritas sita est, explorare. Quippè rerum formæ et species non « proximè ac nullo interjecto medio à rebus ipsis derivatæ, ad « mentem nostram appellunt, sed plurimis interpositis rebus, ut « suprà probatum est, ac sensibus per quos infringuntur et vitian- « tur. Non ulla autem patet alia ad animum via, per quam ideæ « rerum ad eum confluant.

[2] « Verùm hanc naturæ humanæ infirmitatem pro bonitate suâ « sumpsit Deus, concesso nobis inæstimabili *Fidei* dono, per « quod confirmatur titubans ratio, et in cognoscendis rebus omne « dubitationis medium emendatur. Nam cùm per *rationem*,

1. *Pet. Dan.* HUETII, *Episcopi Abricensis, de imbecillitate mentis humanæ libri tres* (1738), *lib.* 2, *N.° I, p.* 138, 139.

2. *Id. N.° II, p.* 139.

Digitized by Google

« exempli gratiâ, certissimè, clarissimèque scire non possim « ullane sint corpora, quænam sit mundi origo, aliaque hujus- « modi plurima; jam susceptâ fide dubitationes illæ evanescunt, « tanquàm ex oriente sole μορμολυκεῖα. »

Fides, de quâ hîc agitur, cœleste donum est[1], « quam iis largiri « amat Deus, qui neque nimiùm naturæ suæ viribus, neque ni- « mis arroganter rationis suæ solertiæ confidunt. » Res proindè supernaturales solummodò spectare potest, quamvis et iis quæ simplici ratione percipi possunt, auctor eam applicet;[2] adeò ut in omni re solam verisimilitudinem, quin et verisimilitudinis verisimilitudinem admittat. Nimirùm *interjecti medii*, sensuum per quos *formæ* et *species* ad *mentem appellunt*[3], dubia veracitas, sicut et animi et intellectûs humani obscura indoles. Ad omnia ergò, etiam naturalia, necessarium est illud eximium *Fidei* donum, deficientibus humanis viribus. Undè sequitur:

1.° Ex unâ parte, in rebus humanis absoluta *incertitudo*, dùm sensus soli cognitionis causæ affirmantur[4]; ex alterâ, quidquid in contrarium auctor asserat, puro cuncta niti fanatismo; *illuminato* quoque, ratione semotâ, *sibi videri*, se certò per *fidem* scire affirmante.

2.° Ipsam *fidem* esse impossibilem, cùm, secundùm Apostolum[5], *sit ex auditu, auditus autem per verbum Christi;* duobus sensibus per quos formæ et species rerum (proindè ipsa *fides specierum* medio, efformata) *infringuntur* et *vitiantur.*

3.° Falsum esse apostolicum illud effatum[6]: *rationabile sit*

1. *Pet. Dan.* Huetii, *Episcopi Abricensis, de imbecillitate mentis, etc. N.° VI, p.* 161, 162.
2. *Id. N.° II, p.* 141-143.
3. *Id. libr.* 1, *N.° III, p.* 24-40.
4. *Id. lib.* 2, *N.° III, p.* 144-155.
5. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ. Rom. X, 17.
6. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Id. XII, 1.

Digitized by Google

obsequium vestrum, si ratione nulla firma, nec clara præcepto divino addi queat certitudo, probatio, persuasio.

Quàm longè, sæpiùs, à veritate discedunt, qui amplæ et tenaci memoriæ fisi, verba, facta, auctoritates, nullam consequentium, vel mentis imbecillitate, vel cautionis defectu, rationem habentes, congerunt! GROTIO, ejus amico PETAVIO, ut et HUETIO, summis eruditione et doctrinâ viris, idem exprobrari potest, vel oblivione sibi ipsis contradicendi, vel minùs certâ ingenii acie, quibusdam difficultatibus nimis immorandi aut etiam cedendi vitium.

Ratio et *Fides* duo cognitionis media, homini ab Ente supremo concessa, *utraque suo modo,* quantùm necesse est; et quod ad finem cùm naturalem, tùm supernaturalem, certa et indubitata: prima, in rebus supernaturalibus, ad secundam ducit[1]; secunda priori in naturalibus firmitatem addit. Neutri quidquam detrahere aut addere fas est. Eas, ut par est, creaturæ humili conditione servatâ, adhibere, Christiani æquè ac philosophi, res divinas et humanas attentè et sapienter meditantis, officium. Examinis laborem mens pigra aut imbellis reformidat: fidem dedignatur imperiosa sibique præfidens ratio. Hinc theologiæ et philosophiæ, his in terris, affectuum imperio et mentis caligine, dissidium perpetuum.

Prior fortè, ab hoste, saltem à rivali toties lacessita, victoriâ cecidisset, ni providâ summi omnium moderatoris ordinatione, ejus ad stringendum humani cœtûs vinculum, necessitas in dies exsurgeret: de quo Ciceronem optimè, ut semper, dicentem audiamus.

---

1. Vide DUGUET; *des Principes de la Foi chrétienne* (1736), 3 *Tom.* opus eximium, in quo è *miraculis* et *prophetiis* petitum, imprimis dilucidè, fusè, feliciter exponitur (*T.* 1, 3), explicatur argumentum.

Digitized by Google

Atque haud scio, inquit orator idem, philosophus et politicus[1], *an pietate adversùs Deos sublatâ, fides etiam, et societas humani generis, et una excellentissima virtus, justitia tollatur.*

Sic in istâ rerum universitate, testantibus cunctarum nationum monumentis, testante corporali et spirituali mundi statu, in unum et idem Entis supremi, omnium causæ et moderatoris, existentiam et cultum, unanimi et perpetuo consensu, quidquid Epicureæ matheseos vel chymiæ asseclæ et præcones effutiant, divina et humana conspirant.

Nunc ad *Oupnek'hat.*

Pag. 25, *lin.* 12, 13, 17 : *saniasi* cinerem cum seipso .... perlinit.

Praxis externæ, *cinereæ* perfrictionis, sensus allegoricus.

Pag. 26, *lin.* 9, *sandhaha.*

In *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 547 v. *sandhia,* rosarii preces manè recitatæ; *id.* 13 *Porb. fol.* 633 *v.* et *infrà,* N.° CXXVIII, *p.* 206.

Lin. 10, *bratha.* Samskreticè, *broute,* declarat. Indè, *bratha* poterunt esse declarationes, confessiones, vel *Bhrati,* mensura. *Infrà,* N.° XCIX, *p.* 44.

Lin. 23, *Mahadiw;* lege : *Maha diw;* et sic ubique.

OUPNEK'HAT 10.um, HENS NAD.

N.° XCIII.

Pag. 27, *lin.* 2. HENSNAD, *lege :* HENS NAD; scilicet *hens* (respirationis) sonus. Samskreticè, *Nadanam,* os, oris.

Lin. 9, *Mahadiw;* lege : *Maha diw.*

Lin. 16, 19, halitus, qui *hens* dictus ....*pram hens.*

---

1. CICERO; *de Nat. Deor. ed. et interpr. d'Oliv. T.* 1, *lib.* 1, *p.* 166.

Digitized by Google

HENS *pran* est, respiratio, halitus, *djiw âtma; pram hens,* magnus *pran, pram âtma :* in *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 559 *v.* anima in corpore.

N.° XCIV.

Pag. 28, *lin.* 11, *pag.* 29, *lin.* 2 : Oportet quòd cum talo pedis.... Curiosus halitum per diversa *Tschekr,* spatia transeuntem, ex imo corpore aspirandi modus.

Pag. 29, *lin.* 4-13-25 : *oum* est ... *anahed* ... *adjpa* ... *pram âtma* fit.

Nomen *oum*, vocem *anahed* (*anahed schabd, suprà, T. I,* N.° LXIX, *p.* 321), et ipsam respirationem homo unum et idem sciens, *pram âtma* evadit.

Not. 1. Cujuslibet aspirationis et respirationis mensura, tempus.

Pag. 30, *lin.* 3-5, *p.* 31, *lin.* 11 : Et si cor in vinculum .... cor *nilouseri* .... absolutus fit ....

Cor *nilouseri* octo folia, sicut *nenuphar* habere supponitur, (*suprà, T. I,* N.° LXVIII, *p.* 319); et cor, quod homo non subegit, in istis octo foliis circuit, varios affectus, habitus, dispositiones in homine producit : at verò cùm ex octo foliis egressum est, *djiw âtma* τὸ *anahed* audiens, in eâ voce destructus, *pram âtma* redditur.

Pag. 31, *lin.* 14; *pag.* 32, *lin.* 16, 21; *pag.* 34 : Porrò cor ... *anahed* .... *djiw âtma* ... *nad* decem ... *selouk* ... signum (*miraculum*) τῆ *nad* primi ....

Τῆ *Oum* pronunciationem in nasalem sonum, quasi fremitum subobscurum, bombum desinere jam observavi. Sonus iste erit *anahed* velut materiale, cui longè superius *anahed schabd* (*T. I,* N.° LXIX, *p.* 321), qui *pram âtma* est. In corde, seu interiùs, in pectore, cordis ope sonum illum audiri, sed à *djiw âtma,* non

Digitized by Google

à sensibus, expressè declaratur. Hæc ergò omnia, quemadmodùm cordis *nilouferi* in *teria*, mundum divinitatis, entis, et *nad* ingressus, nec non τῦ *djiw atma* in voce *anahed* destructio, spiritualiter ad animam referenda, corpore, sensibus, corde absolutè repressis, silentibus, et meditationis, pœnitentiæ vi, Entis supremi contemplatione, ei uni adhæsione, illi Enti immersione, cum eo *identificatione*, ad nihilum redactis.

Indum ad hunc devotionis, spiritualitatis gradum evectum, et, imaginationè, omni sensibili exuto, decem τῦ *anahed nad* seu sonos se audire, et effectus iis productos sentire, arbitrari nihil mirum. In homine extrà naturam posito, cœlestes, divinas auras spiranti, quales in omnibus relligionibus reperiuntur, et divini alloquii gratiâ reipsà, uti putat, donato, mens et corpus peculiaribus motibus, impressionibus afficiuntur, quos, in hoc *Oupnek'hat*, cum ratione ad quemlibet sonum, descriptos, lectorem physicum et metaphysicum hìc invenire non pigebit.

In officii divini celebratione, quod *selouk* est, novem primi soni, voce vel instrumentorum ope, adhibentur. Decimo adhærere, in eo altè meditantem, *maschghoul*, manere, utpotè supernaturali, nubis fremitum, vocem ipsam universalem, *anahed schabd* reddente, et τὸν *maschghoul pram âtma* efficiente, homini verè spirituali injungitur.

Lin. 23: *kantha .... campana.*

Samskreticè, *kantha douanihi*, genus instrumenti flabilis, quod vento personat. *Kanthaka va karanam*, aures tinnire.

Pag. 31, *lin.* 16 : unus *djiw âtma* audit.

Aliter sentiret auctor des *Leçons physiologistes sur l'Angle facial, données dans les écoles de médecine de Paris*, juxtà quem, si fides[1] diario, *Annal. philosoph. moral. et littér.* (XXI

1. Dixi, *si credere fas* est. Cautè enim hoc opus, ut omnia *diaria*, legendum,

cah. an 9 [1800], *p.* 553, 554) adhibenda, l'ANGLE FACIAL *est la réunion de deux lignes, dont l'une part du front, et vient finir aux*

---

cujus auctor, cùm relligionem et sanam philosophiam contrà novorum Epicureorum impias et putidas deliriationes, tùm destructam et legitimam Galliæ ecclesiam contrà *constitutionalem* intrusam et notham, acri, perito et felici zelo propugnat; sed non pari successu nec jure *Romanas*, ut aiunt, *prætensiones*, *ultramontanismo* nimiùm deditus, adversùs cleri Gallicani doctrinam, peculiariter anni 1682 *Declarationem*, inconcussum Gallicanæ, seu totius Ecclesiæ libertatum columen et fulcimentum, defendere, inconsideratè, cavillatoris modo, nec eruditè, nec theologicè, identidem aggreditur; aut famosam ac sinistram *promissionem*, in Gallià extortam, quæ quidem bona vi abrepta legitimè acquiri posse supponit *, haud illæsâ veritate ac *veracitate*, quoquo modo tueri satagit. Vide *Annal. philosophiq. an* 8, *VIII.*e *cah.* (*juin*, 1800), *p.* 503-514, *an* 9 (1801); *I.*er *cah. p.* 101; *IX.*e *cah. p.* 412-427; *X.*e *cah. p.* 466, 467 *et* 469; *XI.*e *cah. p.* 511; *XII.*e *cah. p.* 531-534, 538, 539. — *Fragmens de littérat. et de morale*, *an* 9 (1801), *p.* 27-38-43.

Ab omnis boni inimico, ut veritates quibus innititur Ecclesiæ regimen evertat, nihil non tentatum. Olim Galliæ quasi patrimonium, aliis regionibus Curiæ Romanæ serviliter subditis, dogmata illa habebantur. Ea, et Clerum Gallicanum, Universitates ac Parlamenta, acri et erudito zelo tueri officii sui duxisse, solemne. Nunc, in miserâ rerum cùm temporalium, tùm spiritualium confusione, novas seductioni, errori vires addit causa malorum, quibus oppressa gemit et longùm gemet Gallia, *prætensa* omnimodè *libertas*.

Notum est populum instabilem facilè in studia ferri contraria : heri nimia *libertas*; hodiè nimia *servitus*.

Monarchicum fingunt Christianæ societatis regimen, in quo *Papa*, episcopus Romæ, successor S. *Petri*, cui *soli*, ut eas aliis communicaret, claves regni cœlorum datæ fuerant, *missionem divinam*, ministerii pastoralis auctoritatem, quam

* « Les biens des émigrés sont *irrévocablement* acquis au profit de la République. « La Nation Française déclare qu'après une vente, légalement consommée, de biens « nationaux, *quelle qu'en soit l'origine*, l'acquéreur légitime ne peut en être dépos- « sédé, sauf aux tiers réclamans à être, *s'il y a lieu*, indemnisés par le trésor public. »
Constitution de la République française, *an* 8, 22 *frimaire* (13 *décembr* 1799); *Tit. VII*, *art.* 93, 94.

Digitized by Google

dents supérieures; l'autre part de l'occiput, et vient horizontalement se terminer au même endroit que la première. L'angle

---

totam et integram à Christo accepit, in alios præsules, velut in rivos à se derivatos, effundit. Idem prærogativorum et characterum Ecclesiæ, qui ex eo in illam influunt, *fons principalis.*

Eo modo *solus* summus pontifex, propriè, *fontaliter*, Ecclesiæ supremus pastor, cui et oves et alii pastores à Christo commissi : cæteri, jure quidem divino, ut et Papa, episcopi, sed non eâdem ratione, erunt *meri delegati.*

Ecclesia magna *missio* est, in quâ *vicarios apostolicos* diversi gradûs, diversæ auctoritatis, curia Romana, corporis caput, constituit.

MAGNUM LAMAM, aut MEKKÆ SCHERIFFUM, sit dicto venia, hîc agnoscent viatores, minimè autem Ecclesiam, cujus Christus *solum* caput, cum diversi generis ministris, quorum primi *episcopi*, *soli* concilio generali Ecclesiam repræsentanti subditi, hac in terrâ ejus locum tenentibus. Vide libelli, cui titulus : *Instructions sur l'église, relativement aux principales erreurs qui règnent maintenant* (104 *pag. in*-8, 1800), clàm distributi, epitome in diario, NOUVELLES ECCLÉSIASTIQUES (*Utrecht*), 13 *févr.* 1801, RHEIMS, *p.* 13-16.

Sic, minutâ temporali coronâ, ampliorem, tremendo Dei judicio, spiritualem recuperârit, semper summè reverendus, at legitimæ auctoritatis (Primatûs) augendæ nimis studiosus Romanus Antistes; præsertim, si *novorum Concordatorum* Gallo-Romanorum lues, relligionis, scilicet, ecclesiasticæ pacis obtentu, reverà autem contrahentium partium commodi causâ, electiones longè repellens (quod tamen in ardenti humanorum affectuum, ignorantiâ vel falsâ scientiâ, partium studio motorum, conflictu, et propositâ justiore diœcesium *relativè* ad diversos Galliæ tractus (*départemens*) distributione, nunc fortè utilius), clerum Gallicanum pontificio influxui, cui lethaliter subjacebat, cogente politicâ potestate, rursùs subdit ac devincit. Vide MONITEUR, 7 *vendém. an* 10, *p.* 24; PAR. 6 *vend.* (28 *sept.* 1801); ID. 9 *vend. p.* 31, PAR. 8 *vend.*

Hùc redit Evangelii Parabola : *Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici.* (ὡμοιώθη ἡ Βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου καὶ ἀπῆλθεν.) *Matth. XIII*, 24, 25.

Digitized by Google

est plus ou moins aigu chez les divers animaux, et chez l'homme il est presque droit. Vous me demanderez ce que cela prouve, parce que vous ignorez encore l'art de tirer de vastes conséquences. Apprenez donc que plus cet angle est aigu, plus la face est longue, et que, plus la face est longue, plus le crâne est étroit, plus par conséquent le cerveau est petit : or, comme il est CLAIR *que, moins on a de cerveau, moins on a d'esprit, il est également évident que le nombre de degrés de l'*ANGLE FACIAL *est le nombre exact des degrés de l'intelligence.*

Risum teneatis, amici.

Pag. 32, *lin.* 9; *pak'haouadj*, lege : *pak'haoudj*; instrumentum musicum bellicum (*Mahabar.* 14 *Porb. fol.* 686 *r.*)

Pag. 34, *lin.* 3 : volitio puri (boni) et mali ....

Qui hoc modo in Ente supremo demergitur, in se ampliùs non existens, omne actionum vestigium obliterat, boni et mali volitionem adurit, illo Ente unicè occupatus, detentus, plenus, ipse *hasti* æternum effectus.

OUPNEK'HAT 11.^m, SARB SAR.

N.° XCV.

Pag. 35, *lin.* 2 : *Sarb sar.*

Titulus iste potest significare : *omnis perfectio, omne condimentum* (*vel, omne caput*). *Suprà, T. I,* N.° III, *p.* 13; hujus *Oupnek'hat* nomen est *Antrtehe;* quod eundem sensum præbet. Samskreticè, *antarahitam*, infinitus.

Lin. 10-14, Magni præcedentes ... Tres divisiones ...

Tres istæ sectæ à rectâ viâ, seu cognitione *tẽ Brahm* aberrantes, quæ scilicet elementa, astra, ignem, solem, ventum (aerem) simul et animalia, homines, vegetabilia còluerunt, ad 4.^m, 5.^m et 7^m, *infrà*, N.° CX, *p.* 95, 96 *et not.* memoratas, referri possunt.

Digitized by Google

At verò *magnos antiquos*, cognitionis et operis viam sedulò sequentes, sensuum repressores, ab hoc errore fuisse alienos expressè declaratur. Indè liquet veræ primi Entis agnitioni, adorationi posteriorem esse idololatriam, à sensibus, id est, eorum dominio ortam.

Pag. 36, *lin.* 13; *p.* 37, *lin.* 9, 10 : *Akt akt* .... apparens faciens omne .... *mokelan* τῆ extrà (*externis*) *est.*

Samskreticè *aktehe pyam*, levare, colligere, sumere, sumi.

Primæ omnium causæ imperio asserto, secundariorum entium actionem exponit *Oupnek'hat*, ab externis, quibus interna respondent, incipiendo.

Terra, sol, ignis terræ internus, athmosphera, aer, volatilia, pluvia, fruges, omnia, propter alimentum, undè cuncta in mundo nutriuntur, prioris *maschghouli*, scilicet *mokelan* externis, objectum.

Pag. 37, *lin.* 11-*ultimâ* : *Maschghouli* cum intrà corpus .... nutritionem obtinent.

Τῆ *maschghouli* internis *mokelan*, corpus, persona (corpus), undè nati, os, nasus, visus, quorum ratio ad externos *mokelan* datur, et ad nutritionem ex alimento, refertur, objectum sunt.

Pag. 38, *lin.* 1-19 : Proindè *akt*, quòd pruductum faciens omne est .... edulium, unius alterius sunt.

Tandem τῆ *akt* utriusque nova prodit ratio : cœlum, terra, ambo mundi, qui omnium productionis causa, comedens et comesum, unum alterius edulium sunt ; et homo, cui hæc probè intellecta, eâdem donatur qualitate, uti et *super* utrumque mundum victoriâ.

Homo è patre nascitur terræ frugibus nutrito, ipse iisdem vescitur : eo mortuo, corpus in cinerem, terram redactum, frugibus alendis inservit, in eas transit : et sic rursùs novum redit

Digitized by Google

corpus, iisdem elementis sibi invicem cum qualitatibus contrariis succedentibus, compositum, semper vincens et victum, edens et estum. Is est naturæ, ordine continuo viventis et morientis, circulus, quo omnia ultimò in primum ens, unde orta, resolvuntur.

N.° XCVI.

Pag. 39, *lin.* 2, 18 : Figura totius mundi ... *maschghoul* fiant.

Seminum genitalium series, id est, rerum quæ una post aliam sunt; indè à *Pradjapat*, usque ad opus et figuram, ad alimentum, quod forma lunæ; eodem, ac articulus præcedens, collineans.

N.° XCVII.

Lin. 20, *p.* 40, *lin.* 23 : *Expositio τῦ venire pran in corpus* ... capitis nomen obtinuit.

Pran, halitus, aeris in corpore *modificatio*, ab infrà sursùm tendit, et membro, in quod intrat, nomen dat. Tandem in capite sedem figit; ubi, tactu excepto, manent sensus, et ipsum cor : quod quidem, in medio pectoris *Brahm* ipse est. Hæc attentè considerare debet, qui sensus suos vult subjugare.

N.° XCVIII.

Pag. 41, *lin.* 1; *pag.* 42, *lin.* 23 : *Disputatio sensuum* ...; nomen ejus nox fit.

Tῦ pran, respirationis, præstantia, vis, mirabiles effectus ut clariùs ostendantur, iteratim datur *disputatio sensuum*, sicut et diversorum *τῦ pran* nominum origo.

Indè etiam politicum dogma maximi momenti erui potest. Rectorem imperii, quicunque sit, rex, statuum præses, reipublicæ dictator, consul, cujus quasi halitu vivunt reliqua societatis membra, à supremo regimine arcere, ultionis vel invidiæ

Digitized by Google

causâ, sibi ipsi mortem inferre est; dùm ille semper spirans, licet actione privatus, et cœtui, quasi exspiranti, quandò restituitur, vitam reddens, prætensam re et effectu probat et asserit eminentiam, necessitatem.

Pag. 42, *lin.* 15, 16 : *prabat* .... manè sincerum.

Samskreticè, *prabhate*, manè.

Lin. 21 ; *aheh*, dies.

Samskreticè, *ahah*, dies 24 horarum.

N.° XCIX.

Pag. 42, 43, 44, 45; *pag.* 57 : ὁ *mokel* loquelæ ... *relictus*) fit.

Novum et diffusum *rã pran*, respirationis, encomium, ejus nominum explicatio, et pronunciatæ in ejus honorem mensuræ *Brahti* meritum; præfecti supernaturales sensuum, sensus *rã pran* sunt: omnia propter eum; mundum ipsum totum, *Bhout ákasch*, includit, custodit, ei motum dat.

Pag. 43, *lin.* 21 : *trabrat* .... tres unum facere ....

Indis solemne, *tres res unum facere;* quod observandum.

Pag. 44, *lin.* 14, 15 : *pran* .... cum mensuris coopertum fuit .... *tschehend* dicunt.

Pran, respiratio, *mensurarum* recitatione quasi operitur; tùm ejus actio nullo modo vel leviter tantùm sentitur. De *Tschehend*, vide *suprà, T. I, annotat. p.* 440, 441.

Pag. 45, *lin.* 2, 3 : mercedes opus suî (*lege :* operis sui ... in corporibus tuis custoditas habuerunt.

Id est, abscondiderunt, annihilaverunt, nihil reputârunt, te unum respicientes, meditantes.

Ibid. lin. 13, 14-30; *p.* 46, 47, 48, 49 : expòsitio ... magnitudinum *rã prani* .... unum est .... sine cessatione est.

Terra, ignis, athmosphera, ventus, pluvia, sol, *djehat*, luna,

Digitized by Google

aqua, ejus *mokel*, cuncta è *pran* producta. Indè in terrâ, suprà terram, in aere, vivens, vegetans, sicut intrà, extrà corpus, omne unum.

Pag. 47, *lin.* 21 : *aschou* .... motum dans omni.

Samskreticè, *aschou*, vel *satouaram*, diligentia, celeritas.

Ibid. lin. 22, 23 : *pran* divitiæ .... et sine divitiis etiam est.

Hîc advertendum, quod sæpiùs observavi, de agentibus dici qualitates negativas simul cum positivis ejusdem generis; omne et nihîl; de ente nihil affirmandum. Sic et *pag.* 48, *lin.* 12, *pran* mors et vita.

Pag. 48, *lin.* 1, *p'hou, p'hou.*

Hæ duæ voces graphicè sonum expirationis, dormiendo, reddunt.

Ibid. lin. 3, Et *οἱ djenian.*

Vide *suprà, T. I,* N.° *v, p.* 18, *τῶν fereschtah* à *τοῖς djenian* victoriam.

Ibid. lin. 10 : peccata, qui (*lege :* quæ) inimici ejus sunt ...

Peccata inimici interni hominis, hîc et *p.* 41, 47, dicuntur. Repetita ista peccati denominatio, doctrinæ Indicæ quasi propria, interius facultatum hominis bellum, ut unum è primàriis ejusdem doctrinæ capitibus, indicat.

Ibid. lin. 14 : *pran* .... (*versùs*) deorsùm motum facit ....

Apan ventus (*suprà, T. I,* N.° *v, p.* 19; N.° *xxv, p.* 152; N.° *lxii, p.* 302) digestionem perficit, et *pran* halitum aspirat et exspirat : his duobus junctis, homo in vitâ manet.

Ibid. lin. 19 : *pran* sine cessatione ....

Halitus non moritur; corpori, naturâ morienti, vitam impertit : in diversis mundis corpus et sensus, absque *pran*, subsistere nequeunt.

Pag. 49, *lin.* 17, 18 : centum annos manet .... *sshad ratsch* .... pronuncians centum *aïet τῆ Beid* ....

Digitized by Google

Samskreticè, *ssad*, centum; *rah*, sonus; *raha syâ lochanam*, latrare [1].

Vita hominis, *centum annorum*, tempore quo *Rak Beid*, undè *Oupnek'hat Sarb sar* excerptum, compositum est.

Pag. 49, *lin.* 23 : *bad* .... custoditum habens in medio suî.

Samskreticè, *badhnâmi*, stringo, ligo.

Pag. 50, *lin.* 1, 2 : *pran* omnes sensus ut cepit, in seipsum deorsùm fert, *garsch* nomen .... capiens.

Samskreticè, *garjanam*, multùm (sensus) cædere, verberare : vel si *gascht* legeris, de sensibus scientia; qui se intrà cor suum recipit. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 456 *v.*)

Ibid. lin. 3 : ebrius vibrans sperma.

Samskreticè, *madam*, impuritas; *madanaha*, Deus amoris.

Ibid. lin. 8 : *Beschvantr*, amicitiam ergà omnem mundum (*adde*, habens).

Samskreticè, *besch*, omnia includens; *bas*, aperitio; *abadani*, fœcunditas totius mundi. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 566 *r.*)

Ibid. lin. 11, 12 : *bam*.... dignus veneratione ....

Samskreticè, *bhâjanam*, dignitas, meritum.

Ibid. lin. 15 : quoniam custoditum habens à peccatis .... *atr* nomen obtinuit.

---

1. Etymologias istas, vel, si velint, similitudines, rationes nauseabunt Europæi scioli, grammaticæ strictis regulis, et *ypercriticæ* legibus addicti, nec minùs genii Orientalis ignari, quàm VARRONIS *, Romanorum doctissimi, cui minima analogia ad eruendam vocis aut nominis proprii originem sufficiebat, facilitatis immemores : at si non genuinam in iis verborum radicem semper invenerint, saltem Indicorum *samskreticè* et *latinè* verborum copiam non dedignabuntur curiosi linguarum antiquarum exquisitores.

* *M. Terent.* VARRO, *de ling. latinâ, ed.* GOTHOFREDO *J. C.* (1602), *lib.* 4, *p. fol.* 3-30 *etc. edit.* (1581), *p.* 5-43, *etc.*

Digitized by Google

Samskreticè, *âschrita rekschakaha*, protector. *Aschrayaha*, fulcimentum, basis.

Pag. 50, *lin.* 17, 18 : *Bhardouadj* .... custodita habens animantia.

Samskreticè, *bhâra vahanam*, onus portare, ferre.

Ibid. lin. 20, 21 : *schast* .... protectio omnis entis.

Samskreticè, *schestam*, quies.

Ibid. lin. 23, 24 : *prakasch* (lege : *prakas*) .... intrans priùs ab omni.

Samskreticè, *pra*, præ : *kasya*, quò.

Ibid. lin. penultimâ : *madbani* .... purum faciens omne.

Samskreticè, *madam*, impuritas; *pânam*, edere (qui impuritatem comedit, destruit).

Pag. 51, *lin.* 1, 2, 4 : *tschhoudr soukt maha soukt* .... intrans in ignobile et nobile.

Samskreticè, *schoûdraha*, classis agricolarum; *soukham*, vel *souagrouham*, cujusque rei situs, sanitas, valetudo, tranquillitas; *maha*, *magnus*.

Lin. 8, *rak* .... magnus.

Samskreticè, *rakschaha*, gigas.

Lin. 10, 11 : *arohedah* .... parvus et magnus.

Samskreticè, *aroha*, quantitas *gossypii*, quam nendam in manu tenent. *Arohanam*, ascendere; *ârohaniyyam*, magis, plus.

Lin. 13 : *pad* .... iens faciens omne.

Samskreticè, *pada scharaha*, itio, iter.

Lin. 15: 16 : *atscher* .... dans omnes mercedes.

Samskreticè, *âchâra karanam*, honor, æstimatio, prætium.

Lin. 22 : *korban mahabarat.*

Sacrificium est, quod bello τῶν *Kourvan* et τῶν *Pandvan*,

Digitized by Google

tempore τῦ *Djedaschter* ac *rek'heschir Beschouamtr*, occasionem dedit.

Pag. 51, *lin.* 24 : intrà *brahti.*

Brahti, mensurarum è *Beid* desumptarum, maxima. *Suprà*, *p.* 44 *et* 57.

Pag. 53, *lin.* 19, 22; *p.* 54, *lin.* 9, 11 : *pran* .... et quinque divisionum .... est .... hoc est : terra, et ventus, et *bhout âkasch*, et aqua, et ignis .... edens .... edulium.

Pran naturam totam includit, omnium fons, origo, rerum quæ consumunt, et earum quæ consumuntur : ignis et ventus prioris generis; terra et aqua, posterioris : quæ operationes in *bhout âkasch* fiunt, spatio omnia continenti.

Pag. 54, *lin.* 20, 21 : in medio animantium, quidquid dentes (è) latere sursùm et deorsùm habet ....

Hîc rectè distinguuntur animalia dentibus instructa, ab iis quæ, ut quidam pisces, iis carent; et ea quæ in cibum adhibentur, ab iis quæ esui non serviunt. Animalia dentibus superioribus et inferioribus armata, aliis majora esse, verum est.

Pag. 55, *lin.* 3 — *penultimâ* : Signum τῦ esse τὸν *âtma* in vegetabilibus .... et altior ab omnibus mundis est.

Dilucidè traditur vegetabilium, animalium et hominis differentia. Equidem *pram âtma* in tribus istis substantiis apparet, sed in primis, tantùm humore (succo); in 2.^is^, præstantioribus, succo et corde (sensu); in 3.^iis^, præstantissimis, (homine), succo, sensu, at peculiariter intellectu, per quem intelligit, videt, ventura, scienda et non scienda cognoscit, de iis loquitur, ratiocinatur; ipsum *âtma* spiritualem, incessabilem, apprehendit. Et eminente istâ qualitate, quæ vera opulentia est, et ei propria, cæteris animantibus, eâ carentibus, præcellit.

Cor, de quo agitur, etiam animalibus ab homine diversis

Digitized by Google

tributum, est cor sentiens, non cor intelligens (*infrà, N.° c, p.* 61); cùm intellectus hîc expressè et clarè à corde differat. Undè liquet intellectum ad ens spirituale, *djiw âtma,* à sensibus propriè dictis, materialibus, diversum, et iis superius, pertinere.

At verò apparere in vegetabilibus vim sensitivam, Indos ignorasse, licet vitâ, per *âtma,* humore fruantur, ex præcedentibus concludi posset.

Pag. 55, *lin.* 28 — *p.* 56 : Ipsa hæc persona, homo, ... *behescht.*

Quidquid homo votis appetat, è terrâ vel cœlo, ad altius adhuc naturâ destinatur.

Pag. 56, *lin.* 11-16-26 : quinque res ....

Homo è quinque rebus constat, quemadmodùm quinque *prąn* sunt, quinque *τῶν korhan* species.

Lin. 19 : quod visus ....

Quatuor sensus hîc tantùm (*suprà*, N.° XCVII, *p.* 40) memorantur; quoniam tactus, per *pran* in toto corpore diffusum, et odoratus per *cor,* vim suam exercere supponuntur.

Lin. 21 : et *pran* cum vento ....

Sensibus, tempore mortis, in *pran* annihilatis, *pran* ipse cum vento unum fit; quemadmodùm ad suum quodque primarium redeunt alia corporis elementa.

Lin. 26 : *korban* etiam quinque ....

Quinque *korban,* sacrificiorum species, quorum quatuor priora *sarm,* quintum, iis superius, in se continet.

Lin. 27, 28 : *aguen houtr .... darschen pouran mas .... tschatr mas .... pas .... sarm.*

Aguen houtr tschak, sacrificium (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 495 *v.* 516 *v.* 13 *Porb. fol.* 600 *r.*). Samskreticè, *aguen hotram,* ignis purificans.

Digitized by Google

Dars tschak (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 495 *v.*).

Samskreticè, *darschanam*, videre, intueri, visitare, venerari, expectare; *pouraha*, antè, anteà; *masaha*, mensis; *darschaha*, conjunctio solis et lunæ (id est *djak*, sacrificium mensis antè conjunctionem solis et lunæ).

Tschatrmas tschak (*Mahabar.* 13 *Porb. fol.* 630 *r.*), *id est djak*, mensis *Tscheitr.* (*Suprà*, *T. I*, *Annotat. p.* 614-616.)

Samskreticè, *pasah*, lac, aqua (sacrificium lactis).

Samskreticè, *Sarmatayâ gamanam*, amicitiam ostendere.

Pag. 57, *lin.* 7, 8 : unus *pran* omnes res factus est.

Pran, cujus amplissimam expositionem præbet hoc *adhiaï τῆ Oupnek'hat*, nihil aliud est, quàm ille *spiritus intùs alit* Virgilii, de quo suprà (*T. I*, *Annotat. p.* 560); in totam mundi machinam, diversas speciatim ejus partes, cùm materiales, tùm spirituales, generaliter et singulariter diffusus; eis vitam, motum communicans, eas in existentiâ confirmans, ipse agens, iis mixtus, illæ ipse effectus; id est *âtma*, in omnibus entium generibus, speciebus, vario modo se exerens, se abscondens; extrà prodiens, in se rediens, et semper unicus; cujus primarii dogmatis, cunctorum bonorum in duobus mundis causa est confessio.

N.° C.

Ibidem, *lin.* 14 : Primùm [antè ab omni] productione *âtma* unicus fuit.

Rursùs rerum productio, in tempore, *âtma*, ut *suprà* (*T. I*, *N.° LXVII*, *p.* 316) volente, sed modo à præcedenti diverso, traditur : quo clarè semper negatur mundi æternitas.

Lin. 20-24 : Et *anbehteh*, aqua est ... tabulatis terræ est.

Quatuor hîc expressè et lucidè distinguuntur et suo quæque loco aptè disponuntur; *anbheteh* (*infrà*, *N.° CXXXIX*, *p.* 249),

Digitized by Google

aqua suprà *behescht,* cœlum; *marikh,* mundus τȣ̃ *fezza,* spatium inter *behescht* et terram; inferiùs, *mar,* mundus terræ; in infimo, *ap,* aqua subter terram posita.

Cum Genesi apprimè congruit hæc distributio. *Dixit quoque Deus,* inquit MOSES [1], *fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis.*

Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ità.

Vocavitque Deus firmamentum, cœlum: et factum est vesperè et manè dies secundus.

Dixit verò Deus: congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum unum: et appareat arida. Et factum est ità.

Et vocavit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellavit maria. Et vidit Deus quòd esset bonum.

Samskreticè, *ambobret,* qui aquam effundit: *margaha,* via, foramen, ostium; vel *marou marichiká,* vapores qui, aere æstuante, superficiei terræ insidere visuntur: *marananam,* mori: *apaha,* aqua.

Pag. 58, *lin.* 2-23; *pag.* 59, *lin.* 7, 11: custodes horum ... à pelle ... tactus ... apparens fuit ... lapsi sunt.

Cuique sensui, corporis parti, etiam, ut dicunt verendæ, peculiaris præfectus præsidet. È pelle sensus, vis tactûs.

---

1. *Vaiomer elohim iehi rakiaa betok ammaïm vaiehi mabdil bein maïm la maïm:*

Vaiaaas elohim et arrakiaa va iabdel bein hammaïm ascher mittakhat larakiaa ou bein hammaïm ascher meaal la rakiaa vaiehiken: vaikra elohim larakiaa schamaïm vaiehi eereb vaiehi boker iom scheni:

Vaiomer elohim ikkavou hammaïm mittakhat asschamaïm el makom ekhad ve teraeh haiabaschah va iehi ken:

Vaikra elohim laiabaschah erets oulemikveh hammaïm karah iamaim vaiare elohim ki ttob: GENES. I, 6-10.

Digitized by Google

Pag. 58, *lin.* 6 : *loupalan* .... custodes mundi ....

Loukpal, octo custodes octo mundi laterum. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 558 *v.*)

Pag. 59, *lin.* 1, 2, (*anus*) .... *mout* (*mors*) est.

Mors ani *mokel,* quoniam excrementa indè pulsa, sunt cibi quasi caput mortuum.

Lin. 11, 12 : vinculum mundorum .... fame et siti captos ...

Vinçulum mundorum fames et sitis, in præfectis sensuum, propensio est ad actus eis proprios perficiendum.

Pag. 60, *lin.* 16 : è fame et siti] *mokelan* ....

Edente et bibente animali, fames et sitis suam partem cibi et potûs sumere censentur, quâ saturatæ ipsum ampliùs non exagitant.

Lin. 28; *pag.* 61, *lin.* 28 : Ipsa illa persona; *oi mokel* voluit cum loquelâ .... alimentum est.

Persona de quâ agitur, homo est, in quem *oi mokel* sensuum intrârunt : nec per loquelam, nec per odoratum alimentum capere, nutriri, satiari potest, sed per figuram in quâ quies et motus, τῆ *pran* et *apan* (*suprà, N. C, p.* 58) ope, scilicet respirationis et ignis (*suprà, T. I,* N.° LIV, *p.* 274), qui digestionem operatur.

Pag. 62, *in marg. lin.* 4, CIV, *p.* 65, lege : CIV, *p.* 66.

Lin. 12-14 : linea quæ super verticem .... *átma* è viâ cerebri in corpus intravit.

Atmá per cerebrum in hominem ingreditur, et *djiw átma* efficitur : indè cor cogitans etiam in capite residere dictum (*suprà,* N.° XCVII, *p.* 40, *et not.* 1), cum aliis divitiis hujus membri, nempè quatuor sensibus.

Digitized by Google

N.° CI.

Pag. 62, *lin. ultimâ* : tres *aousthaï.*

Tres sunt hominis in corpore status, qui velut tres τῆ *djiw átma*, animæ, sedes.

Pag. 63, *lin.* 9 : *djiw átma* similem τῷ *tsched ákasch.*

Τὸν *djiw átma*, hominis corpore inclusum, similem esse τῷ *tsched ákasch*, immenso, esse *Brahm* ipsum, hîc expressè declaratur.

Lin. 13 : *avandr* .... fuit; id est, hæc omnia τὸν *Brahm* (*esse*) videt.

Samskreticè, *vâm*, tu (*avam*, non tu, non existens in te ipso, omne *Brahm*).

N. CII.

Pag. 64, *lin.* 3, 22; *ultim. pag.* 65, *lin.* 3 : (*conceptu*) τὸ nasci primum fit ... nasci secundum ..., nasci tertium est ... abiit.

Tres hominis nativitates : 1.ª, in conceptione; 2.ª in generatione; 3.ª tempore mortis, nato superstite, quo pater filius evadit, et in alterum mundum nascitur, idem semper pater.

Lin. 6, 21 : Quoniam maritus ... proles aucta fiat.

Vivida sanè et Indorum amanti ingenio digna, mariti et uxoris, unius in alterum quasi transfusionis, et debitorum indè nascentium, expositio; quâ, si possunt, erubescant, pudore suffundantur malè morati *Gallici divortii* auctores et defensores. Vide, ratiocinatione præstans opus, quod inscribitur : *Du divorce, considéré au* 19.ᵉ *siècle, relativement à l'état domestique et à l'état public de la société, par* L. G. A. B., auteur de plusieurs écrits politiques. PAR. (1801).

Quod si τὸ *Oupnek'hat*, eâ quâ valet mentis acie, auctor istius libri attentè legerit, forsitan super *cogitatione, loquelâ, causâ, medio, effectu, ordine publico, generali, cum domestico, privato, relligioso comparato, contrà spissum et crassum* 19ᵗ.

Digitized by Google

sæculi materialismum, seu, ut vocat, animalismum (DISC. *prælim. p.* XXII), *spirituali solo, organis mediis, ministris, cognitionis agente* etc. in *systemate Indico* nova, et à suis conceptibus, licet in omnibus haud approbandis, non remota, inveniet.

Dixi, *in omnibus haud approbandis,* v. g. cùm *ideas innatas, sensus naturales, innatos,* respuens, facultatis spiritualis in homine cogitatione et sensu præditæ, *ideas* signis *exterioribus, vocibus, verbis*, scilicet *materiæ* affigens, quo medio deficiente, homini manent *incognitæ,* eas *naturales*, quoniam *naturaliter* in intellectum ingrediuntur, pronuncians, *auditum idearum sensum* constituens, solam quasi *aptitudinem virtuti per se activæ; agenti* substituens (*p.* 19, 20-60, *et,* eodem auctore, *Essai analytique sur les lois naturelles de l'ordre social ou du pouvoir, du ministre et du sujet dans la société*, *Par.* 1800, *p.* 249, 250, 251); illius facultatis essentiam propriè imprudenti manu destruit.

Similiter, quandò *commercium*, in se consideratum, ut *institutionem socialem,* nempè Gallus stirpe nobili, vituperat.

Redit tandem, nec unquàm spes defuit, redit solida ratiocinationis forma. Acres prodeunt animi. Fœdi *materialismi* luto priùs agglutinata ingenia, vincula rumpunt, ad *spiritualismum* surgunt, evolant : nox atra et longa die sereno et perpeti terminetur !

Non eadem ac inter conjuges, natos inter et parentes charitas. Sæpiùs in Asiaticis regionibus matrem suam puer perindè ac famulam habet, patri invidet ; quòd si summo loco natus, insidias struit. Indè proverbium : nepote à filio avus vindictam sumit ; in Europâ, dictum celebre : amor descendit, non ascendit. Cui nova egoistarum impudenter addit philosophia : cujusnam beneficii nomine filius patri abstringeretur, qui, eum generando, voluptati tantùm inservit ?

Digitized by Google

N.° CIII.

Pag. 65, *lin.* 6 : *Bam diw* dixit ....

Bam diw, antiquus *rek'heschir* (*Mahabar.* 14 *Porb. fol.* 714 *v. fol.* 752 *r.*), videtur esse *Bas diw*, pater τῆς *Keschn*, simul et unus *mokel* anni tempestatum (*suprà*, *T. I*, *N.° LXXVI*, *p.* 361), qui hìc, in ipso ventre matris, verâ rerum naturæ scientiâ usus dicitur.

Lin. 6, 7, 8, 9 : gradus existentiarum apparentium omnium τῶν *mokelan* sensuum sciebam .... descensûs (*in hunc mundum* ...

Suprà, *N.° C*, *p.* 50, *mokelan* mundi in vinculum mundorum, seu famem et sitim, id est, propensionem ad actus sibi proprios, lapsi, apparentes tantùm sunt existentiæ; quo rectè cognito, *Bam diw* vinculum nativitatis frangit, liber ad mundos superiores transit, beatum se, id est, reverà in se existentem, sed ipsum fontem undè prodiit, *Brahm*, se esse optimè sciens. Eadem felicitas ei, qui τῆς *Bam diw* intelligentiâ fruitur, reservata.

N.° CIV.

Pag. 66, *lin.* 1, 3, 14 : una magnitudo, è viâ capitis. .... *âtma* .... peccatum faciens ....

Atma, qui per cerebrum in hominem intravit, cunctas sensuum actiones exequitur, omne est, *Brahm* est, etiam peccatum faciens : scilicet *djiw âtma* pravus, seu addictus. Verum enim peccatum est, ab universali ad singulare, ab ente ad non ens descensus.

Ibid. lin. 7, *hardi* .... et cor.

Hardi pectus est (*suprà*, *T. I*, *N.° XL*, *p.* 215; *N.° XLVII*, *p.* 268), cordis sedes.

Ibid. lin. 25, 27, illud quod è terrâ ... ex ovo ... ventre supervenit .... et voluntate Dei ....

Digitized by Google

Quatuor productionis modi; 1.us, è terrâ, vegetabilia; 2.us, ex ovo, animalia; 3.us, eadem, è ventre; 4.us, Dei creatione peculiari.

N.° CV.

Pag. 67, *lin.* 15-23: Loquela mea in corde .... cor .... et loquela .... custos *tẽ ostad* ....

Hac prece, 1.° quâ ratione liber divinus legi debeat, ostenditur : sermo cum corde (intelligentiâ et voluntate) concors; et intelligentia, animi habitus per sermonem prodiens, se exerens. 2.° Præceptori debita reverentia, debitus ergà eum gratus animus.

Europæi, Deum rectè cognoscentes, scientiâ et acerrimo ingenio prædiți, aliquid tamen in Indorum scholâ possent addicere!

OUPNEK'HAT 12.um, KOK'HENK.

N.° CVI.

Pag. 68. *lin.* 2, *Kok'henk.*

Samskreticè : *khé*, aer. De *pran*, seu halitûs, aeris excellentiâ hoc in *Oupnek'hat* præcipuè agitur.

Pag. 69, *lin.* 11, 12-28; *pag.* 70, *lin.* 20, 23 : qui intuitum super mercedem (*lege :* mercede) habent .... (*subeunt*) .... facit pervenire.

Indo semper et summoperè injungitur, ut bona opera sine mercedis intuitu exequatur; et quamvis actionibus cum spe remunerationis perfectis præmium aliquod assignetur, eo persoluto, etiam pœna infligitur.

Suprà, T. I, N.° LX, *p.* 292, 293; N.° LXXXI, *p.* 379, 380, duæ operum viæ : prima eorum quæ spe mercedis facta; 2.a *Diw djan* (*diw, molki* animarum) dicta, actionum purè, non quæstûs obtentu, peractarum.

Digitized by Google

Luna sex mundi tempestates indicat, et ipsa peculiarem annum efficit. (*Suprà, T. I, N.° XXV, p.* 145, *et not.* 1) : prima ejus revolutionis pars è quindecim *kala* constat.

Via quæ τὸν *salek* ad *Brahma* perducit, per septem mundos superiores transit.

Pag. 70, *lin.* 1-19 : dicit : quòd, è mundo lunæ .... ingrediar.

Istius loci sensus is est (*suprà, T. I, N.° XXXIX, p.* 205) : è mundo lunæ, mercede operum cum præmii spe factorum acceptâ, hùc descendi; et rursùs in humanum corpus ingressus, operis imperfecti pœnam in ventre matris, et ex eo egrediendo perpessus, tùm autem hac *mortificatione*, his molestiis, veram substantiæ (tu, omne ego sum) cognitionem adeptus, in viam rectam τῦ *selouk* me ingressurum, et ad τῦ *Brahm* mundum, ei soli sine quæstu adhærens, tandem perventurum spero.

Ibid. lin. ultimâ: pag. 72, *lin.* 7 : in initio .... illius mundi τῦ *Brahma* .... faciens cor est.

Symbolica et curiosa mundi τῦ *Brahma*, rerum quæ ibi inveniuntur, earum proprietatum, patientiæ effectuum, descriptio.

Pag. 71, *lin.* 1, 3 : *aousch* .... è volitione et irâ, etc. ....

Samskreticè, *aoüschadan*, ludificatio.

Lin. 9 : *al* est.

Samskreticè, *álan kâraha*, cultus, ornamentum, pulchritudo, copia; *elaha*, cardamum.

Lin. 12 : *Sabeh* .... circuitus amplus.

Samskreticè, *sabhámandhapan*, aula, è quatuor lateribus aperta.

Lin. 13, 14 : *Apradjat* .... ulla persona super illam .... victoriam non potest obtinere.

Samskreticè, *apradrouschyaha*, homo invincibilis.

Ibid. lin. 23, *nahatschhen* ....

Digitized by Google

Samskreticè, *nyâya loschana;* ingenium, intelligentia; ratiocinatio.

Pag. 71, *lin.* 26, *antaschar* .... lux multa.

Samskreticè, *antaschoûnyam,* infinitas.

Lin. penultimâ : Mansi .... producta faciens cor et sensus.

Samskreticè, *mansavikâraha,* medulla, cerebrum. Quandò mundum ☞ *Brahma* subeunt, transactâ, puritate cordis, fossâ vitiis plenâ, fugientibus *mokelan,* qui mortificationem impediunt, mare novum, juventutis fontem prætergrediuntur : deindè arborem *al* cunctarum arborum fructus ferentem inveniunt; tùm amplam urbem, *Sabeh,* in quâ domus (arx invicta, inexpugnata), cujus ostiarii *Andr* et *Pradjapat.* Quisquis istam domum ingreditur, se *Brahm* dicit. In hac domo contignatio editior, *nahatschhen, scilicet, intellectus universalis :* super eâ thronus qui et *lux multa,* in quo sedet femina *producta faciens cor et sensus,* cincta velo, plurimis figuris benignitatem significantibus ornato. In medio urbis *cognitio* est, purum faciens cor. In occursum venientis, jussu ☞ *Brahma,* eum excipiendi causâ, viri et puellæ cum donis prodeunt; et istius cognitionis, uti et vestes oblatas induendi, effectus, esse *Brahma* seipsum scire, imprimis advertendum.

Deindè quod homini puro, has diversas stationes in ☞ *Brahma* mundo pervadenti evenit, quisnam thronus, lux multa, scilicet *pran,* fusè et clarè exponitur.

Pag. 73, 12, 13-15 : ex opere puro et malo liberatus fit ... opera bona sors amicorum .... fiunt.

Homo qui ad *Brahm* pervenit, solo, quo fruitur, bono occupatus, operum nullam rationem habet.

Actionum communio inter amicos, natos, socios, etiam inimicos, advertenda.

Ibid. lin. 27, *ad p.* 74 : Tempore quo subter arborem *al* vadit ...

Digitized by Google

Diversi τὸν *Brahma* comprehendendi, in ejus mundum ingrediendo, et ad varias istius paradisi mansiones procedendo, gradus.

Pag. 75, *lin.* 3 : *Brahma* super illo throno sedens est.

Mansi, femina, suprà memorata (*p.* 73), est ergò *Brahma* ipse.

Lin. 12, 13, 17, 18, 19 : quidquid tu es, ego sum .... quidquid altius sensibus .... et sensus .... *sati* sunt.

Homo, verè purus, *Brahma* est, qui et *sati*, omne, spirituale et materiale.

Ibid. lin. 23; *pag.* 76, *lin.* 1, 2, 6 : causâ τῆ *pran* ... homo est ... causâ loquelæ .... femina .... est .... causâ cordis .... non homo est et non femina.

Suprà, N.° *c. p.* 60, *pran*, halitus, fecundat loquelam : quæ duo à corde, sive organo, sive intelligenti, quod neutrum horum est, procedunt.

Pag. 76, *lin.* 7 : *p.* 77, *lin.* 5 : *Brahma* petiit, quòd : ego odorem .... vi .... odoratûs .... obtinet.

Homo *Brahma* ipse est; proinde *Brahma* est ipse homo, ut et elementa; et, quemadmodùm homo, operationes exequitur, exequi censetur. Identitatis, in ens unum et unicum omne spirituale et materiale continens, confusionis, expressa et omni ambage libera declaratio.

Lin. 27, intellectûs, qui ex *átma* lumen est.

Intellectus, mens ab *átma* illuminatur, clarè à materiali substantiâ distinguitur.

N.° CVII.

Pag. 77, *lin.* 8, 16 : *pran* (*esse*) *Brahm* .... faciunt.

Τῆ *pran*, *Brahm* reputati, id est, supremi agentis, diversi ministri, delegati, servi, agentia; in corpore, modo allegorico sumpta.

Cor intelligens halitum repræsentat; ejus actione operationes

Digitized by Google

intrà et extrà, rationi congruentes, exequitur : loquela petit quidquid halitum nutrire, servare potest. Minùs apta sanè explicatio, sed Orientali, præsertim Indico ingenio haud absona.

N.° CVIII.

Pag. 78, *lin.* 1, 8, 9, 12 : *Fakir* cum pago ... et obligationem habent.

Τῆ *Fakir* Indi ad alliciendas eleemosynas ars cum successu adhibita.

Ibid. lin. 19-23 : *prani*, qui forma τῆ *Brahm* est, cum *gouïaï* (*loquelâ*) ....

Τῆ *pran*, ejusdem ac *Brahm*, cum sensibus, et sensuum invicem, pro ratione uniuscujusque finis, unius cum altero identitas.

Pag. 79, *lin.* 21, *ad pag.* 80, 81, *lin.* 12 : Et hic *niaschghouli* hoc est, quòd ... ignis ... moritur.

Maschghouli cùm τοῖς *mokelan*, elementis, astris, meteoris, tùm halitui et corporis sensibus.

Elementis destructis, sideribus occidentibus, lux et *pran* eorum quò redeant.

Mokelan exteriores è vento producti; in eo deleti, ampliùs non apparent.

Sensus quilibet corporis, vi τῆ *pran*, qui *Brahm* est, actionem suam exercet. Quandò cessat, ea vis in alium sensum, ordine prædicto (*p.* 78), et ejus *pran* in *pran* transit. Sic *extrà* et *intrà*, omnes *pran* in ventum, aerem resolvuntur.

Lin. 28, *penultimâ* : cor .... vis ejus, et *pran* ejus, ambo in *pran* intrant.

Cordis, τῆ *pran* delegati (*suprà*, N.° CVII, *p.* 77), vis, et *pran* in *pran* ipsum transeunt.

Pag. 81, *lin.* 14, *ultimâ* : *pran* ab omnibus sensibus ... (*ibunt*).

Digitized by Google

Nova sensuum et cordis cum *pran* super primatu disceptationis mentio. Sensus, ejus magnitudinem confessi, cum eo in ventum ingrediuntur ; quâ viâ, cum *Bhout ákasch* unum facti, ad *behescht* perveniunt.

Indè patet cujus momenti sit halitûs, aeris præstantiam, supereminentiam, agnoscere, meditari.

Pag. 82, *lin.* 5 ; *pag.* 83, *lin. ultimâ* : In tempore morbi ... ... (*vitam oportet claudat*).

Suprà (*N.° XCIX, p.* 47) dictum est, quomodò filius et nepos corpus patris efficiantur : deindè (*N.° CII, p.* 64 *et not.* 1) tertia patris nativitas in filio, exposita. Hîc pater gravi morbo laborans, ens suum totum in filium transfert, temporale, corporale, spirituale : quo testamento accepto, si pater è morbo sanus evadit, nihilominùs traditorum dominus filius semper remanet ; nec patri nisi *tē sanias, fakiri,* voluntariæ paupertatis status relinquitur, cùm jam eo quasi cœlesti, utpotè qui huic mundo absolutè renuntiavit, rursùs eodem frui indignum omninò sit : quod tamen inter natum ac parentem charitati et auxiliis indè orientibus non officit.

Ibid. lin. ultimâ : pag. 83, *lin.* 1 : gaudium ...copulationis ... (*causa*) *tē* acquirere filium felicem ....

Rei carnalis voluptatem non propter se, sed liberorum procreandorum causâ, capit Indus pudicus (*suprà, p.* 89).

Pag. 84, *lin.* 14, 17 : *Andr* .... ex fixâ determinatione ... veri est.

Andr petito *tē Radjah* acquiescit : ergò, ipse forma veri, à vero non deficit, cùm nihil nisi petitum se daturum determinaverit, spoponderit.

Ibid. lin. 21 ; — *pag.* 85, *lin.* 5, 6, 10, 12, 23 ; — *pag.* 86, *lin. penultim. ultim.* — *pag.* 87, *lin.* 11-25 ; — *pag.* 88 ; 90, *lin.* 17 ; — *pag.* 91, *lin.* 8, 18 ; — *pag.* 92, *lin.* 12.

Digitized by Google

Djeni, qui tria capita habebat .... quodlibet .... opus malum lumen et lux ... minuta non fiunt ... *pran* forma scientiæ ... in statu *tĕ sak'hepat* .... omnes sensus cum *pran* unum .... tempore quo animam .... quo *pran* corpus reliquit .... intellectus .... decem partes .... *âtma* .... *Âtma* sum.

In *Baldeo* (*libro cit. Abgötterey, p.* 467-554), Th. MAURICE docto et religioso opere [1], *tĕ Beschn* incarnationes videri possunt, ubi homines et *Djeni* multiformes, pluribus capitibus, contrà Deum pugnantes, ab eo vincuntur, occiduntur.

Τὸν *Andr* rectè cognoscere, *τὸν pran*, seu Ens non cessans, vitæ fontem, scientiæ, veritatis, recti rerum statûs, sensibilitatis, vis sensitivæ formam, quocum omnes sensus unum sunt, cujus vi opus suum peragunt, in quem, statu *tĕ sak'hepat* ingrediuntur, morbo autem homine debilitato, intelligentiæ experti, tempore mortis, corpus relinquunt; ipsum *âtma* scire est. Qui ergò maxima peccata committit, *τὸν Andr* ignoravit : quod si ejus, ut par est, peritus, malum opus facit, inscientem id fecisse, quod culpam aufert, necessum. Hîc non dictum, quemadmodùm *suprà* (N.° LXXXVII, *p.* 3), *ut scivit etiam peccatum fecerit*, observandum est.

Pag. 88, *lin.* 26-28; *pag.* 89, *lin.* 1 : Membrum particulare .... voluptates supervenit .... Et intellectus ....

Membrum particulare eo sensu, non secùs ac intellectus, unam scientiæ mammam exsugit, quo quidquid sentitur, actus corporis vel animi, omnis affectus è scientiâ, scientiæ fonte, proindè è *pran*, ex *âtma* originem ducit : quippè qui (talis actus), ut *âtma*, spiritualis, è scientiâ *tĕ pran* sensum dirigentis, provenit; quâ

1. *History of Hindostan, its arts and its sciences, as connected with the history of the great empires of Asia, during the most ancient periods of world, with numerous illustrative engravings. By the* AUTHOR *of Indian antiquity.* T. 2 (1798).

Digitized by Google

scientiâ in *pran* absconditâ et proindè à sensu absente, cor hominis velut abest, quamvis ipse intelligat.

Clarè et perspicuè vera et certa spiritualitatis basis ponitur. Homo, qui sensus exercet, aliquid per eos percipit, vel materiale, vel corporale, eorum jusso obsequi non debet, utpotè agentium ignobilium, infimi ordinis, sed, ad *átma*, ad *pran*, qui scientiæ forma est, sensationis, perfectionis principium, assurgere, eum solum mente attendere, concupiscere.

Illud est, quod strictè præcipit Apostolus. *Sive ergò*, inquit, [1] *manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Pag. 92, *lin.* 1-4: Ipse hic *átma* .... opera pura .... mala facit facere.

Sic Apostolus : ergò [2] *cujus vult miseretur, et quem vult indurat.*

Entis supremi influxus efficax in bonum et malum, absque conditione, concursu, prævià inquisitione, exprimitur; quod *minuti* theologi decretum absolutum, *necessitans, ad malum sicut ad bonum prædestinans*, ineluctabiliter reprobans, vocarent. Indi (*vide suprà ad* N.° XCII, *p.* 24, *Annotat. p.* 467 *sq.*), qui non plus quàm oportet sapere, sapiunt, liberos et summè potentes influxus *tẽ pram átma*, creatoris, in *djiw átma*, ejus creaturam, animam hominis, apertè profitentur; nec minùs hominem suæ actionis dominum, et indè præmii capacem, agnoscunt, mentis humanæ imbecillitati, intima essentiæ divinæ scrutando, nodum solvere non datum arbitrati.

Si quæstionibus suprà mentis captum positis prudentiùs par-

1. εἴτε οὖν ἐσθιέτε, εἴτε πίνε[ε], εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. 1 Cor. X, 31.

2. ἄρα οὖν ὃν θέλει, ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει. Rom. IX, 18.

Digitized by Google

citum in Europâ, etiam in Asiâ fuisset, minores animorum motus, gentium tumultus excitati; et purior simul ac inconcussa Entis supremi notitia, nec non scientia moralis, quæ in se certa, ei etiam adnititur, difficultatibus minùs impedita, homines ad solum quo tendere debent bonum, Dei possessionem, tutè, quantùm infirmæ creaturæ, hoc in mundo subobscurè gradienti, dari potest, perduxissent.

Pag. 92, *lin.* 9, 12: Illud quod .... *âtma* sum.

Scientia *τῆ âtma* cum peccato existere nequit; *Andr âtma* est : proindè ejus cognitio peccatorem, reum excludit. Talis est hujus loci sensus.

N.° CIX.

Ibid. lin. ultim. p. 92, *et* 93, *lin.* 5: *Andr* ... effectus est ...

Andr, de quo hîc agitur, rex *τῶν Fereschteh* (*suprà, T. I,* N.° XX, *p.* 86), agens creatum, minoris ordinis et potentiæ, ad magnum gradum, *τῆ âtma* scientiâ, sicut *suprà* (*T. I,* N.° XXIX, *p.* 126) *Haranguerbehah,* evectus, homini in exemplum proponitur.

Verùm hæc omnia, ad ostendendam Entis supremi, qualiter verè in se est, scientiæ excellentiam, allegorico modo dicta, iterùm observare, actum agere esset.

OUPNEK'HAT 13.ᵐᵉ, SATASTER.

N.° CX.

Pag. 94, *lin.* 2: SATASTER vel *Santaster* (*suprà, T. I,* N.° III, *p.* 13).

Hujus *Oupnek'hat,* quod rerum primum principium declarat, titulus erui potest vel è nomine *τῆ Santastr, Santaster,* cujus *infrà* (*p.* 101-102), mentio fit, ejusdem doctrinæ auctoris aut traditoris. Vel istius tituli radix erit *sat,* bonus, samskreticè·

Digitized by Google

satatam, sine cessatione, interruptione; *santanam*, *sântatyam*, ordo bonus, modus τῦ esse; *santatihi*, extractio, proles : quæ omnia ad entium progeniem, originem, ordinationem spectant.

Pag. 95, *lin.* 5, *necessariò*; adde, *naturaliter*).

Not. lin. 17, *necessitate*; adde : *et naturæ.*

Pag. 96, *lin.* 10-20 — *ultim.* Et hoc etiam vanum (*falsum*) est .... (*illi*) sit (*ens*), quod *roschni* (lumen) purum est ....

Sic ratiocinatur auctor hujus *Oupnek'hat.* Res omnes quæ *suprà* memoratæ sunt, τῷ *djiw âtma* voluptatem afferunt; iis *djiw âtma* occupatus, adjutus, recreatus, utens, delectationem accipit, proindè iis superior : sed nec ipse, utpotè lætitiæ et mœroris capax, proindè imperfectus, in aliquo deficiens, supremus productor esse potest. Ad eum ergò ascendendum, qui τῷ *djiw âtma* lætitiam et mœrorem impertitur, proindè ejus dominum; quod *rekheschiran*, interiùs meditando, invenerunt.

Ut autem majus ei materiei lumen affulgeat, diversa τῦ *Mahabarat* loca, in quibus rerum productio refertur, lectori offerre pretium duco : vide *infrà* SUPPLEMENTUM, N.° I.

Pag. 97, *lin.* 8, 13, τὸ ... τὸν : *maïa*; lege : ὁ *maïa.*

Lin. 8, 10, 17, 22-24 - *ultimâ*; *pag.* 98, *lin.* 3 : quod τὸ (lege ὁ) *maïa* ... et corde ... unus *maïa* cum loco (*vice*) ligni ... sexdecim lignorum (*radiorum*) .... et quinquaginta res .... annus ...., *vas* .... *Brahm tschekr* ....

Partium enumeratione, 51 inveniuntur. Cor (*del*) hìc distinguitur à *khatter*, corde cogitante. *Maïa*, qui ex omnibus hominis partibus constare dicitur, cum *Brahm* in productione mundi operatur; id est, *Brahm* extrà prodiens, agens; simpliciter apparet; illusio; nihil verè agit.

Si de quinquaginta rebus, *lin.* 8-13, memoratis, *lin.* 23 agitur, verè quidem corpori propriæ sunt, at quinquaginta radiis ut

Digitized by Google

unius rotæ modiolo insertis respondere nequeunt. De tribus ad minùs rotis igitur quæstio est : quæque sexdecim (*tres*, 48 [50]) radios, *circùm umbilicum ligatos* habebit.

Vel verborum Persicorum, *pendjah tschobi keh guerd paieh arabeh mazboutt and*, sensus erit : *quinquaginta ligna, quæ circùm umbilicum imi currûs ligata firmiter sunt;* scilicet, ligna, ex utrâque parte currûs, fundo, basi, mediæ trabeculæ in longum porrectæ, adhærentia, ejus stratum, lectum efficientia.

Maïa in præsenti textu agens est, at *maïa* compositus : cùm autem *Brahm tschekr*, scilicet, mundus, *maïa* et *Brahm* mixti, describatur (*infrà, p.* 100, duo priores in *Brahm* existant), loco trium statuum corpori propriorum, annus, duodecim menses, et octo vas (*suprà, T. I, N.° XL, p.* 207) adhibentur.

Pag. 98, *lin.* 3-10, in hoc *Brahm tschekr* (sic lege, et *lin.* 25, 27).

Brahm tschekr, id est, persicè, *rẽ Brahm* cor, pulmo, jecur. Si *tscherkh* legatur, *rẽ Brahm* cœlum, mundus, orbis erit, sensu rei optimè convenienti. Vox *tscherk*, sordes *rẽ Brahm*, rectiùs fortè secundæ *rẽ Brahm tschekr*, 48 partes (samskreticè, *tschedam*, frustum), entia, universitatem rerum cùm materialium, tùm spiritualium continentis compositioni adaptaretur. Sed hariolandi sit finis. In *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 426 *recto*, *Tscheherk, djan* (anima), id est, custos vitæ. Hæc interpretatio cum *pag.* 99, *lin.* 24 : *et causam* vitæ, magis consonat.

Lin. 10, 11, octo *sadeh .... schapt* sit.

Samskreticè, *sadeh*, sanctus, perfectus, perfectio. Fortè 8 *loukpal* : octo mundi laterum custodes. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 546 *v.*)

Anmeh, magnus pœnitens regionis meridionalis. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 447 *v.*)

Mehma. Samskreticè, *mahima*, potentia, excellentia, facultates.

Digitized by Google

Lak'hema. Samskreticè, *lakhema,* signum, nota exterior, (*lakma,* lunæ macula).

Krma, samskreticè, actio, agendi ratio, verbum (in grammaticâ); secretum, remedium, remediorum compositio.

Prapat. Samskreticè, *prâpanam,* producere.

Prakrami. Samskreticè, *prâkârâm,* munimentum : *prakâraha,* modus, agendi *rẽ esse* ratio, medium.

Aiescht. Aies, 8.us *loukpal* (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 546 *v.*), primum nomen solis (*id.* 13 *Porb. fol.* 659 *r.*). Samskreticè, *ajasram,* semper; *ajesram sâtatam,* dies noctesque.

Schapt. Samskreticè, *schapadhaha,* protestatio, declaratio. *Schapanaha,* cadaver : *tchapaha,* arcus.

Pag. 98, *lin.* 17, cupiditas carnalis est ....

Cupiditas ista (*schahvat*), existendi et productione sese exerendi, sese conjunctione expandendi, desiderium est; quo natura tota, quasi reti, vinculo ligatur, mutuo partium in se invicem ingressu, ex se egressu, ad unum reducitur.

Lin. 19, 21, 22 : in eo tres viæ sunt .... *djehennam* .... tres viæ, quas, pro meritis, seu morientis statu spirituali, *djiw âtma,* è corpore exiens, ingreditur. *Infrà, p.* 565.

Ibid. lin. ultim. pag. 99, *lin.* 1-14, 24, 25; *pag.* 100, *lin.* 2 : *Brahm maïa* ... quinque sensus ... quinquaginta litteræ (samskreticæ)... locum deorsùm ire omne in eum magnum (*locum* ... obtinet).

Digna attentione *rẽ Brahm maïa,* quod ad *Brahm tschekr* redit, in quo *djiw âtma,* quoad usque cum *âtma* unum fiat, gyrat, circuit, et omne in illud *Bram tschekr* descendens unum redditum, cum ente unico, *âtma,* licet *Bramt scheker* ab eo distinguatur (*suprà, p.* 98, *et not.* 1), cum *djiw âtma* comparatio. Qui rem seriò scrutatus fuerit, argutè dictum et partes non impropriè sibi respondentes, sine labore inveniet.

Digitized by Google

Hùc semper tendit Indica mille modis exhibita doctrina.

Hodiè *samskreticum* alphabetum 35 constat consonantibus et 16 (propriè 15) vocalibus; quæ 50 litteras constituunt. Antiquus ergò admodùm est numerus characterum qui illud alphabetum conficiunt, uti et eorum distributio ac proindè denominatio, valor, potestas. Eorum sonum, qualem *Suratæ*, ex ore *Brahmanis* et *Sciouræ* excepi, hîc apponam.

SAMSCRETICUM *alphabetum* BRAHMANICUM.

CONSONANTES[1]: *ke, khe, gue, gueu, nan: tscheu, ttscheu, djeu, djheu, gnan: the, thheu, de, dhe, nan: te, the, de, dheu, nan, pe, pheu, be, bheu, man, yeu, re, le, veu, seu, keu, seu, heu, lang, khahan.*

VOCALES; *eu, a, y, i, ou, ou, re, re, lre, lre, i, ai, ou; aou, an, aan.*

SCIOURICUM.

VOCALES: *e, a, i, ii, ou, ouu, re, re, lre, lre, e, aï, o; ouaou, an, a.* CONSONANTES: *kua, kha, ga, gha, gna; tscha, ttscha, dja, ddja, guian; ta, tta, da, da, dha, nan; ta, ttha, ttha, da, dha, nan: pa, pha, ba, bha, bha, ma, ïa, ra, la, va, ssa, kha, ssa, ha, lan, kscha.*

Secundum hoc alphabetum primum tribus consonantibus superat.

Nunc è *Guzarato*, per promontorium *Comorinum*, ad *Bengalam* usque transeundo, *samskreticum alphabetum* oræ *Malabaricæ*, caracteribus à *nagri* diversis, similiter 35 *consonantes*, et 16 *vocales* includit, quarum is est sonus: VOCALES; *a, aa, j, ji, u, uu, jr, jrù, jlu, jlu, e, ai, o, au, am, ah.* CONSONANTES; *ka, kha, ga, gha, gnha, scha, schha, ja, jha, gnha, d'a,*

1. Vide et HALHED; *code of Gentoos, Pref. p. XXIII.* — DOW, *the histor. of Hindost. a dissertat. p. XXX.* — *Alphabet. Brammhanicum etc. p. 8-17* (ubi *lang* deest.)

Digitized by Google

d'ha, da, dtha, nna, ta, tha, da, dha, na, pa, pah, ba, bha, ma, ja, ra, la, ua, scha, scha, sa, ha, lla, cha.

INDOUSTANUM [1] alphabetum, è 35 *consonant.* 16 (15) *vocalib.* compositum : MARATTICUM [2], 35 *consonant.* 12 *vocalib.* ut et CANARINUM, quod etiam 16 *vocales*, alicubi (*Kansercoræ* [3]) obtinet.

TALENGARICUM [4] (*Talenga*), ad oram *Orixa*, pariter 35 CONSON. exhibet; et BENGALICUM [5], 35 (dempto *lan* extremo) : utrumque, 16 VOCALES.

At in *Tamoul* [6], oræ *Malabaricæ*, vel *Coromandelensi*, 18 tantùm CONSONANTES et 12 VOCALES reperire est : nempè, *k* (*g*), *n*, *s* (*tsch*), *gn* (*n*), *d*, *nn*, *t* (*d*), *n*, *p* vel *b*, *m*, *y*, *r*, *l*, *v*, *lr*, *ll*, *rr* (*tt*, *d*), *n* : *ŭ*, *á*, *ĭ*, *í*, *u* (*oŭ*), *u* (*o͡u*), *ĕ*, *é*, *ai* (*ei*) *ŏ*, *ó*, *aü* (*uou*) :

Vel, *k*, *n*, (*ng*), *s*, (*ch. c* ital.), *gn*, *tt* (*d* angl.), *nn* (*n* ping.), *t* (*d* vel *t*), *n*, *p* (*b*), *m*, *i* (*y*) *r*, *l*, *u*, ʔ (*l* guttur.), *ll*, *rr*, *n*.

Linguas autem quæ circà 50 litteras retinent, eodem ordine, sono, valore, scilicet, *Maratticam*, *Canarinam*, *Telongoucam*, *Bengalicam*, quæ communem originem denotant, propiùs ad antiquum Indorum idioma, *Samskreticum*, quod ad genium, et verba; primam et ultimam, quod ad caracteres, accedere notum est.

Hæc pauca in præsentiarum sufficiant. Materia fusè tractabitur in opere, cujus brevis notitia anno 1799 publicata est in *diario*

---

1. *Manuscr.*

2. MANUSCR. *Zend-Avesta*, *T.* 1, 1.re *part. p. CCXII*, *not.*

3. ID. *p. CXXXI.*

4. *Gramm. pour apprendre la langue* TALENGA, *dite vulgairement le* BADEGA, 1.re *part. de l'alphab.* TALENGA, *ch.* 1, *des* VOYELLES; *ch.* 2 *des* CONSONNES (*par le P.* DE LA LANE, *missionn. Jés.*), *mss.* IND. *Biblioth. Reg. n.°* 203, *in-4.°* 56 *pagin.*

5. HALHED, *a Gramm. of the Bengale language etc. p.* 4, 9.

6. *Manuscr. gramm. de la langue Malab. vulgaire, ch.* 1, *des lettr. Malabar. art.* 1, *de leur nombre et de leurs figures.* — ZIEGENBALG; *Grammatica Damulica* (1716), *cap.* 1, *de litter. p.* 1, 2. — *Const. Joseph.* BESCHI, *Grammatica Latino-Tamulica. Trangamb. typ. miss. Danic.* (1738).

Digitized by Google

Encyclopédique (*T. I*, 5.e *ann.* N.° 2, 1.er *prair. an* 7 [*mai* 1799], *p.* 241, 243), sub hoc titulo :

« TRÉSOR DES LANGUES INDIENNES, en 4 (*lege* 5) volumes in-fol.

« Tome I, 1.re partie; GRAMMAIRE *Malabare* (TAMOULE *et* « SCHEN TAMOULE); *et* DICTIONNAIRE *Malabar*-(le *Malabar*, et « ainsi pour les quatre autres langues Indiennes, simplement en « *caractères Européens*) *françois*-*latin.*

« 2.e partie; DICTIONNAIRE *françois*-*Malabar.*

« Tome II, 1.re partie; GRAMMAIRE *Telongoue; et* DICTION- « NAIRE *Telongou*-*françois*-*latin.*

« 2.e partie; DICTIONNAIRE *françois*-*Telongou.*

« Tome III, 1.re partie; GRAMMAIRE *Maure ou Indoustane* « (traduite du *Portugais*, imprimée à Rome en 1778); *et* DIC- « TIONNAIRE *Indoustan*-*françois*-*latin.*

« 2.e partie; DICTIONNAIRE *françois*-*Indoustan.*

« Tome IV (*lege:* 1.re partie; GRAMMAIRE *Bengalie et* DICTION- « NAIRE *Bengali*-*françois*-*latin.*

« 2.e partie; DICTIONNAIRE *françois*-*Bengali.*

« Tome V), 1.re partie; GRAMMAIRE *Samskretanne; et* DICTION- « NAIRE *Samskretan*-*françois*-*latin.*

2.e partie; APPENDIX, qui renferme neuf ouvrages [1] sur les « langues de l'Inde ou des contrées limitrophes, imprimés dans « le pays même, ou en Europe, très-rares, ou difficiles à acqué- « rir; avec plusieurs planches gravées en taille-douce ..... « présentant les *alphabets* des quatre (*lege* cinq) langues dont « on donne les dictionnaires (et les grammaires en françois et « en latin), avec quelques autres écrits sur le lieu, par des gens « du pays, ainsi que les *vingt-deux* fameuses INSCRIPTIONS « copiées par l'auteur, dans son voyage (en 1759) aux Pagodes de

1. Vide *Journ. Encyclop. p.* 242, *note* 1.

Digitized by Google

« KENERI, dans l'Ile de SALCETTE, près de BOMBAYE [1]. A la tête « du 1.er volume paroît un morceau étendu, sur le génie, la « marche, les propriétés des langues *Indiennes*, leurs rapports « avec les langues de *l'Europe*, ou ce qui les en différencie; « et l'analogie de ces idiomes avec le caractère des peuples chez « qui ils ont cours .....

« Par ANQUETIL DUPERRON, *Voyageur aux grandes Indes*, « *ancien Pensionnaire et Directeur de l'académie R. des inscrip-* « *tions et belles-lettres*, lequel a dans ses cartons les matériaux « de cet ouvrage, redigés en grande partie, et mis en ordre. »

Emenso longo isto et arduo itinere, si vires adhuc suppetant, favente Deo optimo, maximo, cujus ad nutum mentis et corporis motus componere, sapientis et Christiani officium, Persicas regiones versùs iterùm remeabo.

Illîc, eorum gratiâ, qui Orientalis litteraturæ latices ad fontes bibere amant, utque ad legendas et explicandas Persepolitanas *in forma clavorum* inscriptiones, adjumentum aliquod afferam, è veteribus Persarum libris, scilicet VENDIDAD, IZESCHNÉ, VISPERED, IESCHTS, NÉAESCHS, BOUN DEHESCH (vide infrà, SUPPLEMENTUM, N.° II), linguarum ZEND et PEHLVI GRAMMATICAS et DICTIONARIA mens est eruere.

In hoc amplo vocum externarum promptuario, aliarum *Asiæ*, *Africæ*, *Americæ*, etiam *Europæ* et Insularum linguarum radices, saltem plurimas, et sic humani sermonis incunabulum quærere poterunt, et forsitan partim invenire, abstrusarum rerum eruditi, solertes et critici indagatores.

Pag. 100, *lin.* 19, 21 : ego edo .... *sahebi* suum intelligit .... *Brahm* sum .... liberatus fit.

---

1. *Zend-Avesta*, *T.* 1, 1.re *part. p. CCCXCV*, *CCCCVIII.*

Digitized by Google

Deum ipsum se esse scire, sæpiùs dictum, vera animæ liberatio.

Pag. 100, *lin* 25, 26, *djiw átma* dominus electionis non est.

Eo sensu hoc accipiendum, quòd *djiw átma*, quatenùs τῷ *pram átma* oppositus, *átma* est non liber, ligatus, *vinculo qualitatum apparentium* obstrictus; quod libero hominis arbitrio non officit.

Ibid. lin. 27, 29, *ultimâ; pag.* 101, *lin.* 1, 2, 5, 14, 15: Et ille unus *maïa* .... animantibus est *pram átma* sine fine .... *akrta* est .... *maïa*, ligatus .... è vinculo τῆ *maïa supervenit* (*lege :* supervenit) ....

Fusè, et tamen forsitan adhuc obscurè, natura τῆ *maïa*, ex parte Creatoris et ex parte rerum creatarum (*suprà*, *T. I, Annotat. p.* 639-642), exposita est. Quæ illîc dicta sunt attentè meditanti, unicum τῆ *Oupnek'hat* dogma, his verbis expressum (*p.* 100, 101), *pram atmâ .... totus mundus figura ejus est*, et *faciens ullam rem non est* (*akrta*, ex *a* privativo, et *karta*, faciens) id est, *pram átma* foris tantùm apparet, verè in se solus, absque ullâ extrà eum existentiâ, menti sese offeret.

Pag. 102, *lin.* 1, 2, 3, 4, 7-14-17: *djan* (*anima*) ... *maïa* .... *Brahm* .... visum non fit .... Quemadmodùm in medio ligni .... Et cor suum lignum .... oleum in grano ....

Anima et *maïa*, qui in eâ voluptatem producit, à *Brahm* motum accipiunt.

Diversis comparationibus τὸν *Brahm*, formam scientiæ, etsi non visum, in corpore etiam ignorantis, qui illum videre potest, in omni re esse ostenditur.

Apostoli verba : [1] *propè est verbum in ore tuo, et in corde tuo ;*

---

1. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐστιν ἐν τῷ στόματι σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τοῦτ' ἐστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν. Rom. X, 8.

hoc est, verbum fidei, quod prædicamus : quæ Deutoronomii textum explicant :[1] *sed juxtà te est sermo valdè ; in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illud,* liceat hîc apponere.

Pag. 102, *lin. ultimâ ; pag.* 103, *lin.* 1-17 ; *pag.* 104, *lin.* 4-9-17 : *selouk,* seu praxis relligionis .... sol firmam retentionem sensuum .... *aftab* (sol) porta τῦ *behescht* est .... illi loci quietis .... orbis *atesch* .... primum *aftab* (sol) productus .... super te apparens est.

Sol, ut *Haranguerbehah* (*suprà, T. I,* N.° XXIV, *p.* 122), relligiosas praxes homini præscriptas, exequitur, calorem et lumen quæ per atmospheram effundit, indè traxit. Oratio ad solem : ejus vis, effectus, objectum. Per viam lucis, sol ad Angelos, ad paradisum, hominem rectâ fide præditum, qui relligionis cultum perfectè adimplet, facit pervenire. Tres loci quietis. Corda è lumine lunæ producta. Sol primùm productus ; proindè, annus solaris, cujus mensura est, prior lunari. *Brahm* cum ejus figurâ apparens.

Pag. 104, *lin.* 18 : Et *nour* (*lux*) partis (*lege :* particulæ), forma *nour* (*lucis*) totius est. (*O nour djozi aaïn nour koulli ast.*)

Doctrinæ Indicæ clavis. *Particula,* forma *totius ;* id est, pars totum repræsentat, exhibet, efficit, reipsà est ; omni re, vel minimâ, ab ente unico non diversâ.

Ibid. lin. 19, 24 *ultimâ ; pag.* 105, *lin.* 1, 14, 19, 22, 23 ; *pag.* 106, *lin* 5 : *maschghouli* ... *Brahmi* ... transeat. *Maschghouli* alius .... in terra .... quilibet locus .... *maschghoul* fiat et signum τῦ apparentem esse τὸν *Brahm* .... ingreditur.

Curiosa modi externi et interni, scilicet, quod ad corporis habitum, victum, halitûs retentionem, vel emissionem, sensuum ;

1. *Ki karob eleika haddabar meod bepika o belebabeka laaasoto.* DEUTERONOM. XXX, 14.

Digitized by Google

cogitationum, quæ in corde vagantur, repressionem, locum, habitationem meditationi propriam, descriptio. . . .

Hæc deridebit altum Europææ philosophiæ supercilium ; sicut et signa, quibus *Brahm* in corde meditantis se præsentem efficit, ostendit : æquè ridiculas quoque, usu approbatas praxes se observare, similibus, si non *puerilioribus* phantasiis mentem occupare, oblitum.

Pag. 106, *lin.* 6, 9; *pag.* 107, *lin.* 6 : Et ex octo rebus ... et *τὸ deharna* .... accidens fit.

Ex octo *τῦ selouk*, seu octo ad ens unicum acquirendum requisitis conditionibus, hîc quinque jam aut posteà relatæ dicuntur : et sex speciatim *τῦ selouk* partes, *infrà*, N.° CLXIII, *p.* 359, exponuntur, quarum quarta *Deharna*. Undè liquet vice *octo* in præsenti loco legendum *sex*, et comma, *tres aliæ quæ remanent*, expungendum.

Textus sic se habet : *ve az hascht tschisi ke dar selouk mokarrer ast pandj tschiz madzkour schodeh seh diguer keh mandeh iek azan deharnast* : *hascht*, sine signo numerum comitante; *seh*, cum signo; *pandj tschiz*, correctum. Super *τὸ deharna*, vide MAHABAR. 12 *porb.* 2 *part. fol.* 537 *recto*, ubi per hoc *τὸ djog* explicari dicitur : suprà (*T. I*, N.° LXXII, *p.* 338), *sex* res, *τὸ djog* conficientes, exhibentur.

Quinque res, quibus per *deharna* Indus cor fixum tenet, sunt quinque elementa è quibus corpus formatum est, et in quæ resolvitur; quo rerum origini et fini mens attenta redditur, humani entis ei indicatur præstantia, simul et corpus ipsum quasi elementum magnum efficitur. Hæc voci *khass*, in *τῦ djog* descriptione adhibitæ, scilicet, *præstans*, *peculiare*, apprimè conveniunt.

Pag. 107, *lin.* 7-14, 23; *pag.* 108, *lin.* 11 : Hoc signum

Digitized by Google

initii τῦ *selouk* .... *maarefat* (*cognitionis*) ... (*illud ens*) lumen .... sine cessatione fit....

Τῷ *selouk*, praxibus, ceremoniis, cognitio, ignorantiæ opposita, jungitur; lumen in mente, mundo spirituali, mundo corporeo, unicum, entium vita, solamen, omnia permeans, replens; cui uni homo, *djiw átma* studere debet : illius luminis attributa; encomium, prece terminatum.

Pag. 108, *lin.* 12; *pag.* 109, *lin.* 4 : Ille *Roudr* unicus ... is est.

A Lumine-Ente ad *Roudr* auctor transit, cujus operationes sunt ipsæ Entis supremi qualitates. Vide *suprà*, *T. I*, N.° LXVII, *p.* 316, 317, et *Annotat*, *p.* 589, 590.

Pag. 109, *lin.* 5 ; *pag.* 110, *lin.* 4, 16 : Primùm ab omni τὸν *Haranguerbehah* ... quod superior (*altior*) ... non est ... est.

Vide, *suprà*, *T. I*, N.° XXII-XXIV, *p.* 100-106, 121-125 : τον *Haranguerbehah*, ejus operationes : *suprà*, N.° LXXXVII, *p.* 1, ejusdem agentis productionem per *Naraïn*, qui proindè cum *Roudr* unum et idem est.

Lin. 12-19 : ex illâ lætus status acquisitus fit .... ὁ Creator magne.

ὁ *Roudr*, lætitiæ fons; ejus arma contra malum, peccatum; ab eo ut deviantem non obcæcet, postulatur (*suprà*, N.° CVIII, *p.* 92); eo sensu, quo in evangelio, [1] *et ne nos inducas in tentationem.*

Lin. 12, in monte *Kilas.*

Apud Baldæum, sedes τῦ *Ixora*, qui *Roudr* est, in (monte) *Calaja.* Ixora, *sprechen sie* (*die Bramines*), *halt sich in* Calaja (lib. cit. *Abgötterey*, *p.* 438), *ein Berg* .... Calaja *genannt.*

---

1. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. Luc. XI, 4.

Digitized by Google

(*Id. p.* 435, *suprà*, *T.* 1, *Annotat. p.* 647.) Montem *Kilas*, in monte *Calaja* agnoscere facile est.

In MAHABAR. (13 *porb. fol.* 585 *r.* 14 *porb. fol.* 699 *v.*) *Kilas* mons est versùs septentrionem (undè Indicam relligionem ortum duxisse notum est).

Pag. 109, *lin.* 20, *Sankra tscharedj .... aiet ...*

Comparatio τῦ *Roudr* cum auro omnem formam sumente, cum igne omni suam formam dante, per *Sankra tscharedj*, *aïet* τῦ *Beid* exponentem, tradita.

Ibid. lin. 28; *p.* 112, *lin.* 21-24; *pag.* 113, *lin.* 3-5-13; *pag.* 117, *lin.* 24: *Santastr* cum discipulis (*suis*) dixit ... non efficitur ...

Ostad iste qui, ut dixi (*suprà*, *p.* 547), τῷ *Oupnek'hat* nomen dederit, τῦ *Roudr*, Entis unici, excellentiam docet.

Pag. 110, *lin.* 4, 6, 7, 8, 11, 13, 19, 26, *penultimâ*; *pag.* 111, *lin.* 3, 4, 7, 9, 10, 11, 15, 18, 27, *ultimâ*; *pag.* 112, 3...

Haranguerbehi, quòd superior .... major .... minor .... arbor .... *motallak* (*universale*) .... in tempore interioratum mundi .... omnia ora .... sine defectu est. Cum in medio cordis .... illorum est .... intellectus .... capita sine fine .... quinque elementa .... in pectore .... causâ τῦ *maïa* .... omni latere .... urbs, id est, corpus hominis .... in his quatuor statibus .... est.

Haranguerbehah, elementa, ipse *Brahma*, arbor unica, mundus, cujus radices, cœlum; maximus, quandò non apparens, intrà; Ens unicum, universale: minimus, quandò extrà apparens, existentiâ sensibili, singulari alligatur.

Verùm illi *Haranguerbehah* superior est Lux-Ens, *porsch*, capitibus, sensibus sine fine, absque defectu; ubique, in pectore, in medio cordis hominis, omnium animantium, pro illorum capacitate, ipse quantitatis expers, habitans: intellectu, cordi

Digitized by Google

(sensibus) prævalente, cognitus; causa autem τῆ *maïa*, seu volitionum, multus, separatus apparens (*suprà, p.* 100, *infrà, p.* 113), ubique, omni motum dans, ut *djiw átma*, in quatuor hominis statibus, corpus, quod novem portas habet, seu foramina (*suprà*, N.° CXXVI, *p.* 198), omnis similis qualitatis ipse immunis, peragrat.

Sic unitas, unicitas entis absoluta iterùm atque iterùm declaratur; ejus solâ cognitione, vera beatitas, τὸ sine molestiâ esse comparatur.

Pag. 112, *lin.* 4, *penultimâ; pag.* 113, 114, *lin.* 4 : Et omne .... colores diversæ speciei .... apparentes fecit.

Τῆ *átma* attributa, operationes, colores, species, formæ, ab eo ostensa, in eo ipso deleta; diversæ entium singularium formæ, figuræ, tandem in ente unico annihilatæ.

Pag. 113, *lin.* 13, 15 : tu femina es .... cum errore vibras.

Manifesta τῆ *Lingam* origo. Ens unicum femina, homo, filius, filia, senex; id est, producens, productum, desinens. Quo spectaculo homo deceptus, entia singularia, nascentia, finientia reverà arbitratur, cùm merum sit ostensum, et omne ídem, unicum semper incessans existat.

Lin. 18, 25-*penultimâ* : Volantia .... forma tua est.

Iterùm mundus, ejus partes, etiam tempestates anni sunt, ipse *átma*.

Ibid. lin. ultimâ; pag. 114, *lin.* 4; *p.* 115, *lin.* 3, 6, 8 : Et *maïa* .... apparentes fecit .... quòd volitio ejus est ... justa temperatio trium qualitatum .... *mehtsir* ....

De *maïa* fusè suprà (*T. I, Annotat. p.* 589-590, 639-642) dictum est. Hîc æterna Dei voluntas, ens unicum : tres ejus colores : rubrum, creatio; album, conservatio; nigrum, destructio; tres qualitates ei pluries attributæ : volitio est τῆ *methsir* domini magni, qui et *Roudr*.

Digitized by Google

Pag. 114, *lin.* 10-23 : Et duo volantia .... sine tristitiâ fit. Rursùs fabula duarum avium, quarum unâ, homo operum mercedem intendens, alterâ non intendens repræsentatur (*suprà, T. I, N.° LXXXIII, p.* 388, 389). His et similibus locis apertè monstratur, solum Deum semper in actionibus intueri, ei unicè fidere, mentem applicare, quo pretio ducant Indi philosophi.

Si aurei operis *de imitatione Christi,* Thomæ à Kempis tributi, *tres primi libri,* in Indicam linguam versi [1], *Brahmanibus* traderentur, suam ipsorum doctrinam, eo, qui veram relligionem refert, stylo et animo expressam facilè agnoscerent; Europæos miserati, qui faces à cœlo sibi oblatas respuentes, repellentes, atheismi, *corporeismi,* proh dolor! proh pudor! tenebris se involvunt. Partem *cap.* 25, *lib.* 8 (1727), *p.* 202, 203, hîc proferam.

In quo ergò (*consistit profectus et perfectio hominis*), Domine (inquit DISCIPULUS)?

(CHRISTUS): *In offerendo te ex toto corde tuo voluntati divinæ; non quærendo quæ tua sunt, nec in parvo, nec in magno, nec in tempore, nec in æternitate :*

---

1. Quod de *imitatione Christi* summoperè cupio, hoc de *novo testamento* perfecerunt Angli: animis longâ tyrannide mœrentibus nihil efficacius, quàm relligionis in ipso *Dei verbo*, solatium offerri poterat. „ Les dernières lettres des Indes „ orientales, inquit diarium MONITEUR (9 *vendém. an* X, *p.* 31, *Londr.* 25 *septemb.* „ 1801), nous annoncent que le zèle des Missionnaires chrétiens est très-actif dans „ cette partie du monde. Ils ont répandu parmi les *Indous* plus de *cent mille* „ exemplaires du *nouveau testament* traduit en *langue Indienne* par M. CARREY, „ qui la parle comme sa langue maternelle. On a établi une UNIVERSITÉ à *Cal-* „ *cutta* (dans le *Bengale*). Le fonds de la bibliothèque sera composé de celle du „ malheureux TYPOSAHEB, et successivement augmentée des envois qu'on se pro- „ pose de faire d'ici. "

Oculo propitio hoc tentamen intueri dignetur supremus cordium dominus et rector! Ex *universitate Calcuttanâ*, quod ad linguarum, præsertim *Samskreticæ* notitiam, majorem quàm ex *academiâ* fructum expecto.

Digitized by Google

Ità ut, unâ æquali facie, in gratiarum actione permaneas; inter prospera et contraria, omnia æquâ lance pensando.

Si fueris tam fortis et longanimis in spe, ut, subtractâ interiori consolatione, etiam ad ampliora sustinenda cor tuum præparaveris, nec te justificaveris, quasi hæc tantaque pati non deberes, sed me in omnibus dispositionibus justificaveris, et sanctum laudaveris; tunc in verâ et rectâ viâ pacis ambulas; et spes indubitata erit, quòd rursùs in jubilo faciem meam sis visurus.

Quòd si ad plenum tuî ipsius contemptum perveneris, scito quòd tunc abundantiâ pacis perfrueris, secundùm possibilitatem tui incolatûs.

Istorum coronis sit, quod de *quiete animæ in Deo* his verbis tradit celeberrimus mysticæ theologiæ magister, 14.° sæculo, cancellarius Ecclesiæ Parisiensis :

« Oportet [1] ut his viribus (concupiscibili, rationali, irascibili) « satiatis per conjunctionem cujuslibet cum suo supremo appe« tibili, anima rationalis totaliter satietur, quietetur et stabilia« tur; nam si delectatio in bono conveniente et voluptatis suavi« tate quæritur, quid de animæ voluptate (beatâ maximè) sen« tiendum est? .... Si prætereà quæritur veritatis cognitio; « convertatur aspectus ad verbum divinum, velut ad partem « primam, cujus exemplar verum, est esse verum. Si denique « potentia, si gloria, si opulentia, si dignitas quæratur, hæc « omnia est Deus animæ eum diligenti, quia est merces sua « magnanimis, in quo et omnia se posse gloriatur Apostolus : « *omnia*, inquit, *possum in eo qui me confortat;* Philip. IV, « 13. Deus ergò finis est animæ et ejus ultima perfectio; ipse

1. *Joan.* GERSONII, *Doctor. theolog. et Cancellar. Parisiens. opera omnia etc.; ed. Lud. Ellies* DUPIN (1706); *T. 3. De mysticâ theologiâ, speculativâ; considerat. XLII, col.* 396.

Digitized by Google

« est velut centrum et locus naturalis omnium desideriorum suo-
« rum. Dùm ergò, addit insignis ille Parisiensis Facultatis Doctor
« Theologus, in se deficit anima in salutare Dei, velut ad nihi-
« lum redacta, nulli jam alteri, nec sibimet innititur, sed soli
« Deo, ut suæ dulcedini, ut suæ veritati, ut suæ glorificationi,
« dicens pro primo : *renuit consolari anima mea, memor fui*
« *Dei et delectatus sum*, Ps. LXXVI, 3 ; Dicens pro secundo :
« *nihil arbitratus sum me scire, nisi Jesum Christum ;* 1 Cor.
« II, 2 ; factus stultus propter ipsum. Dicens pro tertio : utinam
« *qui gloriatur, in domino glorietur!* 1 Cor. I, 31. Ac proindè
« non habens quò ulteriùs tendat aut quid ultrà requirat, quie-
« tatur anima in Deo, atque stabilitur, possidens in eo omnia,
« cæteraque contemnens, atque parvipendens.

Pag. 114, *lin.* 24, 27, *ultimâ ; pag.* 115, *lin.* 3 (*τὲ*, lege : *τῦ*), 9, 13, 14, 15, 22-28, *ultimâ : tsched âkaschi .... serour .... Beidha ... bona opera ... maïa ...* ex contrarietatibus ... (*ens*) *ieganeh* (*unicum*) *est.* Tempore resurrectionis .... apparitionis .... *Roudr* .... omnis mundus in eo est (*dominus*) omnis bipedis ....

Vide *suprà, N.° XII, p.* 38 *et not.* 1. *Tsched âkasch*, ut *âtma*, est ens universale, magnum gaudium, omnium, etiam sacrorum librorum, bonorum operum causa, per *maïa* se exserens ; cujus contrarietates, id est variæ, oppositæ apparentiæ, vicissim, tempore omnium resolutionis in illud intrant, tempore novæ productionis ex eo egrediuntur ; verè *Roudr*, cuncta destruens, rursùs ostendens, et semper ens unicum, in quo totus mundus, animantium cujusvis generis dominus.

Pag. 116, *lin.* 23, *penultimâ : serour ... (anima magna) ...*

Ens unicum, forma gaudii, anima magna est. Magnum illud gaudium, *ânand sroup*, de quo sæpè in *Oupnek'hat* mentio fit,

Digitized by Google

attributum est entis unici, seu ipsum ens, ejus perfecta quies, in se *complacentia*, in seipso ludus (*suprà T. I, N.º XVIII, p. 77 et not.*), apta et quasi læta rerum fabricatio, conformatio, distributio, gaudium indè in opifice oriens; quod in *Genesi* (*I, 4, 10*), per, *et vidit Deus quod esset bonum*, exprimitur. Ordo et gaudium unum et idem, cùm opus et opifex, solâ apparentiâ, τῆ *maïa* causâ, differant.

Pag. 117, *lin.* 6, 7, 8, 9, 20 : non nox est, non dies, non rectitudo .... non mendacium : ipsum illud *ieganeh* (*unicum*), forma gaudii puri ..... ipsum illud ..... (*juxtà librum*) *Beid* ....

Id est, quandò nihil singulare, solum ens universale existit, tunc nulla diei et noctis, seu luminis et caliginis, nulla veri et falsi distinctio : omne, ens illud unicum, totum, simul; proindè nihil imperfectum, vacuum, deficiens, undè falsum, malum prodit, apparet : forma gaudii puri, supereminentis ordinis remanet. Illius entis unici descriptio. Ejus cognoscendi, inveniendi, modi tres : omne præter illud rejicere, id est, nihil extrà id esse confiteri, ei soli adhærere; de eo τῆ *Beid* doctrinam rectè intelligere; seipsum illud scire.

Pag. 118, *lin.* 5 : causâ peccatorum meorum, super me iram non facias.

Proindè, ut jam observatum, attributum τῆ *Roudr*, qualitas destructiva, ubi de rebus spiritualibus agitur, nihil aliud est, quàm mali moralis, peccati puniendi potentia, actus.

Lin. 9, 10, 11, 13, 15, 18 : [Du]o sine defectu .... *djiw átma* doctus .... non doctus .... *Brahm* .... opertas ...., et *dzati* (*ens*) .... est.

Unus *átma* est, cujus natura, sive totus remaneat, sive divisus appareat, non mutatur : perpetuus, sine cessatione. Verùm,

Digitized by Google

sub diverso respectu, scientia et non scientia in eo opertæ, contentæ sunt : *Brahm*, qui et *âtma* purus, iis major, istarum diversitatum immunis manet. Hæc autem relativè tantùm intelligenda, cùm ens unum sint *âtma* purus et *djiw âtma*.

Lin. 19-23 : Et *kapl kiani* .... sciant.

Kapl kiani videtur esse *mahanat*, intellectus primus, Entis supremi prima apparentia. *Suprà, T. I, monit. p. XIV, kian*, cognitio : indè *kapl kiani, collectio intellectuum, scientiarum, animarum*.

Lin. penultimâ ; pag. 119, *lin.* 1, 2, 21, 23-25 : Illud *dzat* (*ens*) .... trium qualitatum .... *Oupnek'hathaï* .... *Brahma* .... *Fereschtehhaï*.

Operationes primi entis per tres qualitates, *Brahm* ipse, in *Oupnek'hat* abscondita, ab ipso *Brahma* et per illum cognita : supereminente illâ scientiâ, angeli et primi docti, forma τῦ *Brahm* redditi.

Pag. 120, *lin.* 3 : *djiw âtma* tres vias habet.

Tres illæ viæ sunt via ad *gehennam*, infima ; via ad *Behescht, Brahma lok*, superior ; et via ad *Brahm* ipsum, quâ *pram âtma djiw âtma* statim efficitur.

Lin. 6, 9, 14, 15, 17, 23, 27 : ille *djiw âtma*, quantitate digiti pollicis, ... ipsum illud lumen .... conforme ad (*juxtà*) excessum parvitatis ..... creaturæ est ..... causa volitionis cordis .... causa productionis corporis efficitur.

Illi lumini, illi *djiw âma*, in omnibus cordibus, pluribus (cunctis) creaturis, animantibus, à magnis ad minima, quantitate iis proportionatâ, residenti, vitæ, motuum, successivæ productionis fonti et auctori, aptè forsitan responderet CUDWORTHI natura genitrix, procreatrix, plastica, quam è PLOTINO inprimis hausisse

Digitized by Google

videtur [1], cujusque naturam sic summatim tradit philosophus Anglus :

Extat, inquit, [2] *vitæ quoddam genus animali vitâ deterius et inferius. Ista vita ex præscripto mentis cujusdam, seu intelligentiæ, rationis et sapientiæ, viâ et ordine procedit et agit, laboresque suos ad certam refert semper metam, aut id semper spectat, quod optimum est; verùm ipsa tamen rationem earum rerum, quas efficit, ignorat, neque sapientiæ illius, cujus normam sequitur et regulam, magistra est. Sola enim ei serviendi gloria relicta est, præceptisque sapientiæ illius obtemperandi. Agit ea fataliter, certâque quâdam naturæ conjunctione ac concentu, ad exemplum legum atque præceptorum, quæ perfecta mens rogavit, in eamque indidit, et immisit. An cæterùm animæ cujusdam intelligentiæ et consilii compotis facultas sit inferior, an verò mens quædam aut vita, per se quidem separatim exsistens, at minor et imperfectior, non ex omni parte perspicuum est. Sed id dubio caret, eam superioris cujusdam intelligentiæ voluntati et imperio subjectam esse.*

Anteà [3] dixerat : *Quis fieri posse neget, si ex nostrâ quidem judicandum sit scientiâ, ut toti huic globo, ex aquâ et terrâ*

---

1. CUDWORTH, *Systema intellectuale ..... interpr.* MOSHEIM, *cap.* 3, *ad calcem* DISSERTAT. *de naturâ genitrice,* §. *VI, p.* 160; §. *IX, p.* 164; §. *XII, p.* 166, 167; §. *XIII, p.* 168; §. *XV, p.* 170; §. *XVI, p.* 171; §§. *XVIII, XX, p.* 174, 175; §. *XXI, p.* 178.

2. *Ibid.* §. *XXVI, p.* 190.

3. CUDWORTH, §. *XXV, edd. pag.* Dolendum apud Anglos rerum metaphysicarum studium adeò refrixisse. Nulli hac de materiâ libri publicantur. Gens sapiens, gravis, mente profundâ, Gallicæ cessit levitati. Ad se redeat; novos CLARKE, LOCKE edat, et Gallos, licet *revolutione*, omnium cognitionum clade, immensis tenebris obrutos, absque invidiâ, de eorum lumine penè exstinctam ingenii facem videbunt accendere.

Digitized by Google

conflato, una præsit fictrix vita seu natura, quæ certo modo cunctis plantis, herbis, arboribusque conjuncta sit, easque omnes pro naturâ seminis cujuslibet, fingat et fabricetur; quæ pariter metalla cæteraque corpora, quæ plus habent artis, quàm ut à fortuito materiæ motu produci queant, conficiat et disponat; quæ denique, nullâ causâ aliâ interveniente, hæc omnia elaboret, tametsi ex aliis ipsamet causis, quarum primaria ipse Deus est, pendeat? Hoc eorum fortassis sollicitudinem allevabit, qui toti universo unam tantùm genitricem præponere naturam, graviter et molestè ferunt.

Et §. XXIII (p. 181, 182), præter hanc verò fictricem (corpore prorsùs vacantem : §. XX, p. 175; §. XXI, p. 178), quæ in animantibus versatur, corporaque eorum, cui totidem minores mundos, aptè scitèque, in suo quolibet genere, construit et fabricatur, alia sit necesse est ejusmodi natura, quæ totam hanc universitatem corpoream gubernet, ac, ut omnes ejus partes cognatione quasi continuatæ conspirent, efficiat.

De hac materiâ videre est MOSHEMII, qui CUDWORTHI systemati non favet, eruditas observationes ad totam *dissertationem* (*p.* 150-196), et doctissimam *præfationem* : — BAYLIUM idem systema impugnantem ; *Continuation des pensées sur la comète* (1705), §. *XXI*, *p.* 88, 91 : — ID. *in Hist. des ouvrages des sçavans*, *par* BASNAGE *de Beauval*, *août* 1704, *art.* 7, *p.* 380 *et seq. decembr. art.* 12, *p.* 540-543 : — ID. *Réponse aux quest. d'un provincial*; *T.* 3 (1706), *ch.* 179, 180, *p.* 1235, 1285. *T.* 4, *p.* 31-39. *Vie de Bayle par Desmaiz. Diction. crit. T. I, p.* LXXXV-XC : — CLERICUM, BAYLIO argumentatione longè inferiorem, ad ea quæ objicit respondentem; *Bibliothèq. choisie*, *T.* 5 (1716), *art.* 4, *p.* 283-302; *T.* 6 (1716), *art.* 7, *p.* 422-427; *T.* 7 (1717), *p.* 255-289; *T.* 9, *p.* 361-384 : — nec non, *art.* 2, *Biblioth.*

Digitized by Google

chois. T. 2 (1713), *p.* 178-230, cui titulus : *Preuves et examen du sentiment de ceux qui croyent qu'une nature, qu'on peut nommer Plastique, a été établie de Dieu pour former les corps organisés.*

In eo Indorum *djiw âtmâ* et *natura genitrix*, procreatrix, *plastica* CUDWORTHI differunt, quòd, hæc (*lib. cit.* §. *XIX*, *p.* 174, 175), non Deus est, aut Dea ; plantæ, herbæ, gramina, singula peculiarem aliquam genitricem naturam non habent (§. *XXV*, *p.* 189, 190) ; nec cum delectu ista natura agit, licet ordine et ratione, consilio ad certos omnia usus dirigat, fines suos, causam, rationem eorum quæ operatur, ignorans (§. *XII*, *p.* 166, 167) : ille autem (*djiw âtma*), etsi ligatus quod ad tempus, *âtmâ* in se, summus Deus est, quibusque entibus, vel minimis insertus.

Paucis tantùm observare liceat, τὸν Indorum *djiw âtma*, intelligentem, ubique diffusum et agentem, *naturæ plasticæ*, cæcæ, quæ proindè à causâ ratione præditâ dirigi debet, eminenter præstare. Et si verum quod in philosophiâ : *non sunt multiplicanda entia sine necessitate ;* prima illa dirigens causa, sola et sufficiens, erit admittenda. In primo et summo opifice, 1.°, 3.° gradu, quandò medii gradus ab eo vim accipiunt, actionem suam exercere, unum est et idem.

Pag. 120, *lin.* 19, 20 : *djiw âtma* femina etiam non est .... homo ... (*hermaphrodytus*) ....

Nullius generis est, et cuncta genera (*p.* 113) complectitur *djiw âtma ;* quod enti unico, ut anteà diximus, omnium causæ, generatrici, simul et non generatrici, convenit.

Lin. 21-28 : in quodcunque corpus ... *djiw âtma.*

Djiw âtma, anima, vita, quodcunque ens animatum habitat, modo, quantitate isti enti congruente : in corde hominis residet

Digitized by Google

sensationum causa effectrix, sicut generationis sperma ex escâ et aquâ proveniens.

Pag. 120, *lin.* 28; *pag.* 121, *lin.* 1-7 : Et post à τῷ mori .... corpus ... facta est.

Suprà (*T. I, N.° XLIII, p.* 247, 248; *Annotat. p.* 538), quomodò *djiw átma*, homine vitâ functo, corpus subtile induat, operibus bonis vel malis, quæ secum abducit, aptatum, et posteà, crassum, si rursùs in mundum, actionum pœnam luiturus, redeat, fusiùs expositum.

Pag. 121, *lin.* 8, 19 : Ens, quod .... relinquunt.

Nova Entis primi, cunctorum entium causæ, opificis, mundo seipsum manifestantis, mundum in se convolventis, nec locum (extensionem), nec nomen, nec initium aut finem habentis, quà Entis unici, cujus orbis totus quasi explicatio, effusio tantum est, descriptio.

N.° CXI.

Ibid. lin. 23, 24, 25, *ultimâ*; *pag.* 122, *lin.* 1, 2, 4, 7, 8, 9 : error .... quòd mundus ipse cum ipso (*per seipsum*) productus .... tempus est. Non hoc modo est .... sphera mundi gyrans .... perire faciens tempus est ... pulvis (*terra*) ... effectum est. (*Baazzi khodra dana migouïand ke dar eischan nadani o ghafelat por ast migouïand ke aalem khod bekhod paeda schodeh ast o hamtschenin baazzi migouïand keh hartscheh hast zamaneh ast na tschènin ast balke az bezorgui ándzat roschan in guereh aalem guerdan ast ve ou hametschah aalemra dar khod peitschideh ast ve ou darandeh hameh ast o fena konendeh zamaneh ast o koschendeh marg ast o hameh ssefetha bardar oust o hameh eelemha ve honerha dar oust o bakhschindeh atser beaamelhai oust oust ke khak o áb o átesch o bad o ákasch schodeh zzaher kardidah.*)

Digitized by Google

Hîc mundi per se existentia expressè falsa declaratur; quemadmodùm opinio quæ tempus divisum, finitum, fluxum, orbis revolutionem figens, quidquid existit esse affirmat, quamvis pluribus, ut suprà (*N.° CX, p.* 94, 95) tribuatur. Ens supremum à mundi spherâ clarè distinguitur, tempus perire, id est, elabi cessare faciens, omni formam, signum dans, per quinque elementa extrà prodiens, ipsam mortem continuâ rerum productione, apparentiâ, in se, vitæ fontem, vitam ipsam, resolutione, occidens.

Pag. 122, *lin.* 14, 26-28 : Et ille modus hic est .... *se tradere*) .... (*beatus*) fit.

Novemdecim istæ ad perfectam liberationem, beatitatem, seu *τὸν djiw âtma* cum *âtma* unum fieri, obtinendum, conditiones, iis quæ suprà (*T. I, N.° LXXVI, p.* 364-366. *Annotat. p.* 620, 621) exhibita sunt, additæ, veram Indorum *moralis* et *disciplinæ* effigiem præbent.

Tres primæ directori submissionem injungunt, ut suprà (*N.° XVIII, p.* 75; *Annotat. p.* 475), è cujus ore veritatem, sed probatione firmatam accipere præceptum.

Hîc observare liceat pluries jussum institutionis relligiosæ modum, rationis usui, in exquirendâ magistri doctrinæ cum libris sacris conformitate, conjunctum. Indè celebres in Indiâ scientiarum scholæ, è quibus orti docti *Brahmanes, Pandetân*, avita per regiones dogmata, relligionis *praxes*, propagant. Instinctui, lumini proprio fidere minimè tutum. Sub directoris, præceptoris normâ, et vetustissimâ, ut ad primos systematis Indici conditoris exsurgente, animum et corpus componere commendatum.

Ordo iste, novis Galliæ *liberatoribus, agitatoribus* (hominibus parcens, vitia insequor.) non arridebit. Antiquis Indiæ populis, per 4000 annos, proborum morum, pacificæ indolis, vitæ beatæ fons fuit et orîgo : nec apta ad eos ab eo revocandos, quæ Euro-

Digitized by Google

pam scindunt, lacerant, orbe toto sparsa, malè exstincta dissidia.

Generi humano, at civibus meis ut et parentibus arctiùs devincior. Quædam super institutione hîc proferam, quibus ut contribules mei paulisper attendant vehementer opto.

De restituendâ in Galliâ, per UNIVERSITATES *et* COLLEGIA, *puerorum et juvenum* INSTITUTIONE PUBLICA.

Hominum et sententiarum comparatione, veritas novo fulget splendore. De *institutione* Indos audivimus. Nunc ad Europæos reversi, quod super hac materiâ in diario *Décade* etc. *politique* etc. nuncupato, legitur, referamus. Breves identidem observationes intermixtas, et aliquantum priscæ institutionis Parisiensis specimen hîc invenire lectorem præjudicatis opinionibus vacuum haud pigebit. Sic incipit Diariarii articulus.

I.

« [1] *Circulaire du Ministre de l'intérieur, aux Préfets des départemens, relativement à l'instruction publique.*

« Une école centrale par département ne suffit point à l'instruction. Depuis dix ans on réclame de toutes parts le rétablissement de ces colléges florissans où une jeunesse nombreuse trouvoit une instruction facile et suffisante.

« C'est au moment où la paix continentale appelle l'attention du Gouvernement sur tous les genres d'améliorations dont nos institutions sont susceptibles, qu'il doit porter ses regards sur la première et la plus puissante de toutes, l'instruction publique.

« Mais, pour ne plus rien donner à la théorie trompeuse des

1. *Décade philosoph. littér. et politiq. an IX* (1801), 3 *trimest.* 10 *germin. Politiq.* p. 63, 64.

Digitized by Google

« illusions, et assurer à la fois à la jeunesse françoise une ins-
« truction convenable, et pourtant appropriée aux besoins, aux
« convenances, aux localités, je vous invite à me fournir une
« réponse prompte et exacte aux questions suivantes.

« Vous profiterez de la session actuelle des conseils d'arron-
« dissement pour obtenir les renseignemens dont j'ai besoin.

« 1.° Quel étoit le nombre des établissemens d'instruction
« publique, dans l'arrondissement, avant la révolution ?

« 2.° Quel étoit le nombre des maîtres et des élèves pour chacun ?

« 3.° Quel étoit le genre d'instruction qu'on y donnoit ?

« 4.° Quelles étoient les ressources et les revenus de chaque
« établissement ?

« 5.° Existe-t-il encore de disponibles ou de non alienés des
« bâtimens autrefois consacrés à l'instruction publique, et quel
« est leur état ?

« 6.° Existe-t-il encore des revenus affectés à ces établissemens ?

« 7.° Les anciens professeurs ou maîtres de l'enseignement
« vivent-ils encore, et quel est leur état actuel ?

« 8.° Quelle est l'opinion du conseil d'arrondissement sur les
« avantages de ces maisons d'éducation ?

« 9.° Quelles ressources offre-t-il pour en faciliter le rétablis-
« sement ?

« Aussitôt que chaque conseil d'arrondissement vous aura fait
« connoître son opinion, vous me la transmettrez dans le plus
« bref délai, avec votre avis motivé.

« Je vous salue. *Signé* CHAPTAL. »

II.

« Il est évident, ajoute le journal, que cette *circulaire* est
« écrite dans les meilleures intentions, et qu'elle a pour but de
« parvenir à des améliorations indispensables.

Digitized by Google

« Cependant nous ignorons si *l'on réclame de toutes parts*
« *depuis dix ans le rétablissement de ces colléges si florissans.*

Id ignorare potest hujus articuli auctor, quod perito et *bono consilio* agenti, ut ipse ait, ministro, non fuerit ignotum.

« Mais ce que nous savons bien, et que le ministre doit savoir
« beaucoup mieux que nous, c'est que l'éducation qu'on donnoit
« dans les colléges, n'étoit ni *facile*, puisqu'on y consacroit
« huit ou neuf années à y apprendre seulement le latin;

In universitatum collegiis bonis artibus auctor non est eruditus; si fuit, excidit ex ejus memoriâ illarum academiarum disciplina, studiorum ordo.

A nono ætatis anno ad decimum quartum communiter, id est, per *quinque* annos (non 8 vel 9), scilicet, in *sextâ classe* (scholâ), *quintâ, quartâ, tertiâ* et *secundâ, Latinâ* et *Græcâ* linguâ imbuebantur pueri; quod certè, quæcunque adhibita fuisset methodus, cum vernaculæ linguæ studio et usu, facile in se esse non poterat.

« ni suffisante, puisqu'on n'y apprenoit que le latin, et pas
« autre chose. On n'y montroit ni *l'histoire*, ni la *géographie*,
« ni le *dessin*, ni les *mathématiques*, ni la *physique* [1], ni la
« *chimie*, etc. »

Sufficiens erat. 1.° Eâ ætate duorum, etiam trium idiomatum capax pueri mens vix esse potest.

Lingua autem Latina, sub duplici respectu considerata, summam præ se fert utilitatem.

1.° Lingua est pressa, concisa, dives, elegans, ad litteras et scientias æquè ac negotia composita [2]; propriè est idioma generale,

---

1. „ Des deux années de philosophie, une étoit perdue dans les rêves d'une „ métaphysique obscure, et ce qu'on enseignoit dans l'autre de mathématiques „ et de physique, étoit très-insuffisant. "

2. Qui linguæ græcæ et latinæ mechanismum, veram structuram, genium

Digitized by Google

cujus medio cum cunctis Europæ, et multis aliarum orbis partium populis, sine *Ludowici*, *Wilkinsii*, *Leibnitzii* vel alphabetis, vel linguis philosophicis [1], sine *polygraphiâ*, *unius conjungationis linguâ*, *surdorum et mutorum methodo*, patet communicatio.

2.° Ejus ope *historia Romana*, *Græca*, etiam *sacra*, orbis priscis cogniti *geographia*, ediscebantur. Noti libri, in universitatis Parisiensis scholis lecti, explicati : *Historiæ selectæ è veteri testamento*, *è prophanis auctoribus*; *Valerius Maximus*, *Cornelius Nepos*, *Quintus Curtius*, *Sallustius*, *Cæsar*, *Titus Livius*, *Tacitus*, *Cicero* (à *sextâ* ad *rhetoricam*), *Terentius*, *Phedrus*, *Ovidius*, *Virgilius*, *Persius*, *Horatius* ... etc. : inter *Græcos*, *Lucianus*, *Xenopho*, *Plutarchus*, *Isocrates*, *Demosthenes*, *Homerus*, etc.

Sic optimis utriusque linguæ auctoribus, teneribus animis tradita rudimenta, altiùs infixa remanebant; et cum sermonis notitiâ, peritiâ, *versionibus* et *thematibus* (è gallico in latinum) firmatâ [2], populorum, regnorum, morum, opinionum, stylo et compositione præstantissimorum auctorum formâ elaboratis, cognitionem dabant, quam provectiore ætate repetere facilius et utilius.

---

cognoscere voluerit, ut legat inprimis Stephanorum Roberti et Henrici, Guillelmi Budæi (*Commentar. ling. Græc.* 1548), Turnebi *adversaria*, Vossii, Sanctii *cum* Perisonii *notis*, Sciopii *et* Dausquii, haud satis, fatendum, universitatum magistrorum manibus trita, doctissima scripta, operæ pretium est.

1. *Théodic. T.* 1, *vie de* Leibnitz, *p.* 88-90.

2. *Suprà*, *T. I*, *Animadvertenda* etc. *p.* 723.

„ Un enfant qui fait un *thème*, a des idées dont il cherche les mots, et celui „ qui fait une *version*, a des mots dont il cherche les idées. Le premier va de „ l'idée connue au mot inconnu, le second du mot connu ou du son à l'idée „ inconnue. Ainsi, l'enfant qui trouve dans son *thème* le mot *ravager*, a une idée; „ et le dictionnaire *françois-latin* qu'il consulte, lui indique le mot *populari* pour

Digitized by Google

Rhetorica, eloquentiæ, poësi et difficiliori compositioni *prosâ* versuque destinata, cum *Latinæ* linguæ et *Græcæ,* vernaculæ (*Gallicæ*) studium includebat : quæ quidem, antiquorum auctorum lectis et comparatis versionibus impressis, nec non probatis ac velut *classicis* Gallicis scriptoribus, PASCAL, RACINE, DESPÉEAUX, BOSSUET, FÉNELON etc, uti et puro ac docto *usu*, meliùs fortè et rectiùs, utpotè *vulgaris,* quam *grammaticarum* ope, ediscebatur.

Quibus addi debent à *tertiâ* classe usque *ad rhetoricam, exercitia publica,* in quibus, unus vel duo discipuli, comitante et dirigente classis professore, præsentibus aliis magistris, præside gymnasiarchâ, collegii *principali*, coram electo audientium cœtu, super iis quæ anni curriculo edoctus fuerat, per duas aut tres horas respondebant.

Nulli artis *delineatoriæ, picturæ, musicæ, saltationis, gymnasticæ,* magistri; quippè quæ alterius generis, et sensibus ac imaginationi solummodò loquentes. Enim verò quid hæc ad *moralem, politicam, civilem* institutionem? juvenes 16, 17 annorum, ad mundum corpore aptos, animo imbelles, nullius firmi aut difficilis, ardui propositi, quod improbum laborem;

„ le mot cherché. Celui qui dans sa *version* trouve le mot *obedire*, a un mot sans „ idée, ou plutôt un son; et le dictionnaire *latin-françois* lui donne *obéir* pour „ l'idée qu'il cherchoit, et qui correspond à ce son : en sorte que le dictionnaire „ est pour l'un un recueil d'idées, et pour l'autre un recueil de mots. Ce double „ exercice est également utile à l'acquisition des mots, et au développement des „ idées, motif pour lequel il étoit pratiqué dans l'ancien système d'éducation, „ et ne peut être remplacé par aucun autre. L'enfant qui annonce le plus d'esprit, „ c'est-à-dire de facilité à développer ses idées et à en saisir les rapports, doit „ donc réussir dans la *version* mieux que dans le *thème;* et c'est aussi ce qui „ arrive presque toujours. " *Essai analytique sur les lois naturelles de l'ordre social* „ (1800); *Dissertat. p.* 222, 223.

Digitized by Google

vastam aut profundam scientiam requirat, capaces, exhibent: indè *senes-juvenes.*

In *logicâ*, primâ *philosophiæ classi*, ars ratiocinandi, et quantùm quindecim aut sexdecim annos natus *metaphysicæ* intelligere potest, *Latino* simul et *Gallico* sermone tradebatur: si autem criticus *metaphysicam* aliquam cognoscit haud *obscuram* (quod cum scientiæ profundè sublimis, et verè utilis reverentiâ dictum), gaudeat benè natus!

Pari modo, in secundâ *philosophiæ classi*, *physicâ*, virium, motûs principia et leges, *mechanicam*, elementa *mathematica* celeberrimorum philosophorum, CARTESII, NEWTONI systemata, *gallicè* autem sub peculiari professore, supputationem, *calculum differentialem*, æquationes 2.ⁱ gradûs, sectiones conicas, artem *ichnographicam*, praxi, in areâ, campo elucidatam, etc.; omnia ætati, quantùm fieri poterat, proportionata, juvenes edocebantur: nec non principia anathomiæ, chimiæ, experimentis (de *Quatuor nationum* collegio *Mazarinæo* loquor) à selectis *demonstratoribus* factis, instructa.

Fatendum tamen ibi inauditos *cursus* theatrales, quibus spectatoribus, auditoribus, maribus et feminis, juvenibus et senibus, statâ pecuniâ, duodecim lectionum spatio artem quamcunque demonstrare dicitur scitus operator. Magistri veram peritiam postulat puerorum, juvenum institutio, non solertem agyrtæ ludum.

In *collegio Franciæ* (*regio*), scholis *juris*, *medicinæ*, *chirurgiæ*, in horto *plantarum* regio, juvenibus, à 17.°, 18.° anno et suprà, litterarum, scientiarum et artium magis perfecta, ardua, abstrusiora explicabantur; linguæ Orientales, *Hebraica*, *Syriaca*, *Arabica*, ediscebantur; *anatomiæ*, *botanicæ*, *mineralogiæ*, *metallurgiæ*, *zoologiæ* principia, et, rebus ipsis, ob oculos positis, tradebantur demonstrationes.

Digitized by Google

Institutio puerorum propriè dicta; *facultatem artium*, è quâ solùm, profectò abusu, RECTOR sumebatur, spectabat : quod altius, difficilius, *facultates theologiæ, juris, medicinæ, collegium regium*, cuncta, sub universitatis regimine; et *hortum regium*, domûs regiæ ministro subjectum.

Nunc dicat an *insufficiens* appellari queat ejus modi institutio, æquus rerum æstimator.

« Ajoutez que cette éducation, pergit redactor, dirigée pres-
« que partout par des prêtres, sembloit avoir pour but principal
« de faire des moines, des abbés, des dévots, mais non des
« citoyens. Elle n'est donc pas à regretter. »

Quasi idem homo *monachus, abbas, religiosus, pius* simul et *civis* esse nequeat? Præcipua recentis institutionis pars [1], terrâ marique bellatores formare satagit, id est, homines, generis humani si non hostes, saltem destructionis instrumentis, arte directis semper armatos, longè dissitis et vicinis regionibus æquè metuendos. Civiumne ideò nomen magistris ac discipulis denegabitur?

Quamvis in collegiis relligionis principia exposita fuissent, quid mali, aut potiùs quid non boni indè oriundum? quòd si boni regiminis tutamen prisca institutio fuerit, probis certè in desiderio esse debet. Suprà (*Annotat. p.* 519), juxtà philosophum ac verè politicum (CICERONEM) vidimus, *pietate adversùs Deos* sublatâ, *fidem, societatem* humani generis, *justitiam* tolli.

Quo societas ut basi innititur, nimisne citò mentibus inseri potest?

At verò, in universitatis Parisiensis collegiis pensionarii quidem privatim catechismis, collationibus, relligione, non autem externi tyrones in scholis à professoribus erudiebantur.

1. *Rapport sur la situation de l'école* POLYTECHNIQUE, *présenté au Ministre de l'intérieur, par le conseil de perfectionnement établi en exécution de la loi du 25 frimaire, an VIII, en floréal, an IX* (*juin* 1801): opus didacticum et lucidum.

Digitized by Google

Classis exercitium prece ad supremum bonorum operum auctorem et remuneratorem incipiebat, uti par est, et finiebat. Manè sacro omnes in collegii sacello aderant; quotannis pridiè festa solemnia, de festo aut morali relligiosâ semi horæ sermo, *exhortatio* dictus. Pueri anteà vel à parentibus, vel à privatis magistris, vel ab ecclesiasticis parochiæ ministris relligionis principia accepisse, ei informati censebantur. In solis *theologiæ* scholis juvenibus superioris gradûs hac de materiâ fiebant prælectiones; at, dolendum! *Romanarum constitutionum* lue, sæpiùs jejunæ, quin, in punctis maximi momenti, conciliis, patribus, veteribus theologis adversantes; *corpore* tamen, si dici potest, *relligionis*, continuâ traditionis serie, intacto semper et integro.

« Les écoles centrales ont besoin d'être perfectionnées.

« Les écoles primaires, bien plus nécessaires encore, existent à « peine; il faudroit pour ainsi dire les créer.

« On pourroit établir des écoles *intermédiaires* entre les écoles « primaires et celles centrales; et tel a été le projet du ministre « lui-même.

« Mais revenir tout simplement à ces colléges, dont *Molière* « dit ironiquement, et comme une contre-vérité : *vivent les « colléges d'où l'on sort si savant!* .... ce seroit rendre un « médiocre service à la génération qui s'élève. »

In re minimè ludicrâ ludere est, comicum adducere contrà institutionem, undè tot præstantes orti magistratus, administratores, politici, bellatores, duces, omnium scientiarum, artium utilium, agriculturæ, opificiorum manu elaboratorum, commercii, rei navalis excultores et perfectores, celebres noti professores ac magistri ROLLIN, GIBERT, CREVIER, LEBEAU, LACAILLE etc. Si quid in *revolutione* boni (sit dicto venia), ibi haustum, indà depromptum, at adulteratum.

Digitized by Google

Infantem matrem suam infamare, verberare, atrox; occidisse, infandum, parricidium.

Universitati fortè exprobranda corruptio, temporum perversitate, *philosophismi* et *franc-maçonismi* peste, corpori sano et eximio, verùm senescenti, injecta; scilicet, pristinæ disciplinæ, severitatis, gravitatis, simplicitatis debilitatio, oblivio, animos à solitâ contentione relaxans, desidies (uti magno cathedralis ecclesiæ *Cantori*, à quo pendebant inferioris gradûs *urbani* institutores [*maîtres de pension*] debilior, ignavior inspectio), lusus, cultus justo mundior, convivia, frequentes nimis vacationes : verùm, etiam cum istis defectibus, optimum semper fuit et adhuc foret venerandum illud corpus, si caput idoneum inveniretur, institutionis moralis et politicæ incunabulum et fomes.

III.

1.° Ubi de informandis et erudiendis pueris agitur, non præcipuè id quod edocetur considerandum; sed tenera eorum mens quasi terra *virgo* altiùs nocturnâ et diurnâ manu versanda, semen, pro soli naturâ, et fecundantem aquam, quoad fructus ferre queat, spargendo : ut, eo modo, animus continuò excitatus, exercitatus, ad difficilia, momentosa, quæ anno 18.°, 19.° etc. ediscere necessum erit, aptior reddatur, inveniatur.

2.° In primis autem ipsorum magistrorum institutio, quâ rectè perfectâ, puerorum facilis evadit, attendenda.

Utrumque in universitatis regimine. Studium fixum, uniforme, perpetuum, et, ut ad æmulationem, animos addendo, creandam, par est, *asperiusculum*, communem superans puerorum captum.

Diversi magistrorum gradus : *baccalaurei*, *licentiati*, *doctores*, *professores*, sub quibus inferiores pædagogi, omnes ordine succedentes; *sub-magistri* isti, electione aut concursu primùm nominati, quorum mores, facultates, ingenia, doctrina, primoribus

Digitized by Google

inquisitione cognita, certum et probatum parentibus, administrationi, *documenti* institutum offerebant.

IV.

Quidquid mussitet [1] antiqua ædificia diruendi, et ne diruta exsurgant impediendi, cæca et pertinax libido, ad præsentis, si eam nominare fas est, et futurarum generationum commodum, et veram, licet non omnimodam, quod impossibile, utilitatem, ut ministri CHAPTAL sollicitudo, curæ, quæstiones UNIVERSITA-

1. *Observations sur le système actuel d'instruction publique; par le Cit.* DESTUTT-TRACY, *membre du Sénat-conservateur, et membre associé de l'Institut national* (1801), *p.* 14; *Moniteur*, 21 *thermid. an IX* (1801), *pag.* 1326, *Prytan. Franç.* „ On remarque „ depuis quelques années que ces distributions de prix des colléges, qui autrefois „ n'excitoient qu'un foible intérêt, sont suivies aujourd'hui avec plaisir par les „ citoyens de toutes les conditions. L'attention que le gouvernement apporte à „ l'instruction publique, les méthodes d'enseignement qui se perfectionnent, et „ l'instruction mise plus à la portée des besoins de la société; les progrès plus „ marqués des élèves dans plusieurs parties d'enseignement de première nécessité, „ telles que la langue françoise, la géographie, l'histoire, les mathématiques, le „ dessin etc., ont opéré ce changement. On s'est intéressé à des études dont les „ résultats sont évidemment utiles, et qui sont avouées par l'opinion et l'assen- „ timent des sages pères de famille. "

1.° Qui hæc scripsit, universitatis Parisiensis, inprimis collegii Masarinæi, præmiorum distributioni non adfuit. Celebrem illum et augustum, quotannis, in magnâ *Mathurinorum* aulâ (MONIT. 11 *fruct. an IX*, *p.* 407, *col.* 3, INSTRUCT. PUBL.), conventum, ubi, post generales collegiorum universitatis *compositiones*, supremâ curiâ præsente, ipse primus præses, primum præmium, illustrissimorum, omnium civium concursu et plausu, propriâ manu conferebat, in memoriâ non habuit.

2.° Debilem Oratorii, S. Genovefæ, provinciarum collegiorum institutionem referunt disciplinæ et artes quarum in diario mentio fit. Nihil de linguâ Latinâ, Græcâ, nihil de veterum illorum auctorum studio, qui, post viginti sæcula, omnium scientiarum fontes adhuc nobis reserunt. In medium adducitur *opinio*, sapientum patrum-familias *assensus*: et ista est opinio, è revolutionis caligine orta; iste est non avorum sed patrum, rerum, temporum influxu, obcæcatorum, assensus, quem, si futuræ generationi benè consulere volunt, emendare, et citò, operæ prætium est.

Severiorem disciplinam, hominem totum occupantem, et à *societatis* illecebris, desidie, ludicris arcentem, reformidant novi magistri, institutores.

Digitized by Google

TUM et COLLEGIORUM, abusibus abrogatis, *simpliciter* instaurationem adducant, exoptandum.

Almæ *universatis Parisiensis* alumno, matrem pio amore, desiderio prosequi liceat; viatori, mundo perlustrato, tutam patriæ tramitam indicare; seni, si dicere fas est, experientiâ docto, votis ardentibus et ad Deum precibus, solum qui contribulibus suis conveniat, institutionis modum invocare.

In hoc sincero cordis affectu, *fiduciam directori, cum veritatis probatione*, agnoscent, eique applaudent Indi Brahmanes, præsertim τῶν *Pandetan* urbis *Benarès* discipuli.

Pag. 122, *lin.* 21-23 : et patientem esse .... lætam .... liberalem .... actiones super seipsum faciliter capere.

Patientia mala cujuscunque generis, corpus vel animam spectantia, includit, proindè, injurias, bonorum jacturam etiam famæ, animi labores, sollicitudines. Undè autem de toleratâ lubenter, cum gaudio, etiam cum beneficentiâ, ut potis est; paupertate gloriaretur Stoicus vel Europæus, vel Indus, cùm sic sonet Epicureus poeta :

[1] *Non possidentem multa, vocaveris*
Rectè beatum : rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti,
DURAMQUE CALLET PAUPERIEM PATI,
Pejusque letho flagitium timet :
Non ille pro caris amicis,
Pro patriâ timidus perire.

Duram pauperiem, eam videlicet quæ corpus angustiâ, et animum angit ridiculo. Verè beatus, semper dives, qui, re deficiente, defectum, non supplere, sed ferre scit viriliter :

---

1. HORAT. *Odar. lib. IV; od.* 9.

Digitized by Google

Nil habet infelix paupertas DURIUS *in se,*
Quàm quòd ridiculos homines facit [1].

Non hîc agitur de modesto corporis habitu, simplici sed sufficienti vestitu, cultu, habitatione, cibo, quæ luxurianti opum abusui opponat, vir sapiens parvo contentus.

Mirum autem in hoc convenire, scripta tam diverso spiritu composita. Librum *de imitatione Christi*, istâ de re audiamus.

[2] *Fili* (inquit Dominus), *nunc docebo te viam pacis, et veræ libertatis. Fac, Domine, quod dicis, quia hoc mihi gratum est audire.*

Stude, fili, alterius potiùs facere voluntatem, quàm tuam.

Elige semper minus, quàm plus habere.

Quære semper inferiorem locum, et omnibus subesse.

Opta semper et ora, ut voluntas Dei integrè in te fiat.

Ecce talis homo ingreditur fines pacis et quietis.

Hausto è rivulo veritatis potu divinum ipsum fontem adeamus.

Beati, ait JESUS [3] *pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

---

1. JUVENALIS; Satyr. *lib. I*, v. 462, 463.

2. *Lib.* 3, *cap.* 23 (1727), *p.* 195.

3. μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

μακάριοι οἱ πραεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν· μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.

μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται.

μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιωσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· MATTH. *V*, 3-11.

Digitized by Google

Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam conseqûentur.

Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam : quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Observandum autem non ex abjecto vecordis, ignavæ mentis, alii plerumque quæstûs causâ servientis affectu, humilitatem, mansuetudinem, subjectum animum præcipi, sed ex verâ et demissâ de se adversùs Deum et homines ejus vicem, imaginem gerentes, opinione.

Quàm longè distat à divini præceptoris normâ hujus temporis Christianorum vitæ consuetudo! ludo, spectaculis, gulâ, nimio vestium, habitationum luxu, prohibito commercio, et id genus apertis vitiis, criminibus abstinent, plurimùm, satis pro Deo se fecisse rati : corpori verò, sensibus, genio in omnibus ut dicunt *permissis*, indulgent; sub conditionis, statûs obtentu, necessarium quod lubet arbitrati; præsertim ne propriæ necis aut dementiæ causa ipsi sibi evadant. Et sic commodè, molliter quidam, lautè, opiparè; hoc modo pauperes, opifices alunt; superfluum impendunt : nihil omninò in hoc mundo perpessi, ad æternam quietem, beatitatem, in altero, iis qui *piè in Christo Jesu vixerunt* paratam, se perventuros, cæci, confidunt.

Pag. 123, *lin.* 2, 3, 5, 6, 7 : Trium qualitatum .... crassum et subtile ... opera ejus omne evanidum ... tribus mundis ....

Id est, isti *maschghoul*, meditanti, omne in naturâ ad nihilum reducitur, unus *átma* redditum.

Opera evanida : scilicet, nec mali, nec boni mentio, ratio; Ente supremo solo præsente hominem totum possidente.

Sic magister ad MARTHAM, ad eum dignè recipiendum multùm laborantem : bonum opus, procul dubio! dùm MARIA [1], *sedens*

1. ἡ καὶ παραϰαθίσασα παρὰ τὰς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ...

Digitized by Google

secùs pedes Domini, audiebat verbum illius, et de sorore nihil agente, quærentem :

Martha, Martha, sollicita es et turbaris ergà plurima. Porrò unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.

Pag. 123, *lin.* 9, 27, 28; *pag.* 124, *lin.* 1, 5, 9, 10, 14, 20 : Id (*en*)*s* est primum ... (*beatitudo*) ... et id dominus ... justâ temperatione ... non ... productum ... (*per lumina*) ... non est.

Rursùs Entis supremi, omne spirituale, simul et omne apparens seu materiale, complexa descriptio. Tribus qualitatibus, temporibus, superius dicitur. Nihil producit, à nullo producitur, per lumina diversi generis sese manifestat.

Lin. 23 : Dans ductum (*gratiam efficacem*) operis meritorii est (*dehendeh tofik tsavab ast*).

Iterata super gratiæ operum meritoriorum dono, observatione digna declaratio : meritum semper cum operatione efficaci conjunctum supponitur.

Pag. 124, *lin. penultimâ*; *pag.* 125, *lin.* 4 : Quemadmodùm aranea .... (*residet*).

Suprà (*T. I, N.° LXXX, p.* 377), ut hîc, rerum productio et destructio, exemplo araneæ fila sua (ex parte Entis supremi, *filum justæ temperationis triùm qualitatum*) è se educentis, super se convolventis, explicatur. Nullum ergò dubium quin Indorum emanatio extensivâ, nihil extrà, absolutè, separatum, exertum, sed fila tantummodò producta, retracta, formas è subjecto exeuntes, in illud rursùs ingredientes, id est, unicam substantiam accidentibus, modis, variatam ostendat.

Μάρθα Μάρθα, μεριμνᾶς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία : Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. Luc. X, 39-42.

Digitized by Google

Pag. 125, *lin.* 23, 26, 27, *penultim. ultimâ* : non lumen solis... è lumine ejus lumen sunt ... *djiw átmaï* ... calor naturalis ...

Entis primi lumen, astrorum, luminis opifex, quasi Deum summum referens. *Estote ergò vos perfecti*, inquit CHRISTUS [1], *sicut et pater vester cœlestis perfectus est.* Idem ens, in homine, in aquâ, calor naturalis; proindè, in aliis elementis, vitam cunctis (*djiw átma*) inserens.

Pag. 126, *lin.* 4, *ultimâ* : Ipsum illud .... sine cessatione est,

Semper Entis supremi essentiæ expositio, unicam, in rerum universitate, cum qualitatibus oppositis, præbens substantiam.

Ibid. lin. 14, 15; *pag.* 127, *lin.* 3 : qualitas ejus forma *dzat* (*entis*) ejus est .... purum est.

Quo significatur, qualitatem, et formam, et ens unum esse, sicut suprà (*p.* 124). Undè liquet accidens et substantiam, modificationem et modificatum, producens et productum, etiam unum esse; sicut, cùm accensus est ignis, usti ligni cinere remoto, ignis sine fumo, purus, apparet, restat.

Pag. 127, *l.* 11; quatuor modi *tẽ sanias* (*tschahar ttarik sanias*).

Fortè rectiùs, duo modi *tẽ sanias;* scilicet, quorum infrà (*N.° CXLIV, p.* 279, 285) descriptio. Homo istos gradus prætergressus, *pram hens,* magna anima, seu *pram átma,* ipsum Ens supremum, unicum, dicitur. Hæc est perfectionis consummatio.

In margine, dele : *suprà, N.° LXXII, p.* 368, 369.

Lin. 18, 20 : Sed cordi cujuscunque .... cum filio ...

Iteratum, hoc *Oupnek'hat,* verè *secretum magnum tegendum,* Entis supremi unicitatem, rerum universitatis in eo confusionem docens, nonnisi puro et sincero corde præditis, cognitum tradendi, præceptum : quâ scientiâ, perfectâ in Ens-Lumen pietate,

1. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι ὥσπες ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστὶ. MATTH. *V*, 48.

Digitized by Google

et directori fiduciâ, comitante, homo *Brahman* magnus evadit, felicitatis culmen attingit.

OUPNEK'HAT 14.um, PORSCH.

N.° CXII.

Pag. 128, *lin.* 2, 4, 5 : *Porsch .... id est .... quæstio et responsum multum est.*

Suprà (*T. I*, N.^a^ *XXVII*, *XXXI*, *p.* 155, 181), data est vocabuli *porsch* definitio. Hîc è Persico *poursidan*, petere, interrogare, quærere, deduci videtur, verbis, *quæstio et responsum* etc. : quod verisimiliter translatoris Persici commentarium.

Lin. 6, 7 : *Soukba*, natus τῆ *Bhardoadj .... khindhi.*

Aolad Bhardouadj, nati, proles τῆ *Bhardouadj*; ad *Soukba* et fortè sequentes pertinet.

Ejusdem ætatis semper sunt, quæ in scenam adducuntur personæ; quod sacrorum librorum, *Athrban Beid* etc., antiquitatem de novo adstruit.

Lin. 11 : sine τῷ (per) annum manducatu.

Id est, nihil ferè comedens, solâ aquâ et foliorum succo contentus; quod sub sole fervido, istis regionibus non adeò rarum.

Mirum est, autem, quandò corpori duribus laboribus haud occupato, anima imperare consuevit, quàm pauco vivi possit; scilicet, tantillo lacte, vel caseo, aquâ et grano, vel pane. Nec indè mens debilior. Imò vaporibus quæ è stomacho crassiori cibo laborante, sursùm assurgunt (*suprà*, *T. I*, *Annotat. p.* 516), capite libero, ad quæque, etiam difficillima se convertere, animum addicere, sublimiora concipere, longâ etiam et serenâ, vividâ frui attentione, meditatione homo poterit suî ipsius absolutè compos. Si qua initio difficultas, usu et firmâ, constanti praxi, brevi anima plenum tenebit imperium.

Digitized by Google

Verùm, mera, *ventri deditis*, somnia; præsertim ubi solis corporis viribus, ut in revolutionum, motuum temporibus, exertis, solus eas cibi varietate et copiâ reficiendi modus cognoscitur.

Omnibus imperare volunt; sibi ipsis, frustulo carnis, cras vermium cibo, imperare nesciunt!

Miser, at quàm multus, qui sensibus et præsenti momento vivit! felix, at quàm rarus, qui animæ, et in æternum!

Pag. 128, *lin.* 20, 21 : et mortificationem agatis .... derelictionem omnium voluptatum ....

Nihil, vel saltem pauxillulum comedere, à voluptatibus *abstinere*, absolutæ mortificationi se tradere, ad *rē Brahm* naturam intelligendum via.

Alterum libri *de imitatione Christi* locum hìc dare liceat, istam doctrinam enucleantem. *Oportet igitur*, inquit discipulus [1], *omnem supertransire creaturam, et seipsum perfectè deserere, ac in excessu mentis stare, et videre, te omnium conditorem cum creaturis nihil simile habere.*

Et nisi quis ab omnibus creaturis fuerit expeditus, non poterit liberè intendere divinis ....

Plures reperiuntur contemplationem desiderare : sed quæ ad eam requiruntur, non student exercere.

Est magnum impedimentum, quia in signis et sensibilibus rebus statur, et parùm de perfectâ mortificatione habetur.

Pag. 129, *lin.* 10, 13, 14, 15, 20, 24, 25, *penult.*; *pag.* 130, *lin.* 12, 28; *pag.* 131, *lin.* 8 : *Pradjapat .... maschghouli .... soum, ... pran .... aftab ....* edens omne *aftab* (*sol*) ..... edulium *mah* (*luna*) ..... ex oriente ..... *Beischvanr .... Haranguerbehah ....* annus ....

Vide suprà, *T. I*, N.° LXXI, *p.* 333, 334.

1. *Lib.* 3, *cap.* 31, *p.* 216, 217.

Digitized by Google

Rerum productio per elementa novo modo exponitur.

Maschghouli in præcipuis 2.[1] ordinis agentibus, *Haranguerbehah* (*suprà T. I, N.° XXIV, p.* 122, 125), etiam in primo, supremo agente, ente (*infrà, N.° CXVIII, p.* 157), est suî ipsius, sui operis, ejus finis, cum ratione ad ens superius, si de secundariis agentibus quæstio sit; ad seipsum, ut unicum omnium fontem, si de primo ente, et simul in opere complacentiâ, licet ejus nullitas probè cognoscatur, attenta cónsideratio, meditatio.

Subjectum est aqua vitæ [1], undè sperma, semen genitale, omnia animantia in *soum*, lunâ, contenta.

Agens *pran* est, spiritus vadens et rediens, halitus, cuilibet enti vitam, motum dans; qui quidem solem et ignem continet.

Ex duobus istis principiis omnes productiones.

Hic *pran*, sol, ignis, comedens dicitur; luna, et ex eâ producta, edulium : id est, primus omnia tùm absorbet, consumit, tùm vivificat, et iis major, vividior efficitur; idem *pran*, sol, ignis, halitus, entia concoquit, intelligens, lux, immensitas, spatium, calor, orbis figura, tempus : secunda, luna, ejus perfectioni, actioni inservit; et etiam (*p.* 131, *lin.* 22, 23) operum merces in orbe lunæ obtinetur.

Hæc omnia, è *Pradjapat*, qui et *Haranguerbehah* est, scilicet ex elementis compositis et non compositis, undè mundus totus, oriuntur.

Allegorico isto loquendi genere entia sensibilia ex aquâ et igne, seu aere, spiritu, duplici motu, actionis et reactionis, prædito, originem ducere satis planè edocetur.

Hîc iterùm cum *τῷ soum, τῦ pran* mentio fit; quo nova lux in locum (*suprà, T. I, N.° XXIII, p.* 118) sat obscurum lumen quoddam suffunditur. Pravus *pran* per *kia soum* pulsus, erit,

1. *Ab hiat, ab khiat.* Fortè, *ab kia, guia*, aqua herbæ, relativè ad *Bel.*

Digitized by Google

dùm pravum spiritum, halitum, mala entium organicorum, ex aere habita, aqua vitæ, rectus humorum fluxus, æquilibrium, pellit, valetudo restituta.

Pag. 130, *lin. ultimâ : djat dida;* id est, sciens et intelligens omne.

Samskreticè, *Jyaoütischaha,* astrologia.

Pag. 131, *lin.* 11, 15, *penultimâ :* duæ viæ ... cum lunâ .... quòd sol ....

Qui opera bona, solo Dei, non mercedis intuitu, exequitur, ad orbem perfectiorem, et agens (*mokel*), perfectius, viâ lucis (*T. I, Annotat. p.* 555) pergit; qui autem mercedem in oculis habet, ad minùs perfectum, viâ tenebrarum.

Pag. 132, *not.* 1, *lin.* 2; adde : vide suprà, *T. I, Annotat. p.* 612.

Pag. 133, *lin.* 1, 8 : *Pradjapat* .... mundo animarum habet.

Suprà (*T. I, N.° XXV, p.* 146): Luna, *tè Pradjapat* forma dicitur.

Quod hìc de eodem sidere, 15 defectûs diebus, in mundo animarum vultum habente narratur, relligiosam reverentiam Indo ultimâ lunæ die, animarum causâ præscriptam, confirmat et elucidat.

Lin. 15, 18, 22; *pag.* 134, *lin.* 3, 13, 17, 24; *pag.* 135, *lin.* 1, 21; *p.* 135, *lin.* 3 : Dies, quòd edens *est* .... nocte cum uxore .... alimentum (*nox*) .... nocte .... is propter voluptatem .... sanguis *tè Brahmni* .... filius simul provenit .... uxor ex alimento .... si mulier .... *Bramtscheradj* est.

Eadem allegoria continuatur. Sol, *pran,* edens : proindè, dies edens, *pran* est; et nox, luna, solis edulium. Indè ratione ad copulationis ordinem, effectum præcepta.

Sperma ad lunam, et sic ad noctem pertinet; indè nocte com-

Digitized by Google

mercium cum uxore habendum. Noctes quoque mense indicantur; una, ad minus, quod mortificatio, *riazzat*, actus relligiosus, *devotionis* est; omissio, maximum crimen. Verùm, quod attendendum, *propter voluptatem, Indus, hanc actionem non facit, quin imò cum mandato Dei, cum proposito τῦ productum facere filium, illam actionem facit.* (*Ou az baraï lezat in kar namikonad balkeh be hokm khoda bekasd paeda kardan farzand inkar mikonad*).

Forsitan in nullâ aliâ relligione humanâ, aut theologiâ philosophicâ, verum et solum legitimum actionis carnalis scopum, planè, præcisè eo modo expositum invenerint.

Quibus noctibus filius, vel filia, quâ occasione *natus impotens* et hermaphrodytus gignentur, vel solummodò mola procreetur; quæ in primo casu jussa uxori dicta, his verbis Persicè declaratur :

O dar djaï diguer Beid madzkour ast ke schab schaschom ke eptedaï heiss ast o schab dehom o schab douazdehom o schab tschahardehom o schab schanzdehom ke schabhaï djoft ast agar peisch zan beravad peser bahammirasad o schab pandjom ke schab awel paki heiss ast o schab haftom o nohom o iazdehom o sizdehom o panzdehom agar bezan ssohabat bedarad dokhter motavallad mischavad o mokarrer ast ke dar in aïam dar schabhaï ke peser motavallad mischavad baïad ke zan az ghedaï meaatad tschizi kam bekhorad ke az kam khordan gheda nottfeh zan kam mischavad o nottfeh mard ke ziadeh baschad peser motavallad mikardad agar dar schabhaï ke mokarrar ast ke peser schavad o zan tschiz betsiar khordeh baschad tschoun nottfeh zan ziadeh az nottfeh mard djamee mischavad an peser ssourat o sirat zananeh baham mirasanad ve agar dar schabhaï ke paedaesch dokhter dar zan mokarrer

Digitized by Google

ast o nottfeh mard ziadah baschad az nottfeh zan dokhter paedah schavad keh ssourat o sirat mardaneh daschtah baschad ve agar har dou nottfeh dar schabhaï ttak ke mokarrer ast dokhter schavad ïa schabhaï djoft ke mokarrer ast peser schavad beraber baschad farzand kheir o mekhenats schavad agar dar schabhaï djoft ast mekhenats mard noma ve agar dar schabhaï ttak ast mekhenats zan noma schavad ve agar zan dar aïami ke schabhaï djoft beraï peser schodan mokarrer schodeh o schabhaï ttak beraï dokhter schodan mokarrer gaschteh biánkeh schoher baou ssohabat bedarad dar khab behbinad ke baschoher khod ssohabat daschtah baschad ve anzal schodeh ast agar ahianah zanra schekem bemanad o bezaïad partscheh goscht bidjani paeda schavad ve agar nazaïad dar schekem mimanad o schekem ou beland mischavad ta án partscheh goscht az schekem án zan bedarnaïaiad farzand diguer nazaïad.

Infrà, N.° CXXXVI, p. 235.

Indicam filiorum vel filiarum procreandorum artem deridebunt Europæi anatomici, physiologi, qui tamen opera in eandem rationem scripta seriò legunt. Hac de re audiamus diarium *Défens. de la patr.* 5 *pluv. an* 9 (1801), *feuillet p.* 2.

« Le citoyen MILLOT, inquit redactor, très-connu par la pra-
« tique des accouchemens, dans son ouvrage qui a pour titre,
« *l'art de créer les sexes à volonté* (1801), remonte à l'ori-
« gine de la création humaine. Il prouve que le système des
« *ovaires*, connu dès la fin du septième siècle, et adopté pres-
« que généralement dans le huitième, est le seul sur lequel
« on puisse baser la science de la génération, malgré l'opi-
« nion des plus célèbres naturalistes, qui ont voulu le ren-
« verser.

« Par ce système il explique les différens mystères de la *géné-*
« *ration*; ce qui ne peut avoir lieu par aucun des autres. Après

Digitized by Google

« avoir soulevé le voile dont la nature enveloppe le mystère de « la *fécondation*, il analyse les systèmes qui ont été publiés « avant le sien ; il fait connoître par où ils pèchent ; il prouve « que dans les *ovaires* sont les vésicules des œufs, qui contien- « nent les rudimens de la créature ; et, par la fécondation, il « démontre que les *sexes sont séparément établis dans ces œufs*, « qu'ils préexistent avant la *fécondation* ; que conséquemment il « n'y aura jamais d'*hermaphrodytes*, et que *ce n'est pas l'homme* « qui procure les sexes, comme le croient les auteurs qui l'ont « précédé [1].

« Le citoyen *Millot*, après avoir pris connoissance de tout « ce qui a été écrit sur cette matière chez une partie des « nations étrangères, ainsi que chez la nôtre, depuis 1100 ans, « rapporte les observations de ces auteurs : il appuie son senti- « ment de ceux des hommes célèbres qui ont traité les mêmes « objets que lui, et dans les cas où la nouveauté lui est réservée, « il prouve la force de son opinion par les opérations de la « nature.

« Enfin, par des recherches et observations sur les *ovaires*, « ce citoyen s'est convaincu que la génération cesse d'être [pour « les hommes qui voudront s'instruire] un métier d'aveugle, et « que *l'homme peut procréer le sexe qu'il désire* [2]. »

Huic operi alterum jungendum, scilicet, *Essai sur la* MÉGALANTHROPOGÉNÉSIE, *ou l'art de faire des enfans d'esprit, qui deviennent de grands hommes; suivi des traits physionomoniques*

---

1. LEIBNITZ; *Theodic. T.* 2, *causa Dei asserta* etc. *p.* 363.

2. Vide super generatione, *Tables anatomiq. de* CULM (1734), 26.e *tab. not. p.* 200-202. — *Dissertation sur la génération, sur les animalcules spermatiques et sur ceux d'infusion etc. trad. de l'allemand, par M. le Baron de* GLEICHEN. *Par. an* 7 (1798), *p.* 57, 69 *etc.*

Digitized by Google

propres à les faire reconnoître, décrits par LAVATER, *et du meilleur mode de génération; dedié* aux membres de l'institut national de France, par ROBERT le jeune (des Basses Alpes), avec cette épigraphe : *les esprits superficiels de mon siècle m'appelleront peut-être fou; mais je n'ambitionne de recueillir dans la posterité que la voix du sage.*

Sic quisque palmam arripit. *Journ. des défens. de la patrie,* 18 *vendém. an* 10 (10 *octob.* 1801 *feuillet*).

« Ainsi, ait diariarius, dans la même année, la France aura « vu sortir de ses presses deux ouvrages à titres plaisans, etc., « celui *de procréer les sexes à volonté,* et celui etc. » Titulos, risum moventes, auctores suam opinionem seriò et bonâ fide proponere supponens, arguit redactor; tùm addit :

« Le système du citoyen *Robert* repose sur l'expérience du « bon ou mauvais résultat des *croisemens de races.* Il en induit « qu'avec une attention rigoureuse, elles se perfectionnent : il veut « donc que l'on allie constamment l'esprit à la beauté; il indi- « que le mode à suivre, les précautions à prendre, les signes « auxquels on peut reconnoître les sujets que l'on doit unir, et la « science de *Lavater* [1] le guide dans cette espèce de reconnois- « sance. »

1. *Essai sur la physiognomonie, destiné à faire connoître l'homme et à le faire aimer, par Jean-Gasp.* LAVATER (1781-1786), 3 *vol. in-4.° fig.* „ Voulez-vous, inquit M. „ CAMBRY (*Voyage pittoresque en Suisse et en Italie, par le cit. Cambry, Préfet du „ département de l'Oise* [1801], *extr. du* MONITEUR, 8 *fruct. an* 9, *p.* 1393), „ entendre le physionomane LAVATER, et presque recueillir les aveux de ses „ méditations instructives .....

„ Il s'occupoit alors (quo tempore eum viator adiit) d'un instrument propre à „ mesurer exactement, physiquement, l'intelligence humaine. Voici ses aperçus, „ ses raisonnemens et ses moyens. La physionomie de l'esprit, de tous les esprits, „ doit être entre celle d'un Dieu, et celle du plus stupide des animaux. Le plus „ stupide des animaux est la carpe; la plus belle des têtes est celle de *J. C*, peinte „ par *Raphaël.*

Digitized by Google

A vituperio et laude abstinet diariarius : experimento rem tradit. « Quant au style, inquit, la citation suivante donnera une « idée de la manière dont cet ouvrage est écrit :

„ La grandeur de la bouche et le rapprochement des yeux sont les traits mar-
„ quans chez la carpe. Prenons donc avec un instrument, un double compas
„ appliqué sur l'extrémité du nez, les angles formés par les yeux et la bouche
„ de la carpe, et nous aurons les angles de la *stupidité*.

„ Appliquons le même instrument, suivons le même procédé, sur la tête de
„ *J. C.*, et nous aurons les angles du *génie*.

„ Tous les milieux sont entre les deux extrêmes.

„ Nous pouvons donc par lignes, demi-lignes, centièmes de lignes, établir
„ avec la dernière précision, la grandeur, les rapports, la foiblesse d'intelligence
„ que l'Éternel dispense à chaque individu.

„ C'est d'après ce calcul *profond* que *Lavater* a fait graver une tête de *grenouille*,
„ dont les gros yeux, la large bouche, et le front plat, sont la forme de la *bêtise*.
„ Par quelques légers changemens, en rentrant les yeux et élevant le front, en
„ rapprochant les extrémités de la bouche, il passe au second numéro. En con-
„ tinuant ce travail singulier, il reproduit enfin sa tête chérie, emblème de la
„ beauté, de la vertu, de la conception céleste, la tête enfin de *J. C.*, à la dou-
„ zième métamorphose. Je possède, inquit D. *Cambry*, un exemplaire de cette
„ gravure originale. "

MONITEUR, 4.e *jour complém. an* 9, *p.* 1502, *au rédacteur*, *sur cet article.*

„ J'ai parfaitement retenu, inquit D. BOTTIN, toutes les circonstances d'une
„ conversation que j'ai eue avec ce dernier (LAVATER), quelques mois avant
„ sa mort; et je sais que, dans ce moment, il paroissoit peu disposé à s'enthou-
„ siasmer de cette production assez étonnante (son ouvrage principal, ou système
„ fameux de commensuration de l'intelligence humaine).

„ Ce fut au mois de germinal, an 8, que je le visitai chez lui, à *Zurich*.
„ Je trouvai le vieillard sous le poids de douleurs presque continuelles, suite
„ du coup de feu qu'il avoit reçu dans une des rues de *Zurich*. Chaque deux ou
„ trois minutes il éprouvoit des espèces de convulsions, qui duroient bien au-
„ tant de temps, et dans l'intervalle desquelles il reprenoit tranquillement la con-
„ versation.

„ J'avoue que, jusque sur son lit de douleur, j'ai trouvé en lui une teinte
„ d'originalité, à laquelle je n'ai pu me défendre de soupçonner l'alliage d'un
„ peu d'orgueil.

„ Il avoit, lorsque je l'ai vu, un porte-feuille sur ses genoux, dans son lit,
„ muni d'un encrier immobile; il paroît que cela lui étoit habituel. De petits

Digitized by Google

« D'après les expériences de CAMPER, il est *reconnu* que dans « l'homme l'intelligence augmente, et est d'autant plus parfaite « que *l'angle facial approche plus de* 90 *degrés* (*ad angu-*

„ papiers coupés en carré, d'un demi-centimètre (un pouce) environ, étoient par-
„ semés autour de lui. C'étoit sur ces papiers qu'il écrivoit : plusieurs étoient
„ déjà remplis, et empilés sur une petite table à côté de son lit. Je n'osai lui
„ demander le motif qui lui faisoit adopter ce format pour ses manuscrits : mais
„ mon imagination s'arrêta à l'idée que peut-être il isoloit ainsi ses pensées pour
„ pouvoir les classer ensuite avec moins de peine.....

„ Tout ce que je pus entrevoir, c'est que le pieux controversiste s'occupoit
„ dans ce moment de compositions ascétiques. On lui apporta devant moi une
„ épreuve à revoir.

„ J'étois impatient de l'entendre parler de son livre de physiologie : j'en saisis
„ le moment qui me parut le plus favorable. Je croyois vraiment flatter l'amour
„ propre du vieillard : mais quelle fut ma surprise de le voir, au premier mot
„ que je lui en touchai, lever les yeux au ciel d'un air comme de repentance,
„ et me prier de ne plus lui parler de cette production, dont il eut l'air de me
„ faire entendre qu'il rougissoit.

„ Je me rappelai alors que la veille même l'imprimeur de *Zurich* m'avoit
„ confié qu'il désiroit vivement de pouvoir donner une seconde édition de cet
„ ouvrage, dont la première est épuisée, mais que LAVATER s'obstinoit opiniâ-
„ trement à le lui refuser.

„ Maintenant quelle peut être la cause de cette disgrâce d'un livre qui fut long-
„ temps le favori de son auteur, et qu'un succès complet devoit d'ailleurs lui
„ rendre cher? Etoit-ce le regret d'avoir hasardé un système qui est neuf et
„ original, reproche si rare à faire aux productions d'aujourd'hui? ou bien n'a-ce
„ pas plutôt été une espèce d'amende honorable de la part d'un ministre évan-
„ gélique mourant, qui se reproche d'avoir *sacrilègement établi des rapprochemens*
„ *entre la tête de la carpe, le plus stupide des animaux, et la plus belle des têtes, celle*
„ *de J. C. peinte par Raphaël?*

„ Cette énigme n'en sera peut-être pas une pour ceux qui, ayant habité *Zurich*,
„ savent que le ministre LAVATER avoit tellement monté la tête aux calvinistes
„ fréquentant son église, qui étoit la principale de la ville, que cette assemblée
„ paroissoit être plutôt une réunion *d'illuminés*, que de philosophes protestans,
„ et qu'en ville, dans le commerce ordinaire de la société, on peut dire encore
„ aujourd'hui : voilà un des habitués de l'église de LAVATER, en voilà un autre
„ qui ne l'a pas fréquentée.

„ Quelle qu'ait été au reste la cause des affections de LAVATER dans ses derniers

Digitized by Google

« *lum rectum accedit*). CUVIER *a démontré que plus la moelle*
« *allongée* est volumineuse dans un animal, plus son intelligence
« est exquise, et *vice versâ*. Suivant LAVATER, la *partie osseuse*
« *du front*, sa forme, sa hauteur, sa voûte, sa proportion, sa
« régularité ou son irrégularité, marquent la disposition et la me-
« sure de nos facultés, notre façon de penser et de sentir : la
« *peau du front*, sa position, sa couleur, sa tension ou sa rela-
« xation, font connoître les passions de l'ame, l'état actuel de
« notre esprit. La forme, la couleur, la *coupe des yeux*, leur
« contour sont encore, d'après BUFFON et VINCKELMANN, la lu-
« mière de la pensée, et le miroir de l'intelligence humaine.

„ momens, je n'en reste pas moins convaincu que son ouvrage de' *physiologie*
„ *fait époque dans l'histoire des progrès des connoissances humaines.*

„ Ce n'est pas le seul titre qu'il ait au souvenir de ses contemporains : LAVATER
„ avoit aussi les qualités du cœur ; son visage s'enflammoit toutes les fois que
„ l'on parloit devant lui de bienfaisance.

„ Il avoit toujours un registre sur sa table, où il prioit ceux qui le visitoient,
„ de s'inscrire, et surtout de ne pas omettre leurs surnoms, qualités, dignités. Il
„ faut croire que son amour propre se plaisoit à feuilleter souvent ce répertoire,
„ qui formoit une série de plusieurs volumes dans ses archives. Cet usage
„ est assez général en Allemagne..... *Signé* BOTTIN. "

His addamus quæ de *Angulo faciali* leguntur in opere, quod profundæ cogitationis virum indicat, licet novarum vocum usus, priscarum nova acceptio, et quandóque incondita phrasεῶν constructio, materiæ per se conceptu difficili tenebras obducant.

„ Dans les écoles modernes de physiologie et d'anatomie, inquit D. DE BON-
„ NAL, on enseigne *publiquement et textuellement*, *que les seuls caractères qui distin-*
„ *guent d'une manière absolue* l'homme de la bête, *sont la station bipède et directe*,
„ *et l'angle facial*. La *station* bipède paroît renouvelée des Grecs, de qui nous
„ avons déjà, depuis dix *ans*, renouvelé tant de choses, puisqu'un de leurs sages
„ définissoit l'homme, *un animal à deux pieds*, *sans plumes* : mais l'angle facial
„ est une sottise moderne, dont nous dirons un mot ailleurs. "

Essai analytique sur les lois naturelles de l'ordre social (1800); *dissertation*, *p.* 229.

Infrà, „ Au reste on doit savoir gré à *Condorcet* d'assigner, pour différence (seule)
„ entre l'homme en état sauvage et la brute, *quelques idées morales et un commen-*
„ *cement d'ordre social*, lorsque les physiologistes modernes enseignent dans leurs

Digitized by Google

« Souvent aussi les *sourcils* seuls deviennent l'expression positive « du caractère de l'homme ; témoins les portraits du *Tasse*, « *d'Alberti*, de *Boileau*, de *Turenne*, de *Clarke*, de *Newton*. « Ce trait seul caractérise, chez les Anglois, le *penseur*. Enfin, « un *beau nez*, dont l'épine surtout est large, annonce toujours des « facultés supérieures : ce trait est distinctif en *Italie*, et est « absolument caractéristique pour les hommes célèbres de la « *France*, ainsi qu'on s'en peut convaincre par la *galerie* de « *Perrault* et de *Morin*.

« Ce sont là tout autant de caractères qui constituent le *facies* « *propria* des grands hommes, et qui, se trouvant réunis à une « forme du cerveau particulière au génie de chaque individu, »

„ cours publics, les seuls qui soient suivis aujourd'hui, que *l'unique caractère qui* „ *distingue d'une manière absolue l'homme de l'animal, est la station bipède directe, et* „ *l'ouverture de l'angle facial.* Il faut apprendre au grand nombre de nos lecteurs „ que deux lignes, dont l'une tombe du front, l'autre venant de l'*occiput* passe „ par l'extrémité inférieure de l'oreille, forment par leur rencontre, à la lèvre „ supérieure, un angle appelé *angle facial*, dont le plus ou le moins d'*acuité* „ sert à mesurer les divers degrés d'intelligence entre les êtres, depuis un être „ *huître* jusqu'à un être homme ; car, entre ces diverses espèces il n'y a que du plus „ et du moins ; en sorte qu'on peut mesurer géométriquement l'étendue de l'esprit, „ comme on mesure l'élévation du pôle. Ces facéties, débitées gravement et en „ beaux termes, pour l'instruction ou plutôt pour l'amusement d'une jeunesse „ sans connoissances et dans l'âge des passions, ne font pas même des médecins, „ et l'art de guérir périra, comme l'art de vivre ou la morale étouffé par ces „ rêveries soi-disant métaphysiques de gens qui croient que disséquer un cadavre, „ c'est étudier l'homme, et qu'ils connoissent l'ensemble parce qu'ils nomment „ des parties. L'homme, dit la divine sagesse, n'a pas compris la dignité à laquelle „ il a été élevé ; et en se comparant aux animaux sans raison, il est devenu sem- „ blable à eux. " (*Psalm XLVIII*, *v.* 13, 21.) *Ibid. Dissertat. p.* 239, 240.

Ubi mentis humanæ natura quæritur, exponitur, bonum et malum, rectum et pravum, facetum et infacetum, sapiens et stolidum, grave et leve, intima animi, externa velut facies, omnia fideliter, pensanda, referenda. Orbem jugiter peragrat stultitia : et qui prudentem se nuncupat, eam plerumque humeris suis non sentit incumbentem.

Digitized by Google

« peuvent et *doivent* nécessairement se transmettre dans la géné-
« ration. Nier ici la conséquence de ce principe, ce seroit *con-*
« *tester l'existence du soleil. La pulpe cérébrane* est regardée
« par les physiologistes modernes, comme *l'organe sécrétoire de*
« *la pensée,* qui est plus ou moins rapidement conçue, plus
« ou moins éloquemment exprimée, selon que l'organe qui lui
« sert de filtre, est plus ou moins fortement élastique, vibrant et
« expansif. Le jeu et les ressorts de ce mécanisme sont *très-*
« *sensibles;* mais le principe moteur nous est encore inconnu,
« et vraisemblablement il le sera pour tous les siècles. Cela
« posé, je dis qu'on *hérite du cerveau* de son père, comme on
« hérite de son teint, de sa couleur, et de sa stature. Un *Eu-*
« *ropéen* en *Afrique* n'engendre jamais un *noir;* ni un *Africain*
« en *Europe,* un blanc .... Quiconque connoît un peu les lois
« de la physique animale, sait l'influence qu'exerce sur la géné-
« ration le *mélange de races étrangères :* il en résulte toujours
« un fruit abâtardi, et qui devient le prototype d'une nouvelle
« espèce. Dans la physique végétale, la *fécondation des pistils*
« *par les étamines disparates,* produit des monstres en botani-
« que, dont le jardinier et le fleuriste savent tirer un bon parti.
« Pourquoi donc l'homme, qui vit comme les plantes, qui naît,
« croît et se multiplie comme les animaux, ne dégénèreroit-il
« pas par un entre-croisement défectueux? Mais c'est trop s'ap-
« pesantir sur un principe qui est d'une *démonstration* mathé-
« matique; et s'il y a quelque chose d'étonnant dans le monde,
« c'est que l'idée de la *mégalanthropogénésie* ait échappé à tant
« de grands hommes, et que sa découverte, ou du moins sa
« publication, ait été réservée au dix-neuvième siècle. »

Lepidum sanè quò deveniat, rectâ factorum peritiâ, strictis critices regulis privata, vis hominis *imaginativa.* Indi, qui in

Digitized by Google

homine substantiam à materiâ diversam agnoscunt, ubi de generatione agitur, corpora tantùm in medium proferunt : Europæi recentiores, quibus in mundo nihil nisi materia, natum à patre corpus simul et animam, seu instrumenta [1], organa *sensitiva et cogitativa* habere, et modo ergà pecora, bruta animalia, adhibito; mentium, scilicet dictorum organorum misturâ, novas animarum species produci posse, apertè profitentur. Indis, qui generaliter vultûs formâ Europæis similes, *anguli facialis* idæa haud displicebit. Tartaris, ipsis Sinis, quorum *angulus facialis* à 90 gradibus multùm recedit, quibus frons, oculi, nasus, os, à datis conditionibus discrepant, *pecorini*, *bestiales* isti conceptus non arridebunt.

Pag. 134, *lin.* 21; *quæ*, lege : quæ.

Pag. 136, *lin.* 5, 6 : Si in illis quinque locis mendacium etiam dicit, dixeris : rectè (*verè*) locutus est. (*Agar dar ân pandj dja dorough ham begouïad gouïa rast gofteh ast.*)

Hîc in culpâ est auctor *tẽ Oupnek'hat*, aliundè rectitudinis assiduus præco, tortuosæ viæ apertus vituperator (*infrà*, *p.* 137, *lin.* 1, 3), et, sicut observavi in *notâ*, Indicæ moralis systemati ejus divisio, decisio adversatur. Verùm, nihil sub sole perfectum. Saltem benignæ indolis, benefici sui ingenii, etiam errando, specimen præbent Indi doctores.

At in omnibus inconcussa teneri debent naturalis et divini juris, *mendacium*, sub quocunque respectu prohibentis, principia. Equidem quælibet, quolibet tempore, non est dicenda veritas. Nunquàm verò, vel maximi boni adipiscendi, vel maximi mali fugiendi, repellendi causâ, veritati contradicere, mendacium proferre permissum.

1. Vide *Introduction à l'analyse des sciences, ou de la génération des fondemens et des instrumens de nos connoissances, par P. F.* Langelin, *ingénieur-constructeur de la marine françoise* .... (1801).

Digitized by Google

Veritate innititur humana societas. *Propter quod deponentes mendacium,* inquit Apostolus [1], cum Prophetâ conveniens [2], *loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo :* QUONIAM SUMUS INVICEM MEMBRA.

Veritatem, scilicet, simplicem, absque jurejurando. *Ego autem dico vobis,* ait Christus [3], *non jurare omninò .... sit autem sermo vester, est, est, non, non : quod autem his abundantius est, à malo est.*

Jusjurandum aucupis rete, quod alaudam capit, accipitrem non retinet: ergà veracem, inutile; ergà mendacem, imbelle.

N.° CXIII.

Pag. 137, *lin.* 10 : *Bhar kour.*

Hoc nomen non apparet initio τῆ *Oupnek'hat.* Suprà, N.° CXII, *p.* 128, *lin.* 6, 7.

Lin. 15, 17, 21; *pag.* 138, *lin.* 21; *pag.* 139, *lin.* 6, 8; *pag.* 140, *lin.* 3 : *Akasch,* et ventus .... et loquela .... ego quinque elementa .... *Pradjapat* .... *Roudr* .... *Beschn'* .... humilis submissio.

Nova contentionis inter *pran* et sensus narratio. Disputantium numero quinque elementa habentur; et se quinque elementa et quinque sensus factum *pran* dicit. Indè sublime exsurgit τῆ *pran,* supremi halitûs, naturam omnem constituentis, qui simul eam movet, et ea ipsa mota est, elogium.

Pag. 140, *lin.* 16, 21, 24; *pag.* 141, *lin.* 1, 8, 9, 18; *p.*

---

1. διὸ ἀποθεμένοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη. EPHES. *IV*, 25.

2. *Zachar. VIII*, 16.

3. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν; μὴ ὀμοσαι ὅλως ....

ἐστω δε ο λόγος ὑμῶν, ναὶ ναὶ, οὐ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. MATTH. *V*, 34, 37.

Digitized by Google

142, *lin.* 2, 3, *ultimâ*; *p.* 143, *lin.* 5, 9 : *pran* ex *âtma* ... corpus intrat ... principium ... omnes sensus ... coctum fecit ... corpus subtile ... vena ... cerebrum ... ex illâ viâ ... *pran* τῆ extrà ... fecit pervenire. Quinque qualitates ... sine cessatione fit.

Origo, natura, ingressus τῆ *pran* in corpus; ibi ejus actio, ad sensus, corpus subtile, venas, ratio; è corpore, per cerebrum, ad puros vel impuros mundos, juxtà operum meritum egressus; tùm externorum *pran*, seu solis et elementorum τῶν *pran* internorum *mokelan*, cum iisdem, cujusque elementi et sensûs naturæ conveniens correlatio, in eos actio; et horum, tempore mortis (*suprà*, *T. I*, N.° XLIII, *p.* 247, 248), in corde collectorum, tertio corpore subtili sumpto, ad mundos cordis volitioni congruos, itio. Perennitatis supremæ felicitatis in homine fons perpetuus, quinque τῆ *pran* qualitatum cognitio.

N.° CXIV.

Pag. 143, *lin.* 13, 14; *pag.* 144, *lin.* 6, 15, 16, 25, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 145, *lin.* 12, 24, *ultimâ*; *pag.* 146, *lin.* 12, 13 : venæ somnum faciunt .... vigilia .... *apan* .... *Brahm* ... *porschi* ..., *djiw âtma* ... *portat* ... bilis generata .... terra non composita ... *tschat* ... *âtmaï* magnus ... omne fit.

De somno, somnio, somno cum quiete, id est somnii immune, seu *sak'hepat*, in quo τῆ *Brahm* corde fit perceptio, vide suprà, *T. I*, N.° XLIII, *p.* 233, 234-242; *Annotat. p.* 529-537.

Djiw âtma, semper *âtma*, *âtma* magnus, somni tempore hominis operationes perficit.

Pag. 144, *lin.* 1, *Tsavap.*

Samskreticè, *sâvaha*, lectum petere, dormire.

Lin. penultimâ, *portat.*

Samskreticè, *poûlti karanam*, replere, cumulare, satiare.

Digitized by Google

Organo bilis obturato, proindèque vaporibus, nec volitionibus, phantasiis sursùm ascendentibus, homo somno perfecto, nempè somnii expers, fruitur. Eo durante, tùm materiales, tùm spirituales potentiæ, facultates, quidquid positivum, negativum, agens, actum, objectum, in *átma* magno quiescunt : ipse ille *átma* sensuum, intelligentiæ operationes exequitur, inmensus, ubique, simul et materiæ, corporis qualitatum immunis.

In margine, lin. 3; 333, 334, *lege :* 233, 234, 244.

Pag. 145, *lin.* 24 : *Tschat.*

Vide suprà, *T. I, N.° XVIII, p.* 68, τῆ *Tschat* expositionem.

N.° CXV.

Pag. 146, *lin.* 21 : *Pra Brahm* et *Apra Brahm.*

Samskreticè, *pra,* per, præ, particula excellentiam, intensionem denotans : *apra,* cum *a* privativo, oppositum τῷ *per, præ.*

Ibid. lin. 26; *p.* 147, *lin.* 1; *p.* 148, *lin.* 3, 21 : Hoc nomen (*pranou*) tria (*matra*) et medietatem τῆ *matra* habet .... *Rak Beid* .... tres divisiones .... (*ad ens*) pervenit, quod senectutem non habet ....

Nominis *oum* (*pranou*) cujus unaquæque littera, uni ex quatuor *Beid* respondet, cum unâ tantùm litterâ, vel duabus, tribus, quatuor, simul pronunciationis modus et merces in hoc et altero mundo; maxima, ens incessabile, *pra* universale fieri. Mente, corde, absque linguæ motu, τὸ *oum* pronunciare, optima precandi ratio.

N.° CXVI.

Lin. penultimâ : Soukia (vel *Soukba,* ut initio τῆ *Oupnek'hat; suprà, N.° CXII, p.* 128).

Pag. 149, *lin.* 1; *nanhatsch,* lege : *nanhatseh.*

Ati, suprà (*p.* 128) memoratus, nullam quæstionem affert.

Digitized by Google

Pag. 149, *lin.* 2 : ô *Bhardouadj !*

Erroris vel confusionis fontem observa : *Soukba* natus (è natis τȣ̃ *Bhardouadj; suprà, p.* 128), *Bhardouadj* ipse appellatur.

Ibid. lin. 2; *pag.* 151, *lin.* 4 : *porschi,* quòd sexdecim *kala* ... non est futurus.

Rerum universalitas, sub *porschi,* 16 partibus, nempè 10 sensibus, corde et quinque elementis constantis, nomine, et varia entia, *pran* (*p.* 149, *lin.* 19), qualitates spirituales, fidem (*eeetekad, lin.* 21) etc., omnia quasi ex se successivè educentis, ultimò retrahentis : quo postremo actu *djiw âtma* verè *âtma* est.

Aer, sub nomine τȣ̃ *pran,* qui *Haranguerbehah* (*lin.* 20); et ex quo, per fidem, *Bhout âkasch* exit (*lin.* 22, 23), primus omnium fons apparet.

Mortificatio (*riazzat, p.* 150, *lin.* 1), è spermate producta, ad id quod suprà (N.° CXIV, *p.* 134) de commercio carnali unâ vice quoque mense, pietatis, mortificationis actu, dicitur, rationem habet.

Pag. 150, *lin.* 24 : *bedeheh makt,* id est, liberationem à corpore non obtinet. Infrà (N.° CLIV, *pag.* 324) : *madbeheh makt,* sine corpore, liberatus.

Samskreticè, *bedanâm,* secare.

Lin. 26 ; οἱ *Djioun* (*Djenian*) *makt* (*beati vel non beati*) fiunt; lege : *Djioun makt* (*beati*) fiunt.

Dele *not. margin. Suprà, T. I,* N.° XX, *p.* 89.

OUPNEK'HAT 15.^{m}, DEHIAN BAND.

N.° CXVII.

Pag. 152, *lin.* 2, 10, 11, 12, 19, 22, *ultimâ; p.* 153, *lin.* 7 : DEHIAN BAND ... *akar,* et *aokar,* et *makar* ... punctum ... *nad* .... (*sine sono*) .... cuspidem unius capilli ... in omni sit.

Samskreticè, *dehi,* vocalis; id est, vocalium ligamen.

Digitized by Google

Quod quidem isti *Oupnek'hat*, nominis *oum*, quatuor signis, *a*, *ao*, *m*, puncto, ligaminis modo, veluti lineolâ superposito, voce et sono constantis, ut et ejus pronunciationis meritum explicanti, satis aptè convenit.

Hæc omnia *Brahm*, sine sono, τῷ *anahed* excelsior; ejus subtilitas infinita.

Pag. 153, *lin.* 17, 18 : *djiw âtma .... bhout âtma.*

Iterùm, umbræ rerum universitas comparata. *Atma*, verum ens; *djiw âtma*, ens subtile; *Bhout âtma*, corpus crassum, ejus umbra, ens falsum.

Ibid. lin. 20, 25, *penultimâ*; *pag.* 154, *lin.* 4, 8, 16, 18, 22, 23, 24; *pag.* 155, *lin.* 1; *pag.* 156, *lin.* 17 : *Pranaïanam .... Beschn .... Brahma .... Maha diw ....* cor *nilouferi ....* solem .... sursùm tendens ... unum efficiat. *Djiw âtma ... Brahm ....* tres litteras .... duo supercilia ....

Suprà (*T. I, N.° II, p.* 11), verbum *pranaïam*, actio respirationis, à *pran*, halitu, formatum.

Entis supremi et unici essentiæ sublimis et diffusa expositio, per tria. 1.° Halitûs loca, umbilicum, cor, cerebrum, ubi *djiw âtma* et *Brahm* habitant; ejusdem motus, scilicet, aspirationis, suspensionis, expirationis.

2.° Per tria præcipua secundi ordinis agentia : 1.um *Beschn*, conservatorem cum 4 brachiis, ut in BALDÆO, *libro cit. Abgœtterey and. Theil, cap.* 1, *p.* 467 *etc.*; igneo colore, sedentem in umbilico, ubi ignis *Beschvanr*, qui digestionem in stomacho perficit (*suprà, T. I, N.° LIV, p.* 274). 2.um *Brahma*, creatorem, quatuor ora habentem (BALDÆUS, *lib. cit. cap. II, p.* 556), colore albo et rubro, patrem patrum, flori (corde) *nilouferi* insidentem. 3.um *Maha diw*, tribus (BALDÆUS, *lib. cit. erst. Theil, cap.* 3, *p.* 438) purissimis oculis instructum, procul pellentem

Digitized by Google

peccata; formam scientiæ; in frontis medio, ubi intelligentia, residentem.

3.° Tria *niloufer*, easdem sedes occupantia.

4.° Solem in tertio *niloufer*i, edentem (*suprà, N.° CXII, p.* 129) lunam, alimentum; ignem : qui alimentum concoquit. (*Suprà, T. I, N.° LIV, p.* 274.)

5.° Tres litteras vocis *oum* (*pranou*), cum dimidiatâ, quæ mera est nazalis prolongatio, et *Brahm* ipsum efficit.

Hæc omnia, tria τῶν *niloufer*i ora sursùm tendentia, cerebrum versùs, inter duo supercilia, quæ via τῆ *pran*, halitûs, et vitæ; simul, tria agentia, solem, lunam, ignem, ut unum qui sibi repræsentat, verè τὸν *Brahm* obtinet, ipse *Brahm* evadit.

Pag. 154, *lin.* 26, *ultimâ* : et *Brahm .... Maha diw* (*o Brahm se* (3) *kasm dar ou mimanad dar naf be ssourat Beschn o dar del be ssourat Brahma o dar sar be ssourat Maha diw*).

Indè concludi potest, τὸν *Brahm*, Ens supremum et unicum, pari ratione sub aliorum secundi et tertii ordinis agentium, formâ, nomine, sese manifestare; et, ut jam dictum est, totam illam *potentiarum intermediarum*, tùm spiritualium, cùm materialium, structuram, nihil aliud esse, quàm unicam substantiam, sese diverso modo, secundùm actiones, effectus quos producere intendit, expandentem, explicantem, in partes divisam, aut saltem menti et oculis, τῆ *maïa* seductione, istas apparentias ostendentem.

Pag. 155, *lin. penultimâ; pag.* 156, *lin.* 2 : Et corpus suum lignum τῆ infrà .... (*intueatur*).

Hîc, et *lin.* 16 (*pranou*, arcum ut fecit ....), idoneâ comparatione *maschghouli* exequendi modus datur; scilicet ignem è duobus lignis, uno cum altero, fricatis, eliciendo.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 16.^mm, MAHA OUPNEK'HAT.

N.° CXVIII.

Pag. 157, *lin.* 2 : MAHA *Oupnek'hat.*

Id est, samskreticè, magnum *Oupnek'hat.*

Lin. 5, 6, 7, 8, 11, 16, 20 : *Naraïn ... Beschn ... Brahma ... Mahadiw ... ab* (*aquâ*) ... sine quiete ... (*liber*) *Beid* .... quatuordecim homines ....

Novus creationis modus et ordo. Entia abstracta, facultates, membra, spirituales affectus, halitus vivificus, *djiw âtma* primum prodeunt; tùm ex iis elementa; quæ quidem omnia perfectam unam personam conficiunt, in quam τὸν *djiw âtma* supremus *porsch* infert. Ex hac personâ, id est, rerum universitate, tempus ortum ducit.

Priscam philosophorum doctrinam indicare potest hæc distributio, quæ animas et facultates, accidentia, *modalitates*, in se priùs, quàm entia, quibus aptari debebant, producerentur, existentia, saltem rerum spiritualium, intellectualium antè materialia, elementa, apparentiam, et earum ab iisdem distinctionem, iisdem præstantiam, apertè demonstrat.

Pag. 158, *lin.* 16, 17, 18 : persona ... tres oculos ... *tarsoul.*

Secunda productionis rerum epocha. *Roudr*, seu *Maha diw* (de quo *suprà*, N.° CXVII, *p.* 154), oritur, cum tribus oculis, tridenti (in Baldæo, *lib. cit. p.* 438, *Dreyzahn*), et attributis lucem, sanctitatem, cordis puritatem annunciantibus, cum magno Dei nomine, unificationis vocabulo, quatuor *Beid* : nihil de destructionis caractere dictum : primus producitur, unitatem præ se ferens : quo confirmatur quod suprà (*T. I, Annotat. p.* 589, 641, 642) expositum.

Lin. 23, *biakerat*, quod *kalmeh* (*vocabulum*) unificationis est.

Digitized by Google

Samskreticè, *bikher*, qui *τὸν djan* multiplicatum, entium diversitatem credit. Proindè *biakher*, cum *a* privativo, qui *τὸν djan*, animam, *âtma* unicum agnoscit. Vel *âkâraha*, forma, imago : *biâkâraha* sine formâ.

Akharah, scientia magni momenti.

Pag. 159, *lin.* 2, 4, 19, 20; *pag.* 160, *lin.* 3, 4 : aqua producta .... ovum .... *Brahmaï* .... pronunciavit .... *nilouſer*, parvum est, tamen è mari circumdantî majus est ....

Tertia productionis epocha. Aqua, ovum, *Brahma* in ovi luteo, vitello; cujus è quatuor oribus, unumquodque, ad unam è quatuor mundi partibus, unam *τῆ pranou* litteram et unum *Beid*, *τῆ Brahm* attributa meditans, enarrans, pronunciat.

Brahma post *Maha diw* apparet : nulla *τῆ Beschn* mentio; quoniam, videlicet (*infrà*, N.° CXX, *p.* 163), *Naraïn* ipse *Beschn* nutritor (servator) est. Quemadmodùm tria tridentis *τῆ Roudr* capita, ad tres ejus oculos, ad tria agentium, quorum primum est, attributa; sic quatuor *τῆ Brahma* ora ad quatuor orbis ab eo creati latera rationem habent. Sic omnia modo allegorico dicta.

N.° CXIX.

Lin. 14 : [merces *τῆ Oupnek'hat* memorati].

In omnibus relligionibus quædam praxes ceremoniæ, extrà communem regulam, quarum observatio toti, si dici potest, relligionis corpori præstare perhibetur, omnes defectus supplet, omnia merita includit, falso perfectionis zelo, viæ extraordinariæ studio, à doctoribus, directoribus, oratoribus, qui synchretismum affectant, perscribuntur : eaque est humana indoles, ut iis libentiùs et fideliùs homo, spiritualitatis novitatis amore vel oblato pretio illectus, quam solitis, quibus fidem suam obligaverat, relligiosis institutis, etiam necessaria omittendo, se submittat.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 17.ma, ATMA PRA BOUDEH.

N.° CXX.

Pag. 162, *lin.* 2 : ATMA PRA BOUDEH.

Samskreticè, *pra*, multum, magnum ; *bouddhihi*, intelligentia : id est, τῦ *átma* magnus intellectus.

Lin. 5, 8, 17, 22, *ultimâ* : *Atma .... pranou .... Naraïeni .... cor nilouferi .... unum est.*

Novum τῦ *átma* encomium. Nomen *pranou* ejus figura. *Naraïeni* Ens supremum est ; in corde hominis, seu corde *nilouferi*, sicut in sole, qui cum figurâ aurei *nilouferi*, habitat. Utrumque *nilousfer* unum, sol, cor cœli, quemadmodùm cor, humani corporis.

Lin. 15, 16 : *Naraïeni* .... quòd habens τὸ *schank'heh*, et *tschekr*, et *kada*, et *padam* est ....

Id est, quem quatuor istis modis honorant, colunt.

Ex *Oupnek'hat*, quod *djog sank'ha* nomen habet, et ubi (*infrà*, N.° CXXVI, *p.* 197) τῦ *padam asn*, sessionis quatuor genibus, in secessu, mentio fit, concludi potest, τὸ *schank'heh* hîc ad τῦ *djog* ceremonias, ut et tres voces quæ sequuntur, rationem habere.

Schank'hèh erit secessus, secretum, *recessus* : samskreticè, *schamkouhou*, secretum : *schekr*, *tscheherk*, *djan*, custos vitæ : *kada*, quis, quantus. Vel corpus rectum (*infrà*, N.° CXXI, *p.* 166) : *padam*, pes.

Lin. 17 : dominus harum trium qualitatum.

Tres istæ qualitates sunt, *sat*, *radj*, *tam* ; creatio, conservatio, destructio.

Lin. 18 : *bagbanthed*, quòd *fardus* (lege : *fardous*).

Digitized by Google

Samskreticè, *baga*, pars : *bandhanam*, ligandi actus, id est, partes ligatæ; unus, sine partibus.

In margine, ad calcem; Suprà, N.° LXVIII, lege : *Suprà, T. I*, N.° LXVIII.

Pag. 163, *lin.* 1, 8, 10, 13, 15, 17, 18, 21, 22 : *Atma... Kesch*, filius τῦς (lege : τῆς) *Diwgui* .... doctus factus, et doctos amicos habebat ... *pran* (lege : *pram*) *Brahm* ... *Beschn*, id est, nutritore .... omnes molestiæ è dualitate est. ... quicunque unum ens separatum (*alterum*) scit, et videt, ei in omnibus mundis, è manu mortis liberatio non est. (*Hameh azarha az douganegui ast .... har keh iekdzatra djoudai danad o mibinad oura dar hameh aalemha az dast marg khalassi nist.*)

Tẽ *Beschn* occasione, *Keschn*, octava ejus manifestatio (*Baldæus, lib. cit. Abgœtterey, cap.* 5, *p.* 512 *etc.*) memoratur, cum attributo babulci, id est, pastoris, boum greges agentis, homines erudientis, iis verum nutritionis, valetudinis medium, alimentum, lac, et granum, quod boum labore è terrâ educitur, præbentis.

Unitas entium absoluta, seu unum omninò, solummodò Ens in naturâ, expressè declaratur. Dogmatis hujus primarii, sub gravissimâ pœnâ, fides injungitur.

Pag. 164, *lin.* 16 : duobus *g'heri*.

Id est, 48 minutis.

Lin. 20 : PRA BOUDEH; lege : PRA BOUDEH.

OUPNEK'HAT 18.um, KIOUL.

N.° CXXI.

Pag. 165, *lin.* 2, KIOUL.

Samskreticè (*kioul*, perfectum, purum); *kioul hati*, perfectus

Digitized by Google

solo *kian* (*cognitionis* ope); *kioul Barmah*, purus *Barmah*, sine figurâ (*Brahm*).

Pag. 165, *lin.* 5, 10, 11; *pag.* 166, *lin.* 6 : *Brahm badia* .... fide rectâ et servitio directori .... retentionis sensuum .... imaginando sibi repræsentationem entis ....

Eadem semper ad *т҃ѣ Brahm* intelligentiam perveniendi via, fides recta, directoris disciplina, et sensuum firma retentio, meditationis praxi, speciatim descriptæ, innixa.

Lin. penultimâ : sank'heh asn.

Samskreticè, *schank'heh* (*suprà*, N.° CXX, *p.* 162), in secessu; *asn*, *asanam*, onus : *infrà*, N.° CXXVI, *p.* 197, *padam asn*, *pede* (*in*) *anu.*

Pag. 166, *lin.* 10, 16, 18, 25, 28, *ultimâ*; *p.* 167, *lin.* 6 : figuris sine fine ... *Maha diw* ... *Parbati* ... *Brahma* ... *Beschn* .... non est.

In Entis supremi descriptione observandum, 1.° illud semper figuris sine fine sese manifestare; quod substantiæ unicæ diversas apparentias indicat. 2.° Vice *Parbati*, *т҃ѣ Maha diw* uxoris, ejus esse qualitates : scilicet agentium uxores, eorum esse attributa, ut anteà notatum. 3.° Tres *т҃ѣ Maha diw* oculos, esse tres qualitates, creationem, conservationem, destructionem, quibus sese ostendit orbis universi artifex. 4.° Eum, in eo, omnia esse agentia, elementa, quidquid fuit, est, futurum est; æternum.

Pag. 167, *lin.* 12, 15, 18, 20, 27, 29, *penultimâ*; *p.* 168, *lin.* 5 : *maïa* .... edulii .... somni .... *sak'hepat* .... *djiw átma*, in his tribus temporibus .... corpus crassum et corpus subtile, et corpus *т҃ѣ* (lege : *т҃ѫ*) *aoudia* .... efficitur.

Satis accurata *т҃ѣ átma*, per *maïa djiw átma* effecti, et tandem post varias revolutiones, *átma* restituti, descriptio : scilicet, quomodò, in tribus hominis statibus; nempe vigiliâ, somno,

Digitized by Google

et somno absque somnio, sive perfectæ quietis, versetur ; rebus mundi primùm, in corpore crasso, satiatus, deindè, corpore subtili, ex seipso eas exerens; in tertio statu, corpore erroris, nihil omninò sentiens factus; postquàm autem in his tribus corporibus ludum egit, iis in *átma* deletis, ipse *átma* efficiatur.

In margine, Suprà, N.° XLIII; lege : *suprà, T. I, N.° XLIII.*

Pag. 168, *lin.* 6, 13, 20; Et *pran* .... est .... liberatus est.

Atma omnium causam, semper in ente suo subsistentem; seipsum eundem *átma;* tres hominis status, simplicem apparentiam, *átma* solo manente : id scire, veræ liberationis fons.

Lin. 14 : Tu is .... et is tu (*tou oui o ou toui*).

Unicitatem pressiùs exprimendi modus : primò objectum phrasim terminat. 2.° Idem phrasim incipit.

Lin. 21, 22; *pag.* 169, *lin.* 3, 24, *ultimâ :* Tres domus sunt .... quidquid voluptas est .... ille *Brahmi* .... *Bhout ákasch* sum .... pervenit.

Hominem cum *átma* unum quid et idem esse ostenditur. Enumeratio qualitatum tùm positivarum, cùm negativarum, etc., illius summi et unici Entis, quibus se præditum homo professus, lucem veram assequitur.

Lin. penultimâ, ultimâ; pag. 169, *lin.* 27, 28 : et testificans, et testis horum quorumque trium statuum .... testis omnis (*entis*) est (*o gavah o schahed in har seh halat .... o schahed hameh ast*).

Id est, suo ente, tres status hominis, omne ens esse hoc modo testis est, ostendit; ejus solâ existentiâ cuncta esse probantur, quoniam illa ipse est, ea ille ipse sunt, et nihil aliud ultrà, extrà.

Pag. 170, *lin.* 6 : vinum bibere .... peccatum est.

Vinum, id est, quidquid inebriat, *Brahmani* interdictum.

Lin. 14, 16, 18, 21, 22 : *Benarès* .... intrà medium duo-

Digitized by Google

rum superciliorum .... cum illo loco .... *Benarès* .... intrà medium superciliorum ....

Quemadmodùm in urbe *Benarès*, ad ripam *Gangæ*, animam exhalare summa felicitas (hùc pertinet *nota marginalis T. I, Annotat. p.* 432); sic, cùm per venam *sak'hemna*, intrà medium superciliorum *pran* perveniens, è cerebro, momento mortis exitum capit : et eâ ratione *Benarès*, in corpore humano, est illud superciliorum *medium*.

Lin. 20, 28 : quicunque *kioul* .... obtinet.

Vide *Annotat. ad pagin.* 119, *lin.* 14.

OUPNEK'HAT 19.um, SCHAT ROUDRI.

N.o CXXII.

Pag. 171, *lin.* 2 : SCHAT ROUDRI.

Samskreticè, *schat*, centum : *roudite*, lacrimas fundam, lugeam ; *rouditum*, iracundiâ commoveri : quæ ad destructivum *tŝ Maha diw*, lacrimas cientis, attributum rationem habent.

Tŝ Roudr, non autem *Brahma* aut *Beschn*, centum nomina dantur, propter illius agentis præstantiam, et veram cum Ente supremo unicitatem, ut suprà (*T. I, Annotat. p.* 642) ostensum est.

Quidquid de armis et aliis attributis *tŝ Roudr* dicitur, cum BALDÆI descriptione concordat, et conferri meretur [1].

1. „ *Ixora* (*Isvaren*, *Roudr*), inquit Batavus viator, hat 16 Hände, worin er „ diese nachfolgende Dinge halt, ein Hertz, ein Kette, ein Geige, ein Glöcklein, ein „ Geschirr gleich einer Porzellan Schaale, *capala*, das ist *Brammàs* Haupt, ein Drey- „ zahn, ein Seil, Beil, Feur, Geld, Trummel, ein Gebethschnur, ein Stab, ein „ eisern Rad, ein Schlange, und auf seinem Haupt einen zweyhornichten Mond. „ Er ist gekleidet mit einer Tigerhaut, und decket sich mit Schlangen anstatt der „ Kleider; hat um seinen Hals ein Halsband von dem Leder eines Thiers *Mandega* „ genannt, daran ein Glöcklein oder Schelle hanget, eben wie die Kühe, Ochsen „ und Büffel umzuhaben pflegen. BALDÆUS, *lib. cit. Abgötterey*, *p.* 438.

Digitized by Google

Hoc *Oupnek'hat* jam Gallicè reddidi in meis *Historicis et geographicis de Indiâ disquisitionibus* (2.e *part. p.* 323-344). Qualemcunque ejusdem *Oupnek'hat* versionem Anglicam (*suprà, T. I, p. Monit. p. VI, not.* 2), ut orbi erudito, quæ fides quibusdam professoribus externa monumenta tradentibus habenda sit, innotescat, lectori critico et veritatis amanti hîc præbere operæ pretium duco. Sic autem se habet in *Institutes political and military, ... by the great Timour ...* ad calcem : *Specimens of composition, in the Persian language, p.* XLV-XLVIII.

A PRAYER *directed by the* BRAHMINS *to be offered up to the supreme Being; written originally in the* SHANSCRIT *language, and translated by C. W.* BOUGHTON ROUSE, *esq; from a Persic version of* DARA SHEKO, *a son of* SCHAH JEHAN, *Emperor of Hindostan.*

« O RUDER, I reverence thee in thy majesty and in thy dis-
« pleasure. I reverence thy arrows, which convey destruction; and
« thy bow, thy quiver, and thy arms, which are the givers of
« victory. Look toward me with that countenance of benignity,
« mild like the face of the moon, by which thou bestowest joy,
« and doest away all sins.

« O thou, who art the Lord of mighty mountains, dispel the
« pains of all mankind; make them joyful and defend them
« from harm : and grant that I may remain secure under thy
« guardianship and protection. Thou art the great Physician of
« physicians! heal thou my infirmities; disperse my vicious and
« malevolent inclinations, which lead me into the road of evil.

« I reverence thee in the sun, which is thy image, whilst it
« scatters a hundred thousand vivifying rays over the universe;
« whilst in meridian bryghtness it diffuses gladness : nor less when

Digitized by Google

« at morn or eve its flaming countenance denotes thy anger.
« Turn away that anger from me. I reverence him who is the
« source of joy to living creatures, whose nature is exempt from
« decay, and knows not the increase of age. — To him and
« all that springs from him I ow reverence and honour.

« O Ruder, string thy bow to defend me from all my open
« or secret enemies. Shoot the arrows of thy quiver to destroy
« them. When thou hast destroyed my enemies and unstrung
« thy bow, and taken off the points of thy arrows, and art
« rejoiced; then grant that I likewise may rejoice. But thy bow
« is not like other bows, nor thy arrows like other arrows. Thou
« needest not to string the bow, nor to sharpen the points of
« arrows. Thou needest not the sword, like other swords, to
« accomplish thy purposes. O thou who canst fulfil desires,
« whose designs no enemy can baffle, guard and protect me
« on every side, and drive my enemies far from me.

« O Ruder, thy arm is like shining gold. Thou art the Lord
« off all armies. All causes of things have their origine in thee.
« Thou art the cause of causes. Thou ast space. The verdure of
« the fields is thine. Thou art Lord of all the beasts, and the
« birds, and other living creatures. Thou art the guide : every
« light that shines is thy light. Thou enterest into all : thou
« sustainest all.

« O punisher of those who go astray, o Lord of life, o purest
« of beings! terrify not thy creatures, strike them not, destroy
« them not : not let even one of them suffer pain from thee.
« O thou, who givest strength to the feeble, and medecines to the
« sick; grant me thy support, that I may enjoy health and live.
« O Ruder, turn my understanding toward thee, for thou art
« the Lord of power. I beseech thee to keep all creatures which

Digitized by Google

« belong to me, wheter man or beast, in quiet and security.
« Preserve all the inhabitants of this city. Afflict them not with
« sickness: do thou, RUDER, give them health, and drive disea-
« ses far from them. We all come before thee in supplication:
« grant unto us all those blessings, which our fathers asked of
« thee for us, when they were desirous of bringing us into exis-
« tence. Old men, and young children, and infants yet unborn,
« all join in sacrifice and prayer unto thee. O thou, who art
« ever young and mighty, thou source of joy, be gracious toward
« me. O thou, who wantest nothing, who art worthy of adora-
« tion,. I reverence thee. O thou, who employest thy arms
« for my security, who hast thousands of thousands of weapons,
« scatter my enemies, and destroy them: for thou, RUDER, art
« supreme in every part of nature. Exert for my protection thy
« powers, which are over the earth, the air, and the heavens,
« and under the earth: which show themselves in the plains,
« in the vegetation of the trees, in the various species of living
« creatures, in the waters, and in food, provided for the support
« of life. Thou, who destroyest all which eat the food and drink
« the waters; who art amidst the guardians of the highways, and
« in the place of worship: in all thou art the infinite RUDER;
« in every one I implore thee to protect me, and to disarme my
« enemies. To thee, and all they other various powers and attri-
« butes not here enumerated, I offer reverence. Ten times
« toward the east, ten times toward the south, ten times toward
« the west, and ten times toward the north, I bow myself before
« thy earthly powers, and invoke their aid that I may enjoy health
« and see the destruction of my enemies. Ten times toward the east,
« ten times toward the south, ten times toward the west, ten times
« toward the north, and ten times with my eyes on heaven above, I

Digitized by Google

« bow myself before thy aerial and heavenly powers, whose « arrows are the wind and rain : I invoke their aid, that I may « enjoy health, and see the destruction of my enemies. Every « one of these is RUDER, whose infinite power I reverence : « RUDER, whose fullness is in all. All that has been, it is he. « All that is, it is he. All that shall be, it is he. »

Suprà, N.° CXXV, p. 196.

Admirabilis è Persicâ in Anglicam linguam convertendi methodus! viginti sex paginæ ad duas redactæ! et hæc est ipsissima Indorum primùm samskretico idiomate scripta precatio!

Pag. 171, *lin.* 8, 10, 18, 19, *penultimâ; pag.* 172, *lin.* 1, 13, 15, 19, 26 : magnificentiæ ... sagittis ... qualitas pulchritudo .... magnificentia .... procul faciens omnia peccata .... custoditos habens montes .... medicus .... sol ....

ABR. ROGER; *Mœurs des Bram. p.* 205.

Suprà, N.° CXVII, p. 154 : *Maha diw,* qui *Roudr,* tres oculos habet similes crystallo; supremo gradu purus, lumen, sine defectu est, longè faciens peccata.

N.° CXXI, p. 166 : *Maha diw* ab omni luminosior, seu lumine omnia præcellens.

Quidquid ergò de *Roudr,* ejus oculis sine fine (*p.* 173), de ejus magnificentiâ, splendore, de istius agentis armis, potentiâ, protectione, vi, irâ, medendi virtute, sensuum correctione, cum sole similitudine dicitur, omne ad statum mundi, hominis tùm materialis, tùm spiritualis, conservandum, perficiendum, in melius mutandum, debet referri.

Ibid. lin. 27; *p.* 173, *lin.* 1, 2, 4, 6 : quisque iens ... errore ... (*pastor*) .... ego : dicit .... ego : dicit ....

Istius loci sensus. Errore, ignorantiâ, quasi pastor, bubulcus, laborant qui dicunt : ego, ego, ipse ago; cùm *Roudr* verè solus in iis agat, ejus actionem rudes sibi attribuunt. Alii, scientiâ donati, τὸν *Roudr* probè noscentes, dicunt : ego; sed actiones suas ad istud

Digitized by Google

agens referunt. *Roudr,* in utroque : ego, dicit (*man migouïad*). Utrique ergò, nempè *τῶ Roudr* eos moventi, reverentia, cultus debitus. Ardua et difficilis ratiocinatio.

Pag. 173, *lin.* 8 : *Roudri,* quod *nil kanteh.*

Samskreticè, *nilam,* niger, cæruleus : *kantaha,* guttur, collum.

Nota veneni *kalecote wissiam* (samskreticè, *kâla koûta jouala,* vis veneni ; *vassoun,* serpens, rex inferni : id est, venenum serpentis. *Abr.* ROGER ; *Mœurs des Bram. p.* 52, 227) historia, quod, dùm *amortam,* aquam vitæ, producendi causâ (*infrà, N.° CXXV, p.* 192), montem *Merou,* cum serpentis *Sesja* pelle, chordæ vice in mari, *Deïoutaï* et *Schaïtan,* torquebant, apparuit, et toti mundo perniciem, cladem magnam invexit. *Roudr,* inquiunt, ab orbis incolis exoratus, venenum exhausit, quod ejus gutturi inhærens, collo nigrum colorem impressit ; undè *nil kanteh,* id est, cæruleum, nigrum collum appellatus. Serpentis veneno sumpto, *Roudr* evanuerat : at, *τῶν Deioutaï* jussu, cùm die istâ jejunio et *τῆ Roudr* meditationi orbis habitatores vacassent, ad mentem reversus est.

In *Oupnek'hat τὸν Roudri* mortis venenum in suâ potentiâ custodire sensu allegorico hoc significat : et verba *Genesis,* post peccatum primorum parentum, quod secuta est, è paradiso, ubi lignum vitæ, expulsio, serpentis calliditate, captione productum, pronunciata : [1] *Inimicitias ponam inter te* (*serpentem*) *et mulierem, et semen tuum et semen illius ; ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus* : hæc verba qui attentè perpenderit, forsitan antiquum effatum formâ mythologicâ expressum, deprehendet.

Lin. 23, *penultimâ* : Arcubus .... facit.

1. *Ve eibah aschit beineka ou bein haischa ou bein zaraaka ou bein zaraah hou ieschoufeka rosch ve attah teschoufennou aakeb.* GENES. *III*, 15.

Digitized by Google

Nova omnipotentiæ descriptio. Arcus efficaciter agens, absque fune, et cuspide, sagittâ, vel sagittâ fractâ; sicut et vagina sola, ense destituta.

N.° CXXIV.

Pag. 177, *lin.* 27 : forma omnium causarum agentium estis (*aaïn hameh sabab kardendehha iid*).

Roudr, forma omnium causarum, illæ ipsæ causæ, omnia agentia; quod soli enti supremo et unico convenit.

Pag. 178, *lin.* 1; *destarbandan*, lege : *destar banden.*

Pag. 184, *lin.* 9 : super aquam estis ....

Hucusquè cuncta entia, cuncta agentium primi, secundi ordinis qualitates, attributa, de *Roudri* dicta sunt. Hoc versiculo *super aquam estis*, quod τῷ *Brahma*, folio *nilouferi* insidentis (*suprà*, *T. I*, N.° *II*, *p.* 8, *not.* 1), proprium est, illud τῷ *Roudr*, omnia attributa includenti, tribuitur.

Pag. 185, *lin.* 27 : *anahed schabd* .... vox universalis.

Samskreticè, *schabdaha.* Stridor, sonus, vocabulum.

N.° CXXV.

Pag. 192, *lin.* 10 : ô domine aquæ vitæ ....

Ad *nil kanteh*, suprà, *p.* 622, explicatum, cui τῇ *amortam*, aquæ vitæ, productio, occasionem dedit, rationem habet istud attributum.

Pag. 194, *lin.* 7 : plures .... in gutture.

Diversi *Roudri*, cum colore ei proprio, aut alio, etiam in gutture.

Pag. 196, *lin.* 10 : SCHAT ROUDRI.

Hoc in *Oupnek'hat* 292 *humilis submissio* (*tawazzoo*), cum attributo singulari. Proindè, non propriè sed generaliter *centum* intelligendum.

Digitized by Google

Vera *Litania*, quæ Mohammedanorum Orientalium et Occidentalium ejusdem generis precibus, et indè Europæorum occasionem dederit.

Quidquid fuit, est, futurum est, possibile, non ens, agens, materiale, extrà hominem, per partes enumeratur, τὸν *Roudri* esse dicitur : ei formatio, protectio, destructio naturæ, bona, mala tribuuntur. Unus ergò *Roudri*, Ens universale, absolutum, ut et particulare.

Hoc *Oupnek'hat* formula precatoria systematis Indici rectè dici queat.

OUPNEK'HAT 20.^m^, DJOG SANK'HA.

N.° CXXVI.

Pag. 197, *lin.* 2 : DJOG SANK'HA.

Samskreticè, *djog*, è duobus unum efficere (*suprà*, *T. I*, N.° *II*, *p.* 12) : *sank'ha* (*suprà*, N.° *CXX*, *p.* 162) : recessus, secessus in secreto.

Lin. 13 : *padam asn.*

Id est, pede (talo) in anu (posito); quod fit, quandò (*arbee*) quatuor genibus, id est, super duo genua, et podice duobus innixo, homo sedet, altæ Entis supremi meditationi deditus.

Lin. 16 : extremitatem nasi ....

Praxis illa τῆ *Anbert kand*, versione Arabicâ, à doctissimo DE GUIGNES [1], in *Mémoires de l'Acad. royale des inscript. et bell. lettres* (*T. XXVI* [1759], *p.* 793), sic refertur : « Celui qui « regarde attentivement, de ses deux yeux, l'extrémité de son « nez, en prononçant ces mots, *Dieu est puissant*, ne peut être « détruit par aucune chose, et parvient à voir la divinité. BERNIER,

1. Vide *infrà*, SUPPLEMENTUM, N.° *III*.

Digitized by Google

« dans ses lettres sur l'Indoustan [1], a rapporté cette pratique, « et il ajoute qu'il faut s'y préparer par un jeûne austère, et « se renfermer dans un lieu écarté (le *schank'ha* de l'*Oupnek'hat*). »

Quod si liber *Anbert kind*, qui, ut mihi dixit D. DE GUIGNES, 20 fol. constat et cum opere Persico bibliothecæ regiæ compactus est, in manus meas incideret, totum latinè versum, lectori offerrem. Interim epitome à D. *de Guignes* diligenter et accuratè factum, attentè legenti, operis cum τῷ *Oupnek'hat* conformitas apparebit.

Verba (*p.* 798-800) relata, sunt Samskretica : *Oum*, nomen Dei ; *Rahin*, *Naraïn* ; *Berin tesrin*, *Beschn*, *Roudr*, vel, *tisraha*, tertius ; *aï*, *aïschan*, dominus ; *yarm* (*kian*), doctus, scientia ; *hanscha*, *manscha*, *hens*, anima, *mànscha*, hominis. Hoc merum est *kalmeh* unificationis, quemadmodùm illud quod *N.° CLXII*, *p.* 355-357, traditur et exponitur.

1. Ipsa celeberrimi viatoris verba lectori similitudines comparare studenti hîc offeram. De *perfectis Jauguis* loquens, „Ce sont gens, inquit BERNIER (*lib. cit.* „ *T.* 2, *p.* 126-128), qui ont entièrement abandonné le monde, et qui se retirent „ d'ordinaire à l'écart dans quelque jardin fort éloigné, comme des hermites, sans „ jamais venir à la ville. Si on leur porte à manger, ils le reçoivent ; sinon, on „ dit qu'ils s'en passent, et on croit qu'ils vivent de la grâce de Dieu dans les jeûnes „ et dans les austérités perpétuelles, et surtout abymés dans la méditation : je dis „ abymés, car ils se poussent si avant là-dedans, qu'ils passent des heures entières, „ ravis en extase, leurs sens externes sans aucune fonction, et (ce qui seroit admi- „ rable, s'il étoit vrai), voyant Dieu même comme une certaine lumière très- „ blanche, très-vive et inexplicable, avec une joie et une satisfaction non moins „ inexprimables, suivies d'un mépris et d'un détachement entier du monde, s'il „ est vrai ce qu'un d'eux, qui prétendoit pouvoir entrer dans cette extase et y „ avoir entré plusieurs fois, m'en disoit ..... Ils prescrivent des règles pour se „ lier peu à peu les sens ; car ils disent, par exemple, qu'après avoir jeûné plu- „ sieurs jours au pain et à l'eau, il faut premièrement se tenir seul dans un lieu „ retiré, les yeux fichés en haut quelque temps sans branler aucunement, puis „ les ramener doucement en bas, et les fixer tous deux à regarder en même „ temps le bout de son nez, également et autant d'un côté que de l'autre (ce qui „ est assez difficile), et se tenir là, ainsi bandés et attentifs sur le bout du nez, „ jusqu'à ce que cette lumière vienne. ....."

Digitized by Google

Pag. 198, *lin.* 4, 5 : [os] (*spina*) ... *sak'hemna.*

Hîc vena *sak'hemna* est *medulla spinalis*, quæ, per dorsi vertebras, à capite ad infimum corporis, *os sacrum*, protenditur.

Lin. 12, 13, 19, 20, 21, 22 : discum solis .... in disco solis foramen .... vena *sak'hemna* .... cerebrum .... *Djibril* (*Gabriel*).

Suprà, N.° *CXVII*, *p.* 154 : sol in medio est *nilouferi*, quod in capite. Ex eo τῷ *pran*, viâ *sa'khemena*, per cerebrum exeunte, homo, qui corpus veluti domum considerans, de eâ meditatus, lumen cordis, interius, formam Lucis-Entis sciens, beatus effectus est, ad *Brahm lok*, locum *Gabrielis* ab interprete Persico redditum, pervenit.

Hac *domûs* metaphorâ corpus hominis merum esse instrumentum, merum animæ, entis supremi habitaculum, expressè statuitur.

Equidem eum qui nasi cuspidem, duobus oculis simul collineantibus, longo tempore intuetur, quasi amentem evadere, et aliquid luminosum, volitans se videre, agentibus imaginatione et visûs organo, arbitrari verum est.

Quidquid sit de istius praxis modo et effectu, eam, et similia, à materiâ, in quâ nimiùm Europæi immerguntur, Indos certum est amovere. Diutiùs, heu! corpori, rebus sensibilibus servitum; ad spiritualia, si brutis anteire cupimus, redire jam tandem tempus est. Externa quædam oculos percellent, sed quàm vacua, vana, futilia! Sic, verbi gratiâ, in republicâ, non ille primus, qui omnium caput populi suffragio electus, muneribus onustus, cum magnâ bellicæ et politicæ virtutis laude, cæterorum dominus et servus, humanorum affectuum motu agitatus, cuncta possidens et semper egens, procelloso publicorum eventuum mari invectus, fortunâ, hominum fide dubiâ, in perpetuo rerum temporalium turbine, vix mentis unico momento compos, inter spem et timorem, gaudia et luctus, proximis, amicis haud tutè fidens, nec dormiens nec vigilans, incertos et nebulosos dies ducere cogitur. Primas tenet qui sui juris, politicè nullus, omnibus immunis, mente liberâ, corpore subacto, sensibus subjugatis, hominum stultitiæ spectaculo fruitur, et, ab eorum aggressione, fortunæ ictibus nihil formidans, in secessu, spiritualium, cœlestium rerum meditationi intentus, solus, parvo contentus, placidè vitam agit.

Digitized by Google

Pag. 199, *lin.* 1, 3 : *Pradjapat* dicit ... hujus *schoghl* ... perveni.

Vide suprà, *T. I*, N.° XXXIX, *p.* 122 : *Haranguerbehah maschghouli* virtute *djiw*, *deïouta*, factum.

OUPNEK'HAT 21.^m^, DJOGTAT.

N.° CXXVII.

Pag. 200, *lin.* 2 : DJOGTAT.

Samskreticè, *tatt*, res, ens, materia; id est, res principalis, substantia τῆ *selouk*, unionis (*djog*).

Ibid. lin. 10, 13, 16, *ultimâ*; *pag.* 201, *lin.* 2, 4, 5, 6, 7; *Djogui Beschn* ... *maïa* ... magna est ... lux, *Beschn* est ... rursùs ... intrare in illam januam ... matrem ... uxorem ... filium .... filium patris .... pater filii .... hydriæ ....

Novus entium unitatem exprimendi modus. *Beschn*, unicus, lux magna hominis, errore τῆ *maïa*, producere creditur. Homo, è ventre egressus, quandò cum uxore coit, cum matre rem habet : filius, pater patris; pater, filii filius est : omnia, ut situla gyrant, permutari videntur, et reverà idem sunt.

Pag. 201, *lin.* 15, 16, *ultimâ* : ipsis his tribus litteris .... quod *Oum* .... tribus litteris (*hoc*) est.

Omnia, in mundo, quæ numero tria, tribus τῆ *Oum* litteris comprehensa.

Pag. 202 : *lin.* 4 : *pram pad.*

Samskreticè, *pram*, magnus; *pad*, casus.

Lin. 15, 26 : Et è τῷ dicere litteram primam .... solis est.

Pronunciationis nominis *Oum*, per tres litteras, gradatim, successivè effectus major. 1.° Cor purum. 2.° Idem expansum. 3.° Sonus interior promit. 4.° Corde destructo, homo fit ipsa lucis forma.

Digitized by Google

Pag. 202, *lin. ultimâ; pag.* 203, *lin.* 1, 15, 17 : in corde non potest facere, in medio cerebri .... cor, et *pran*, et *djiw átma* unum .... inter duo supercilia ....

In corde, vel cerebro inter duo supercilia, ens lucidum sibi repræsentare, nempè, cor, *pran* et *djiw átma*, summum bonum, omnis felicitatis fons et origo. *Pran*, in cerebro, ut et in corde, quemadmodùm suprà (*N.° XCVIII, p.* 40) dictum.

Pag. 203, *lin.* 2 : novem portas ....

Altera praxis corporea, sensuum retentione profundæ meditationi auxilium præstans : omnes corporis exitus obturare, non respirare, quasi non existere.

Lin. 8 : *Khing* magnum est.

Samskreticè, *kin*, quid (quid magnum).

OUPNEK'HAT 22.^m^, SCHIW SANKLAP.

N.° CXXVIII.

Pag. 204, *lin.* 2 : SCHIW SANKLAP.

Samskreticè : *schiw*, *Roudr*, destructor; *lingam*, cognitio; *Sanklap* (*T. I, N.° II, p.* 12), aggressio operis, firmum propositum.

Lin. 4, 5, 7, 8, 9, 10, 12, *penultimâ; pag.* 206, *lin.* 1, 5 : Cor, in tempore vigiliæ .... sensus .... non perveniunt .... lumen magnum ... tempore somni ... lumen faciens ... sensibus ... principium omnium sensuum est ... hujusmodi cor ... sciens compendiatum ... in medio pectoris ... senex non fit ...

Cordis elogium in formâ *litaniæ*. Ejus operationes; omnes sensus illuminat, eorum est principium; in vigiliâ et somno, quò sensus non vadunt, pergit; lux fit, semper nova; principium, causa omnium, mentis, corporis, mundi operum, in medio pectoris residens : cuncta, in eo, cessant; ipsum sine cessatione.

Pag. 205, *marg. N.° XXXII, lege, T. I, N.° XXXII.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 23.um, ABRAT (ATHRB) SAK'HA.

N.° CXXIX.

Pag. 207, *lin.* 2 : ATHRB SAK'HA.

Samskreticè, τῆ *Athriaï sak'ha*, τῆ *athriaï* amicus. Vel, *schamkouhou*, secretum.

Lin. 4, 6, 14; *pag.* 208, *lin.* 27; *pag.* 209, *lin.* 5, 8 : *Pilad*, et *Ankra*, et *Santkamar* (*suprà*, *T. I*, N.° XVIII, *p.* 65) ... *maschghouli* ... pedes habet ... *narandji* (*citrini coloris*) ... et τὸ *nim matraï* quartum ... omnibus coloribus ... τὸν *porschi* ... omni loco plenus est ... sciat.

Nominis *oum*, primùm ab omnipotente pronunciati, per quatuor pedes, seu litteras, et diversa entia, varios colores etc. fusa expositio.

Pag. 208, *lin.* 22, 24, 25 : *Brahma* .... *Djibril* .... in eo deleta sint .... *vrath.*

Rursùs *Djibril*, *Mikail*, *Asrafil*, ab interprete Mohammidano, quasi *Brahma*, *Beschn* et *Mehisch*, præcipui Indici systematis *Deioutaï* adhibiti; hæc tria agentia, in quarto τῆ *Oum* pede annihilata. Mensura, ibi memorata, *vrath*, persona universalis (*suprà*, *T. I*, N.° II, *p.* 9).

È mysticâ istâ explicatione sequitur, τὸν *pram' átma*, *porschi* esse, omnia loca implentem, omnibus coloribus præditum, in quo tria pluriès laudata agentia confunduntur. Indus ibi, quid de *Oum* meditando, sibi animo repræsentare debeat, perspicuè edocetur.

Lin. 11, 12, 18 : et modus τῆ pronunciare *oum* ... *matra* ... *mad* ... adhuc venit. (*O ravesch khandan oum ke be se* (3) *matrast iaani se* (3) *mad* [*bedin ast*] *madi ke dar ou iek mad tamam mischavad matrast o moddat mad awelra*

Digitized by Google

ke mokarrer sazad iaani be dou mad bekhanad dou matrast ve iek mad diguer ke baran biafzaïad se (3) *matra tamam mischavad o dar zzamen in se* (3) [*mad o*] *matra tschaharoum niz darmiâïad.*)

Hic expressè et lucidè *mad* à *matra* distinguitur; et tamen *matra* dicitur; quoniam, unum, duo, tria *tempora*, quasi tres voces, tres litteræ breves aut longæ concipi possunt; quod in nominis *Oum* pronunciatione locum habet.

Quod hac de re in eruditi HALHED Code's of Gentoo laws preface legitur (*p. XXIV*), hîc juvat apponere.

« In the four Beids (the original and sacred text of the great « Creator and legislator Brihmā), the length of the vowels is de- « termined and pointed out by a musical note or signe, called *mā- « trāng* (implying an whole tone), which is placed over every « word; and in reading the Beids these distinctions of tone and « time must be nicely observed: the account of this modula- « tion, as given in the Shanscrit grammar, called *sără sootee*, « is here translated.

« The vowels are of three sorts, short, long, and continued « (or, to use a more musical term, holding). The *chash* (small « bird, peculiar to Hindostan) utters one *mātrāng;* the *crow*, two « *mātrāngs*, and the *peacock*, three *mātrāngs;* the *mouse*, half « à *mātrāng*. One *mātrāng* is the *short* vowel, two *mâtrāngs*, « the long vowel, and three *mātrāngs*, the continued: a con- « sonant without a vowel has the half *mātrāng*. These vowels are « again to be distinguished by a high note for the one *mātrāng*, « a low note, for the two *mātrāngs*, and an intermediate or tenor, « for the three *mātrāngs*, either with nasals or gutturals. « *Ēe, ēi, ō, ōu*, are diphtongs, and cannot be short; but these « four, together with the other five, *e, ĕe, ŏo, rĕe, lĕe*, are to « be taken as vowels. »

Digitized by Google

Mâtrang (*matra*), de quo hîc agitur, nihil aliud est quàm *mad τῦ Oupnek'hat.*

Pag. 209; *lin.* 22, 24, 26, *penultimâ, ultimâ : τὸν pran ... pranou .... prali .... (annihilans) ....*

Sequitur diversorum *τῦ Oum* nominum explicatio.

Observandum autem, nomini tetragrammato *Jehova,* quatuor litteris constanti, quidquid hîc de *Oum* variis denominationibus, Angelis, et aliis rebus Indicæ relligioni propriis dicitur, æquè pósse convenire.

Pag. 210, *lin.* 9 : *tschetordhâ.*

Samskreticè, *tschouete,* quatuor latera.

Lin. 10 : nomine nomine magno; *lege :* nomine magno.

Lin. 11, 12, 13, 14 : et tres *Fereschteha* ... tres qualitates ... *Brahma .... Brahm ....* sunt.

(*O se* (3) *Fereschtehhaï bezorg* [*ke*] *mazzher seh* (3) *sefet bezorg and keh Brahma o Beschn o Mehisch baschand ba Brahm ke paeda konendeh hameh ast dar in and*).

Hoc in textu tria prima secundi ordinis agentia simplices *qualitates* (*sefet*) declarantur.

Pag. 211, *lin.* 11, 12 : Et illud, quòd in quibusque quatuor litteris est, et in unâ litterâ etiam illarum quatuor est. (*Ve ántscheh dar har tschahar haraf ast dar iek haraf ham án tschahar ast.*)

Unitas in quaternitate, quaternitas in unitate.

Lin. 21 : *Haranguerbehah,* quòd collecti omnes *pranha* est.

Suprà (*T. I, N.° II, p.* 9) : *Haranguerbehah* collectio est elementorum simplicium; hîc, ipsi *pranha :* proindè elementa simplicia et *pranha* unum sunt.

Ibid. lin. 24, 25, *ultimâ; pag.* 212; *lin.* 3, 5, 6 : in principio *nad ....* in *anahed* deletum .... *Brahma ....* productum faciens .... *aschir* .... efficiatur.

Digitized by Google

Nad, sonus *ghouneh* (*suprà*, N.° CXXVII, *p.* 202), in quo, ut in *anahed*, gaudio magno, Ente supremo, omnia annihilantur. Suprà (*p.* 208), per illud, homo Ens unicum, undè ortus est, tria agentia primaria, cuncti *Deioutaï*, factum, faciens, dominus omnis rei est.

Pag. 212, *lin.* 5 : *aschir.*

Samskreticè, *áschâryaha*, magister in quacunque professione : *áschâryam*, pater, vocabulum honoris. *Schir*, caput.

OUPNEK'HAT 24.me, ATMA.

N.° CXXX.

Pag. 213, *lin.* 2 : ATMA.

Samskreticè, *átma*, vel *kschitragnaha*, anima sensitiva, anima spiritualis, vita, ens vivens.

Ibid. lin. 4 : *Ankraï.*

Idem, qui ANKRA (*suprà*, *T. I*, N.° LXXX, *p.* 375; *suprà*, N.° CXXIX, *p.* 207) : et sic eadem semper doctrinæ Indicæ per eosdem et solos doctores, à primis temporibus, constans traditio.

Ibid. lin. 5, 6, 8, 15; *pag.* 214, *lin.* 5, 14, 16, 20, 21; *pag.* 215, *lin. penultimâ* : *porsch* .... *átma* .... *átmaï* r̃ *extrà* .... *átmaï* r̃ *intrà* .... *Pram átma* .... obtentum non fit .... non potestas videt .... pedem non habet .... *átma* illud dicunt.

Sub *átma* nomine natura omnis speciatim per partes exhibetur.

Atma externus, quidquid in corpore est, illud constituit, è quo constat : *átma* internus, quinque elementa, quod in corpore agit, sentit, animæ actiones corporeæ, spirituales : *Pram átma*, Ens supremum, quod solâ duorum *átma* cognitione, obtentum : ejus essentia, qualitates infinitæ, quæ corpore cognosci nequeunt.

Pag. 214, *lin.* 6 : octo *rang* .... r̃ *djog.*

Suprà (N.° CX, *p.* 106), octo r̃ *selouk* partes, conditiones

Digitized by Google

numerantur, quæ reverà ad sex reducendæ (*suprà, T. I, N.° LXXII, p.* 338). *Djog*, de quo hîc agitur, à *selouk* diversum non videtur.

Pag. 215, *lin.* 7, 8, 9, 20, *ultimâ; pag.* 216, *lin.* 13: vasis terreis .... aureis .... frustis (panni) unum filum .... tu et id .... *maïa* .... ostendit.

Lucidiùs emanatio exprimi, declarari non potest. Ex unâ materiâ diversa vasa conficiuntur; quæ, iis fractis, non fractis, eadem semper est, remanet. Et reapsè vasa illa, licet formâ differant, singulatim appareant, nihil aliud sunt quam ista materia diversè configurata. Idem de *âtma* universali dicendum, sese per *âtma* particulares exerente, monstrante, varias formas ostendente, sed subtantialiter, in se, uno ente, cujus entia ista apparentia, isti *âtma*, sunt modi, accidentia, figuræ. Error è *maïa* oritur: quo pulso, differentia inter hominem et *âtma* evanescit. Homo seipsum *âkasch* scit, et verè tunc *âtma* efficitur, evadit.

Huic materiæ diutiùs immorari, nihil rei luminis afferret. Meditatione solâ (si unquàm!) potest apprehendi: dummodò mens, absolutâ unitate territa, quasi fatiscens, cùm entia singularia oculis videt, sensibus instructa percipit, ad concludendum è perceptione externâ actum externum, ex actu perceptionem, vel ad omnia ista mera animi figmenta reputanda non feratur.

Rebus externis, sensibilibus, quasi existentibus, vita hominis, entium ratione præditorum, his in terris, societas innititur. Quidquid sit, ad hujus opinionis normam agendum est; quemadmodùm, Deo supremo omnia providentiæ nutu dirigente, homo nihilominùs, tanquàm si solus, à se, operaretur, debet se gerere.

In materiis istis speculari et agere sunt valdè diversa. Unum alterius normam credere, orbis ordinem esset intervertere.

Sic ratiocinatur (rectè an falsè?) sapiens Indus.

Digitized by Google

In quo leges, mores, consuetudines ad apparentias rationem habent, quisque, societatis vinculo obstrictus, parere tenetur. Nullum ergò ex his conceptibus, in mente sanâ periculum, quamvis communibus, rudibus hominum ingeniis, *Oupnek'hat*, scilicet secretum abscondendum reverà sit.

OUPNEK'HAT 25.^m, BRAHM BADIA.

N.° CXXXI.

Pag. 217, *lin.* 2: BRAHM BADIA.

Id est, *rẽ Brahm* cognitio. Samskreticè, *badia*, scientia.

Lin. 6, 7, 10, 13, 23, 24; *pag.* 218, *lin.* 4: *Brahm badia* ... *Brahma*, et *Beschn*, et *Mehisch* .... tu id fis, *Pram Brahm* (*illud*) dicunt .... quòd *Oum* sit.

Entis supremi, unici, in quo tria prima agentia prodierunt, in quo annihilantur, cognitione, quæ *rẽ Oum* cognitio est, homo *átma* ipse evadit, distinctio inter creaturam et Creatorem tollitur. Seipsum *átma* scire, systematis Indici fundamentum mille modis in *Oupnek'hat* exhibitum.

Pag. 218, *lin.* 10, 11; *pag.* 220: (*hoc nomen*) est (*idem cum nominato*).

Nomen Dei; litteræ tres, quæ hujus nominis corpus; hæc eadem ac Deus ipse. Magni illius nominis elementa; diversæ universi partes ad quas referuntur; locus *rẽ nim matraï*, in corpore hominis; quomodò nomen illud, à sono alto ad gravem sensim descendendo, pronuncietur; hoc nomen è *Brahm* egressum, in eum ingressum, in eo annihilatum; illius *Brahm* cognitio hominem sine cessatione efficiens: hæc omnia, distinctè et clarè enunciata, meditationi Indi commendantur, et eum cum universâ naturâ, tribus primariis agentibus, elementis, cœlis,

Digitized by Google

libris *Beid* coadunant. Magnum spiritualitatis Asiaticæ mysterium; undè ultimò exsurgit totum istud agentium, elementorum etc. ædificium, esse ipsum primum unicum ens, ad illud ducere, et ob illud tantùm excogitatum. Deus, ens universale : nihil extrà, nihil ultrà. En verum mysticitatis Indicæ, omni modo versatæ, systema; cujus expositio, licet quandoque modo abstrusiore tradita, at figuris, comparationibus illustrata, à remotissimis temporibus pii et eruditi Indi spiritualitati novum semper præbet alimentum.

OUPNEK'HAT 26.^m, ANBRAT BANDEH.

N.° CXXXII.

Pag. 221; *lin.* 2 : Si legitur *amrat bandeh*, levi litteræ mutatione, erit, samskreticè, immortalitatis vinculum, quod respondet τῷ *gutta aquæ vitæ* (*kattreh âb hiat*), vel *bandhana*, viscositas.

Ibid. lin. 11 : Volitio cordis, causa capturæ est; et τὸ deesse volitionem cordis, causa liberationis (*Khaesch del sabab guereftar ist ve aadam khahèsch del baeets restegari*) : sublimis Indorum doctrina, solatium animæ mœrenti offerens!

Dùm sub extraneorum *Mogols*, *Soubahs*, *Nababs* etc. militari et fiscali imperio, munia obeuntium numero, stipendio, fastu miserè vexatus gemit indigena; dùm sequestrationes proscriptionum obtentu, proscriptiones sequestrationum causâ prolongantur; dum novi *Verres* amicorum, sociorum, etiam civium spolia, sicut ex hoste sumpta, urbium, hortorum ornamenta vi capta coacervant, fastuosè ostentant; dùm à civibus, quasi hostibus debellatis, gravissima, in bello, in pace, sub executionum militarium pœnâ exiguntur, earumdem metu invitè solvuntur vectigalia; dùm relligionis dissentionum sedendarum prætextu, novum *Zenonis Henoticum*, nova *Heraclii Ektesis* cum generali et sævâ reluctantium insectatione, oppressione, publicatur; dùm probi

Digitized by Google

et graves senes tenui vestitu, habitu à protervis excubiis è locis, hortis publicis probrosè ejiciuntur, expelluntur; dùm operosa et histrionica, absque ullâ Dei, relligionis, et sanæ moralis mentione, puerorum adhibetur institutio; dùm rupto conjugali nexu parentum tranquillitas, felicitas, liberorum, familiæ securitas tollitur, evanescit; dùm bellicâ in æternum juventutis conscriptione, ejusque arbitrariæ executionis formidine, artium, scientiarum studium impeditur, labefactatur; dùm agricultura, artis opificia, commercium, res navalis, coloniæ negliguntur, et imperii reditus ad militares sumptus, exercitia, ad festa, ludos, *illuminationes, convivia,* annonâ gravi, erogantur; dùm tutè, securè, prætensis conspirationibus detentionis ansas dantibus, vitam agere vix licet: in hac omnium principiorum, ordinis civilis, humanæ societatis subversione, alii, vitæ tædio, aut liberorum educandorum, familiæ alendæ difficultate territi mortem sibi consciscunt; alii sub ferreo et arbitrario regimine collum incurvantes, vili, abjecto animo, munera ambiunt, ærarium publicum petitionibus obsident, soli quæstui vivendi studio, *ventres,* nomine et re, attenti: Indus autem sapiens, cor volitionum expers tenere à tenerâ ætate edoctus, bonam et malam cœli temperiem æquo animo ferre novit, duobus aut tribus oryzæ pugillis vitam sustentans; et ad nihilum, Entis supremi profundâ meditatione, solò intuitu, quasi redactus, mortem, si necesse est, perfectæ liberationis metam, quemadmodùm longâ tempestate actus salutis portum, placidè operiri, infirmitatis humanæ solidum ducit adjumentum et sustentaculum.

Pag. 222, *lin.* 3, 4, 6; *pag.* 223, *lin.* 14, 16, 19, 20, 21: *Âtma* cum cognitione (*in cognitionem*) non intrat; .... è cogitatione superior .... est, quòd cum cogitatione non intret; ... resurrectio .... productio .... perire (*destructio*) non est ...

Digitized by Google

liberatio etiam non est .... apertio .... unificationis, ipsum hoc est.

Verum unificationis initium, nihil de ullâ re affirmare, negare: nec, est, vel tale, vel non, dicere; utrinque enim probationis, negationis argumenta. In istâ perplexitate, ipsa unitas : ubi enim omne est, cùm adversantia, quæ sese excludunt, sint, nihil etiam est; et ubi nihil, ens etiam est. Subtilis ratiocinatio, sed, si attentè perpendatur, certa.

Pag. 222, *lin.* 12, 13 : Illum *átma* talem (*homo*) sciat, quòd ratio (*relatio*) ejus cum omni æqualis est : et in culice et elephante æqualis est. (*An átmara tschenan danad ke nesbat ou be hameh masavist dar pescheh o fil masavist.*)

Clariùs æqualis in omni ente *τῦ átma* participatio, diffusio exprimi non poterat. In culice, in elephante, *átma*, vita, ens æquale, quoniam nihil extrà *átma* : *elephas* et *culex* simplices apparentiæ.

N.° CXXXIII.

Pag. 223, *lin.* 24, 25; *pag.* 224, *lin.* 15, 16, 19, 20, *penultimâ, ultimâ* : *átma* .... (*in*) uno statu est .... *átma* .... lunæ, quòd una est .... (*aer*) .... omnibus lagenis plenus est .... separatum quid esse lagenas .... frangere ....

Novus *τῦ átma* unicitatis probandæ modus. In quatuor statibus hominis, unus, quemadmodùm una luna, etsi multiplex in vasis plurimis videatur. Aer lagenas replens, è loco lagenis motis, separatis, fractis, ipse unus non movetur, non frangitur, idem omninò est.

Pag. 224, *lin.* 13, 14 : in omnibus corporibus subtilibus et crassis, (*et*) omnibus animantibus (vel, crassis omnium animantium), ipse ille unus *átma* est; id est, una anima est. (*Dar djamiee*

Digitized by Google

badanha lattif o kasif djamiee djandaran haman iek âtmast iaani iek djan ast.)

Una anima in omnibus corporibus, animantibus, iis vitam dat, ea movet, ea ipsa est. Omnia unum, etsi separata appareant. Animæ universalis clara et lucida declaratio.

Pag. 225, *lin.* 10; ipso hoc, *lege :* ipsâ hac.

Ibid. lin. 10, 11 : *maïa* .... nomen et figura est.

Maïa nomen rerum et figura ; id est, apparentiæ, formæ, cùm præter unum ens in se nihil verè sit.

Lin. penultimâ, ultimâ : hoc vocabulum præterit ... et sensum hujus vocabuli sumit, *Brahm* fit.

Magni Dei nominis meditatione, inprimis mente, nihil pronunciando, homo *Brahm* ipse efficitur. Equidem, quandò sensibus silentibus, mens in profundâ Entis supremi cogitatione absorpta, absque vocis, verborum medio, ejus essentiam placido intuitu contemplatur, quasi extrà se exiens, ad superiorem regionem elata, nihil jam patiens humani, in Creatoris sinu quiescens, novam naturam veluti induit, in objectum suum transfunditur, humanis exuviis relictis, divinum quid evadit, cùm facultatis et actûs spiritualis ad objectum ratio aliquam naturæ identitatem supponat. [1] *Faciamus hominem, ait ipse Deus, ad imaginem et similitudinem nostram* ....

Et creavit Deus hominem ad imaginem suam : ad imaginem Dei creavit illum.

Pag. 226, *lin.* 14, 15 : Via magna illa est, quòd mentionem faciens et mentio, et memoratum unum fiat, et separatio (*differentia*) è medio surgat (*evanescat*), purus (*solus*) *Brahm* rema-

1. *Va iomer Elohim naaseh adam betsalmenou kedmoutenou* .....
Va ibra Elohim et haadam betsalmo betshelem Elohim bara oto. GENES. I, 26, 27.

Digitized by Google

neat. (*Rah kalan ân ast ke dzakr a dzekr a madzkour ieki schavod o djoudaï az mian barkheizad mahazz Brahm bemanad.*)

Homo, sui ipsius oblitus, mentis actui, in meditatione, non attentus, ens unicum puro et fixo spirituali oculo tranquillè considerans, eo immersus, illud ens fit, ut jam dixi, tribus, scilicet, meditante, meditatione, meditationis objecto, unum effectis.

Sublimis conceptus, tranquillis, et corporis curâ liberis *Brahmanum* ingeniis apprimè conveniens; at Europæ vel sensibilium luto infixæ, vel perpeti rerum turbine abreptæ judicio, delirans planè et fanatica imaginatio.

Sic quisque, pro captu, quod nescit aut scire non valet, aspernatur vel laudat, damnat vel approbat; et sententiâ latâ, quasi solum jure sibi proprium possidens, nemo retrorsùm vult regredi, ad se redire, in se descendere, et præjudicatis opinionibus silentium imponens, rem denuò tentat expendere.

N.° CXXXIV.

Pag. 226, *lin.* 20, 22, *penultimâ, ultimâ; pag.* 227, *lin.* 1, 2, 3, 4 : *âïat* unificationis et secretum tegendum est; iteratâ (*vice*) cum intelligentiâ acri, et cautione (*attentione*) absolutâ (*homo*) videat, et intelligat; et cum probatione .... ingeniosâ .... et narratâ .... certam scientiam ut ostendit, sciat, quòd ego *Brahm* sum, et omne *Brahm* est. Hoc ut scivit, et hanc [cognitionem] acquisitam ostendit, omnes libros, omnia opera derelinquat. (*Aiat tohid o sar poschidani ast mokarrer beh fehem teiz ve hoschiari tamam bebinad o befahmad o bedelaïl aakeli o nakeli iekin namoudeh bedanad ke man Brahm o hameh Brahm ast inra danesteh ve inra hassel namoudeh hameh kitabha ve hameh aamelha begoudzarad.*)

Indi fidem, etiam in mysterio, quod mentis captum videtur

Digitized by Google

superare, spissâ caligine tecto, intelligentiâ, criticâ, judicio, expositione nixa, certa scientia comitatur : quippè quæ rectè pensata, suo loco adhibita, limitibus quæ iis conveniunt restricta, nedùm sibi invicem adversentur, mutuum sibi præbent auxilium, mutuam lucem afferunt. Audito S. PAULO, urbis *Berææ* Christiani sedulò scripturas evolvunt, scrutantur, novum indè lumen, quo eorum fides magis stabiliatur, hausturi.

[1] *Hi* (Judæi *Beroenses*) *erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ : qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidiè scrutantes scripturas, si hæc ità se haberent.*

Sapiens Indus scientiam perfectam adeptus, id est, qui se Ens supremum esse indubitanter, apprimè novit, libros et opera missa faciens, uni suæ cognitionis objecto, unico, incessabili mentis actu, astrictus, devinctus hæret. Hoc perfectionis culmen attingere possunt pauci spirituales : undè nihil de præcepto, de praxi in se *sub*-periculosâ metuendum.

Pag. 228, *lin.* 7, 8 : *Bas diw* ego sum .... magnus *τῶν Fereschtegan* ....

In MAHABAR. 12 *Porb. part.* 2, *fol.* 538 *recto* : *Basou*, Creator; ID. *fol.* 560 *v. Basdiw*, rex mundi.

Hoc ens à *Bas diw*, *τῇ Keschn* patre (*suprà*, *T. I*, N.° LXXVI, *p.* 361, *not.* 1), distinguendum.

OUPNEK'HAT 27.um, TIDJ BANDEH.

N.° CXXXV.

Pag. 229, *lin.* 2 : TIDJ BANDEH. —

Samskreticè, *tejorrvâ*, homo lucidus, illustris, clarus.

---

1. οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως. ACT. APOST. XVII, 11.

Digitized by Google

Pag. 229, *lin.* 5, 6, *maschghouli*, ens est.

Maschghouli est ipsum Ens supremum, et *maschghouli* (meditatio) de illo ente.

Ibid. lin. 15, 23, 24 : Primùm .... super τὸ comedere escam .... (*aliud*) à beneplacito et servitio directoris petitum .... non sit.

Indi, qui cum fructu de Ente supremo meditari vult, qualitates, virtutes, debitâ submissione directori terminatæ.

Lin. 25, 27 : tres portæ .... derelictio .... conatus .... fides cum .... directore.

Derelictio est propriè status, gradus τῆ *Saniasi;* conatus, gradus τῆ *Vanperest*, τῆ *Guerhest;* fiducia in directore, gradus τῆ *Bramtschari* : verùm in quatuor statibus tres istæ portæ pio Indo viam cœli aperiunt.

Pag. 230, *lin.* 1, 6, 9, 25, *ultimâ*; *pag.* 231, *lin.* 17 : *Djiw átmaï*, quòd *hens* .... præsens et nutriens .... *Beschn*, is est, et tres (3) oculos habet .... *Brahm* est .... *átma* is est, et *maha ákasch* .... sciat.

Τῆ *djiw átma hens*, qui verè *átma*, *Beschn*, tres oculos habentis, proindè *Roudr* (*suprà*, N.° CXVII, *p.* 154), *Brahm*, *Maha ákasch*, omnibus Entis supremi positivis et negativis qualitatibus, attributis, descriptio.

Pag. 231, *lin.* 18, 25 : Cuicunque cupiditas non sit ... illum *Brahm* magnum obtinet.

Ad obtinendum Ens supremum dispositiones requisitæ, absolutam includunt animæ et corporis subactionem, cunctorum affectuum, quibus homo, percipiendo, volendo, sentiendo, moveri solet, perfectam liberationem.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 28.um, KARBHEH.

N.° CXXXVI.

Pag. 232, *lin.* 2 : KARBHEH.

In MAHABAR. 12 *Porb. part.* 2, *fol.* 559 *v. garbeheh,* id est, *rò tschak* (*djak*) in medio tuî est.

Samskreticè, *garbhaha*, equa plena; *garbhini,* mulier prægnans, ipse fœtus.

Hujus *Oupnek'hat* sensus sat clarus est. Verùm, ut medicinæ et chirurgiæ veteris aut externæ periti, Indicam cum recenti conferre queant, textum totum *Persicè*, caracteribus Europæis, cum brevi rerum indicatione, hîc dare, ut Indicæ historiæ naturalis specimen, ab re haud esse opinor.

Solis Anglis vocalium differentia difficultatem parere poterit; cùm autem duo exemplaria pretiosi illius operis penès se habeant, pronunciationem et versionem meam cum textu caracteribus Persicis scripto, comparare amabunt linguarum Orientalium scientes et gnari.

Textum integrum iisdem litteris, quemadmodùm *Institutes political and military, written originally in the Mogul language, by the great* TIMOUR .... *translated into Persian .... anno* 1783, ediderunt, orbi erudito offerre, gente opulentâ, sagaci, omnis gloriæ avidâ, ut et textum *originale Samskreticum, Calcuttæ* typis dare, dignum esset incœptum.

Sex *Asiaticarum inquisitionum* [1] tomos, *Calcuttæ* primùm publicatos, diligenter perlegi. Curiosos, *amatores,* sic vocant, inter *Calcuttanos academicos;* criticos verò litteratores, D. JONES

1. ASIATICK RESEARCHES : *or* TRANSACTIONS OF THE SOCIETY *instituted in Bengal, for inquiring into the history and antiquities, the arts, sciences and litterature of Asia. Printed .... from the Calcutta edition. Lond.* (1801), *in*-8.° 6 *vol.*

Digitized by Google

è vivis erepto, video *nullos* saltem perpaucos. *Tentamina*, inprimis quod ad linguas, litteraturam, philosophiam Indicam, eruditos auctores, quibus ad manum docti *Noudia* et *Benarès Brahmanes*, *Pandetan*, tantummodò dedisse certè dolendum est. Τῆ *Oupnek'hat* nomen nullibi apparet, etiam quandò agitur de litteraturâ Indicâ (*T. I*, N.° *XVIII*, *p.* 340-344-355). Fugeritne tot solertes oculos, opus rarum et antiquum, quod mihi ex *Oud* provinciâ, τῷ *Bahar* contiguâ, missum; quod ipse clarissimus D. Boughton Rouse è *Bengalâ* in Angliam attulit, cujusque *specimen* sub nomine: *A prayer .... from a Persic version of* Dara Schekoo, τοῖς *Institutes* etc. by Timour, anno 1783, ad calcem inseruit; academiæ Calcuttanæ, anno 1784, præside D. Jones, institutæ, haud sanè ignotum?

Mirum similiter Anglos τῆ *Bombaye* 22 *Kenericas inscriptiones* [1], nitidè exscriptas, cum accuratâ insulæ *Salcette*, et celebrium *Keneri* monumentorum delineatione et descriptione, nondùm promulgasse. Bellatores subjugant, mercatores acquirunt: et post centum annos non magis quàm initio cognita regio. Hæc indicasse sufficiat.

OUPNEK'HAT KAR (*vel* GAR)BHEH. *Ms. fol.* 175 *r. vers. p.* 232.

Az Athrban Beid Brahm badia keh eelm tohid ast rah schenakhtan hak an eelm badan ensan ast.

Az indjehet hakikat in badan gofteh mischavad.

Elementa et partes corporis humani.

In badan az pandj (5) *tschiz tarkib iafteh ast o hameischah darmian pandj* (5) *tschiz mibaschad o schasch tschiz negahdarendeh ouneid o be schasch* (6) *reisman bastah schodeh ast haft dehat iaani*

1. *Zend-Av. T. I*, 1.re *part. p.* cccxcv.

Digitized by Google

haſt nottſeh darmian oust o seh (3) *khaltt daroust o dou* (2) *djai paedaesch darad o tschahar khorakh darad ve in tschisha dar badan hameh djandaran ast.*

Horum omnium expositio. Quinque res è quibus componitur corpus humanum : terra, aqua, ignis, ventus (*aer*), *bhout âkasch.*

Az pandj (5) *tschizi keh tarkib oust in pandj* (5) *ast ke khak o âb o atasch o bad o* BHOUT AKASCH *baschad khak kedam ast o ab kedam ast o âtesch kedâm ast o bad kedam ast o* BHOUT AKASCH *kedam ast har tscheh dar badan sakti darad ân khak ast o har tscheh ravendeh o djari schavendeh ast ân âb ast o har tscheh garmi darad ân âteschast iaani herarat o har tscheh harkat darad ân bad ast har manſedz khord o kalan ke hast ân* BHOUT AKASCH *ast.*

Quinque res in quibus est corpus : pulvis, aqua, ignis, ventus, *bhout âkasch.*

O pandj (5) *tschizi ke badan daran mibaschad khak badanra negahmidarad o ab khakra khanir* (pag. 233) *mikhonad ve atesch badanra pokhteh o roschan mikonad o bad badanra namou midehed* BHOUT AKASCH *badanra dja midehed tschenantscheh az damidan schischehguer schischah schekem paeda mikonad o pehen mischavad pas dam schischguer bemanzeleh bad baschad ke schiscehra kalan mikonad o manſedzi ke schischehguer az an manſedz damideh o schekem schischehra kalan namuodeh ast an bemanzeleh* BHOUT AKASCH *ast ke djai midehed baraï schanidan âvaz dar gosch dja dadeh ast baraï lamas postra dja dadeh ast tscheh lamaseh az post badan ast o baraï didan schekelha o rang'ha tschaschmra dja dadeh ast o baraï guereſtan mezeh zabanra dja dadeh baraï guereſtan bouha binira dja dadeh ast o baraï guereſtan lezzat eezzou makhsoussra dja dadeh ast o baraï daſee kardan ſassleh makaadra dja dadeh ast baraï ſamidan aakelra dja dadeh ast obaraï khaesch delra dja dadeh ast.*

Bhout âkasch merum organum, instrumentum, cujus ope, medio, intellectus et voluntas operationes suas exequuntur.

O baraï harf zadan gouiaïra dja dadeh ast.

Sex res quæ corpus custodiunt; sex funes quibus ligatur; escæ

Digitized by Google

sunt sex saporibus distinctæ, scilicet, dulce, asperum, salsum, amarum, acre, dactilus immaturus.

Ve ân schasch tschiz keh negarendeh (lege: *negah darendeh*) *badan and schasch taam ast schirin o tarsch o nemekin o talkh o teiz o ramkhat hamin schasch ras an ast o schasch ressmani ke badan bân basteh schodeh ast ke ghedah menhasser ast ve in schasch o badanra kaim darad.*

Decem res quæ corpori robur dant; scilicet septem sonorum (*tonorum*) genera, et audire nuncium bonum, et audire nuncium malum, et nomen rerum : ampliùs septem funes qui in medio corporis sunt; nempè, album, et rubrum, et nigrum, et viride, et roseum, et flavum, et ssandalinum (*infrà, N.° CXLII, p.* 257); quibus septem coloribus in corpore septem guttas (humores) esse cognoscitur : chyli, sanguinis, carnis, pinguedinis, nervi, medullæ, spermatis formatio.

O deh tschiz diguer ast ke badanra kowat midehed haſt SOUR *iaani haſt âheng o schanidan khabar khosch o schanidan khabar bad o nam tschisha* (pag. 234) *o diguer ast haſt rasan ke dar mian badanast saſid o sourkh o siah o sabz o goulgoun o zerd o ssandeli az hamin haſt rang maaloum mischavad ke dar mian badan haſt nottſeh ast ve az khordan gheda rasan mischavad iaani kilous mischavad az an rasan khoun mischavad ve az khoun goscht mischavad ve az goscht tscherbi mischavad ve az tscherbi pey mischavad az pey ostokhan maghz mischavad az maghz assel nottſeh mischavad.*

Undè conceptus proveniat.

O vakti ke bakimandeh khoun heizz zan baad az paki dar rehem mimanad o nottſeh mard ban makhloutt mischavad ve az âtesch schahawat o atesch ſafra o madad PRAN *bad in har dou bedjosch darmiâad hamel baham mirasad.*

A Creatore gradatim, per partes, succedentibus à conceptûs momento diebus, mensibus, usque ad mensem septimum, quo anima corpori jungitur, et octavum, hominis formatio.

Digitized by Google

Dar in aalem ravesch paeda kardan afridgar barin nohist dar hascht p'her ke schabaneh rouz baschad in nottfeh o khoun baham djosch mikhorad o ghalyzz schodeh khallat (halfeh) mischavad dar haft schabaneh rouz diguer baham midjoschad metfel hebab beland mischavad o dar panzdah (15) schabaneh rouz diguer goscht pareh nerm mischavad o dar iek mah ân goscht pareh sakht mischavad o dar mah dou(iou)m ân goscht pareh sar paeda mikonad o dar mah scioum dast o paï baham mirasanad o dar mah tschaharom angoschthaï dast o pa o schekem o (pag. 235) *kamar baham rasanideh bedjonbesch* PRAN *dar harkat miaïad o dar mah pandjom* (5) *ostokhan poscht sakht o mazzboutt mischavad o dar mah schaschom* (6) *mehelhaï havas douroust mischavad o dar mah haftom scheoour baham mirasanad o dar mah haschtom* (8) *eezza o kowa ou kamel mischavand.*

Causa *partialis* productionis maris vel feminæ, vel amasii, impotentis, hermaphrodyti. (*Suprà, N.° CXII, pag.* 135, *Annotation. p.* 589-593).

Agar nottfeh mard dar vakt iekdja schodan mani bar khoun bakimandeh heizz ziadah ast peser mischavad ve agar khoun bakimandeh heizz bar mani mard ziadah baschad dokhter mischavad ve agar har dou beraber baschad kheir mischavad.

Quare, undè filius vel filia cum corporis defectibus nascantur.

O dar vakt mobaschrat o madjameet har kedam mard o zan ke khoschhal nabaschad o delesch bitakarrar baschad khahe peser khahe dokhter ke motavallad kardad meeioub baschad ve ia na bina schavad ia schel schavad ia kouz poscht schavad ia past kad schavad ia az aksam aaebha aaebi daschtah baschad.

Quid gemellos efficiat.

Ve agar dar vakt dakhel schodan nottfeh mard dar rehem zan zoureh APAN *bad baschad* APAN *bad nottfehra dou hessch mikonad o dou farzand tavam motavallad mischavad.*

Mense octavo, homine perfecto, parvulus nomini Dei *maschghouli* facit, de eo meditatur, se ex viginti quatuor principiis

Digitized by Google

provenisse, et suum *djiw átma*, ab iis separatum, in hæc ingressum intelligit : 24 hominis principia.

Dar mah haschtom ke djamii eezza ttefl be kamel mirasad o djamii havas ou kowat miguirad ân ttefl maschghouli PRANOU *ke* OUM *baschad mikonad o mifahmad ke man az in bist o tschahar asel bahamrasideh am ieki* AOUDIA [1] *keh nadani baschad o diguer* (pag. 236) MEHTAT [2] *ke aakel awel baschad diguer* AHANKAR [3] *ke sefet man goftan baschad diguer pandj* (5) *aansser basitt o diguer pandj* (5) *aansser kasif ke khak o âb o atesch o bad* BHOUT AKASCH *baschad o deh has zzaher o batten o del o midanad ke* DJIW ATMAÏ *man ke rouh baschad az inha djoudast keh âmadeh dar inha dakhel schodeh ast.*

Quomodò in ventre matris parvulus nutriatur et crescat.

O tschizi ke mader mikhorad ghedaï lattif ân az rah naf ban ttefl mirasad o ghedaï ou schodeh sabab namou ou mikardad.

Mense nono, puerulus omnibus partibus perfectus, opus bonum et malum intelligit; præcedentium miseriarum reminiscens, se soli Deo adhæsurum, si è ventre matris feliciter exeat, promittit et spondet : verùm angustæ viæ molestiâ, lugens tùm egressus, venti *τῆς aoudiâ*, seu ignorantiæ flatu, nominis Dei, et eorum quæ sîbi proposuerat oblitus, rursùs in mundo operum purorum et malorum vinculo stringitur.

O dar mah nohom ke kamel mikardad o djamii tanzelat ve seir ou ke dar aanasser o djemadat o nabatat kardeh ast ïad miaïad ve aamel neik o badra mifahmad o midanad ke besiar seir kardeh am advar o attvar ttey kardeh am o dariaï gham o djar ghark schodeh am agar az schekem mader bar âmadam ia maschghouli hak khaham kard ia maarefat hak khaham varzid ke ânha khalass konendeh az aamel neik o bad and o restegari bakhschendeh and haman rah khaham guereft bedzati ke hameh aalem daroust berasam ve ân dzat padeschah

---

1. *Maïa*, voluntas, *affectus*, *amor*.
2. *Suprà*, *T. I*, *Monit. p.* XIV, *mahanat*.
3. *Personalitas*, quod ens rationale esse suum constituit.

Digitized by Google

hameh ast o sahib bezorg hameh ast ba in ârzouha matavadjeh barâmadan az schekem mischavad o dar vakt bar âmadan az der makssouss tschoun badjehet tangui rah âzar mikaschad lehadza dar ânvakt guirieh mikonad ve ân arzouhâ faramousch mikonad baadaz baramadan BAOUDIA *keh bad aoudiast iaani* (pag. 237) *djehel o nadani ast hamin ke baou rasideh hameh tschizhaï ke dar iad khod dascht keh* PRANOU *baschad iaani nam bezorg khoda o ttalab khoda o diguer tschizha madzkour schod hamehra faramousch mikonad az hamin djeheteh baz mostahaf aamel mischavad o dar aamel neik o bad dar miâïad.*

Tres res mixtæ, in homine.

O seh (3) *khaltti keh dar bâdan ast seh* (3) *ssefet ast* RADJ O TAM O SAT *ke eidjad o abka o afna baschad paeda schod o moddat maahoud manad baadazan dar khahad goudzascht.*

Duo productionis loci.

O dou djaï paedaesch peder o maderast ke paedah konendeh ounid az ssolb peder barmiâïad o dar rehem mader parvaresch miiabad.

In corpore tres ignes, cognitionis, visûs, stomachi; quatuor eduliorum genera, seu cibum sumendi modi.

Ve in badanra ke SCHERIR *migouïand baraï ânast ke se* (3) *atesch dar badan mibaschad ieki âtesch kian ke nour maarefat baschad dou(iou)m âtesch binaï ke nour tschaschm baschad seyoum âtesch maadeh ke herarat gharizi baschad ke in tschahar kasm ghedara ke ieki djaveidan o khordan o dou(iou)m aschamidan metsel schir o ab o seyoum lesidan o tschaharum makidanast metsel schir ke az pestan mimakand hezzem mikonad âtesch binaï binendeh ssourathast ve atesch kian ke nour maarefat ast aamelhaï neik o badra misozad ve hitsch namigoudzarad.*

In homine duo agentia *korban* (sacrificium), scilicet, *djiw âtma* et cor; et una femina; intellectus, uxor agentis, scilicet, ejus comes assiduus.

O dou aamel o iek zan ke aamel konendeh korban and ieki DJADJMAN *nam darad ke aamel konendeh* (pag. 238) *ast dou(iou)m* BRAHMA *nam darad ke az ghalatt kardan aamel khabardar mibaschad seïoum zan*

Digitized by Google

DJADJMAN *ast dar badan hamin schakhss* DJIW ATMA *bemanzeleh* DJADJMAN *ast ke saheb korban ast o del be djaï* BRAHMA *st ke khabardar ast az ghalatt nakardan aamel o aakel bemanzeleh zan* DJADJMAN *ast ke hameischah hamrah* DJIW ATMA *mibaschad.*

Quomodò homo ipse, ejus partes cùm materiales, tùm spirituales, sacrificium, et quæ ad illud pertinent, constituant.

O ssaber kardan be manzeleh DANTSCHEHNA *st ehram bastan baschad o pandj hes zzaher bemanzeleh zzerouf aamel* KORBAN *and o didan o schanidan bouidan o lamseh o dzaekeh bemanzeleh pandj tschizi keh mokarrer ast ke dar âtesch miandazand o khahesch o herss o ghazzab be manzeleh djanouarani ke dar âtesch miandazand o mouhaï badan bemanzeleh kah ast ke dar korban bekar miborand o sar bemanzeleh zzerfi ke dar ân tschizi pokhteh dar âtesch miandazand o dehen bemanzeleh ateschi ast ke tschizhaï korban dar ân miandazand har ke in noo korbanra badanad natitscheh hameh korbanhaï baou mirasad ve ou dar band aamel namimanad.*

Corporis partes singulatim numeratæ, ponderatæ; calva, ossa, dentes, musculi, nervi, tendones, venæ, cor, lingua, bilis, phlegma, sperma, pinguedo, urina, excrementum solidum.

Kaseh sar âdmi tschahar partscheh ast ke baham paivasteh ast o schanzdeh (16) *ostekhan dar har dou karaat darad ke hascht iek ttaraf ast ve hascht taraf diguer o si o dou* (32) *dandan darad ke schanzdeh* (16) *balast o schanzdeh* (16) *païn o iekssad o haft marm darad iaani djahaï ke bezzarb ia bezakham rasidan darandjaha besiar ázar mikaschad o mimirad o iekssad o haschtad peivand darad o nohssad ney darad ke peivandhara mazzboutt darand ve haftssad rag darad ke rah raftan guedaï lattif o khoun ast o si* (3) *ssad o schasst ostehkan darad o tschahar kerour o pendjah* (50) *lak pascham dar badan darad vazan goscht nilouferi schanzdeh* (16) *dam ast o vazan zaban bist o tschahar dam vazan ssafri ke dar badan âdmi ast si o dou dam ast o vazan bleghmi ke dar badan âdmi ast iek ssad o bist o hascht* (28) *dam ast o vazan nottfeh ke dar âdmist hascht dam ast* (pag. 240) *vazan tscherbi badan âdmi schasst o*

Digitized by Google

tschahar dam ast ve in vazanha ke madzkour schod beraï âdam ssahih almezadj ast o vazan boul o ghaiett mokarrer nist bedjeheteh ânkeh agar ziadeh bekhorad o ziadeh biaschamad ânha ziadeh schavad agar kam bekhorad o kam biaschamad ânha ham kam mikardad.

Beatitas, corporis hominis, particulatim considerati, cognitioni addicta.

PILAD *rek'heschir goft ke danestan khalfat o hakikat badan ensan ke az in tschisha bahamrasideh ve âkher maadoum schodani ast rah* MAKT *o restegari ast tamam schod Oupnek'hat Karbheh az Athrban beid.*

Pag. 232, *lin.* 4, 6, 8 : *Brahm badia* ... corporis humani est ... hoc corpus ... compositionem obtinuit.

È corporis humani cognitione, τῆ *Brahm* cognitio : undè corporis humani, ejus elementorum, partium fusa descriptio.

Pag. 233, *lin.* 19 : corpus est (*sunt*), *lege :* corpus sunt. *Lin.* 22, et alimentum; *lege :* quod alimentum.

Pag. 234, *lin.* 22, ebulliunt; *lege :* ebullit (*ebulliunt*).

Pag. 235, *lin.* 10, aquam genitalem; *lege :* potest : aqua genitalis .... super. *Lin.* 13, 14, æqualia sint; *lege :* æqualia sit (*æqualia sint*). *Lin.* 27, adveniunt ... sumunt; *lege :* advenit (*adveniunt*) ... sumit (*sumunt*).

Pag. 236, *lin.* 26, 27, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 237, *lin.* 1, 4, 6 : Et in tempore .... (causâ) angustæ viæ, molestationem .... oblita facit *aoudia* ..... insipientia omne oblitum .... malum ingreditur.

Hîc quoddam, ut in notâ 1 observavi, agnosci potest *peccatum* originale, malorum spiritualium causa; homine, primùm innoxio, et dùm è vulvâ exit, doloris physici vi, et quasi invito, pristinam innocentiam amittente. Indè sequitur operum purorum et malorum, scilicet boni et mali mistura; quæ quidem malorum

Digitized by Google

physicorum, hominem, dum vivit, obsidentium, hunc mundum deturpantium, fons et origo.

Pretiosum antiquæ veritatis, per manus Indorum doctorum, sub metempsychosis formâ (*p.* 236, *lin.* 15, 16; *multa itinera feci, mansiones et regiones peragratus sum*), ad nos usque delatum testimonium. Sic vetera concordant, critico et sapienti oculo considerata, monumenta.

Et en, novum scandalum! decimo nono sæculo, primarium dogma, quo Incarnationis mysterium, scilicet Christianæ relligionis *œconomia* innititur, præsul catholicus, infandum! impugnare non erubescit! Hæc leguntur in opusculo, cui titulus: *Instruction pastorale de M. l'évêque de Langres* (DE LA LUZERNE) *sur la révélation* (*Paris, le Clere,* 1801). *Signé* C. J. ÉVÊQ. DE LANGRES; 17 *Mars,* 1701, *p.* 52-57.

« *N.° xx.* Objection. *La révélation suppose en lui partialité et* « *cruauté.*

« Un quatrième attribut de Dieu, que les incrédules prétendent mettre en opposition avec la révélation, c'est la justice. « La loi révélée, disent-ils, n'est pas un bienfait de tous les « temps, de tous les pays. Elle date tout au plus du temps de « Moyse : elle n'est pas même universellement répandue. Le « genre humain l'ignora long-temps : beaucoup de peuples l'ignorent encore. Peut-on admettre dans Dieu une partialité aussi « révoltante ? tous les hommes ne sont-ils pas également l'ouvrage « de ses mains ? Il ne doit pas plus aux uns qu'aux autres. Toute « acception de personne est une iniquité, dont l'Être essentiellement juste est incapable. Mais de là, ajoute l'incrédulité, « résulte une injustice bien plus cruelle encore : c'est de punir « des hommes, pour n'avoir pas suivi une loi qu'on ne leur a « pas fait connoître; c'est que Dieu livre à d'éternels tourmens

Digitized by Google

« ses créatures personnellement innocentes, des enfans qu'il enlève « à la vie avant qu'ils reçoivent le baptême, des infidèles à qui il « a refusé la connoissance de sa religion. Quel tyran, conclut-on, « plus cruel, plus atroce, que le Dieu de la révélation?

« *N.° XXI.* Réponse. *Il n'est pas vrai que Dieu punisse pour* « *n'avoir pas connu sa religion.*

« Ce fut dans tous les temps une ruse des ennemis de la foi, « de calomnier son enseignement, de lui attribuer des erreurs « contraires à ce qu'elle professe. Marchant sur les traces de « leurs dévanciers, les incrédules de nos jours renouvellent cet « artifice, que les SS. Pères reprochoient à ceux de leurs temps. « Nous la désavouons, cette maxime, que l'incrédulité affecte d'im- « puter à notre croyance, que Dieu livre aux flammes éternelles « ceux qui n'ont pas été à portée de connoître sa religion. Nous « portons *hautement le défi* à ceux qui nous en font l'inculpation, « d'en trouver la plus legère trace, soit dans les livres saints qui con- « tiennent notre doctrine, soit dans les décrets de l'Église qui « l'interprètent. »

Illustris auctor in mente non habuit Apostoli effatum, gratuitam prædestinationem ad felicitatem vel ad calamitatem perpetuam, sub figuris *Jacob* et *Esaü*, antiqui et novi populi, annuncians.

[1] *Cùm enim, inquit, nondùm nati fuissent; aut aliquid boni*

---

1. μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐρρήθη αὐτῇ.

ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι· καθὼς γέγραπται· τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα.

τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο.

τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει· ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.

ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Rom. IX, 11-16.

Digitized by Google

egissent, aut mali, ut secundùm electionem propositum Dei maneret; non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei (Rebeccæ):

Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.

Quid ergò dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: miserebor cujus miserebor; et misericordiam præstabo cujus miserebor.

Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.

« Voici le dogme enseigné par le divin Maître, transmis par « nos pères, défini par les conciles. On n'entre dans le ciel que « par l'Église, dans l'Église que par le baptême. Ainsi, tous « ceux qui ne se présenteront pas munis du sceau sacré, ne se- « ront pas admis au bonheur du paradis. Le péché dont ils nais- « sent chargés les en exclut. »

Illos excludit ut Dei inimicos, non simpliciter ut conditionis requisitæ expertes.

« Mais où l'incrédule a-t-il puisé son assertion, que ce péché, « qui n'est pas *personnellement* commis, les livreroit aux tour- « mens de l'enfer? »

Infans etc. Adæ peccatum ipse non commisit; id est, fructum prohibitum non comedit: sed, maledictione in primi hominis posteros pronunciatâ, gratiâ habituali, amore Dei, privatus, ejus inimico mancipatus, hostilem ergà Creatorem gerit animum, et sic reverà ipsius Adæ peccati reus, [1] *in quo*, inquit Apostolus, *omnes*

---

1. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Rom. V, 12.

Vide *Mandement et Instruction pastorale de M. l'Évêque de Soissons* (Fitz-James), *portant condamnation*, 1.° *du commentaire latin du Fr.* Hardouin, *de la C. de J. sur le nouv. Testam.* 2.° *des trois parties de l'Histoire du peuple de Dieu, par le P. Isaac Joseph* Berruyer, *de la C. de J.* 3.° *De plusieurs libelles publiés pour la défense de la seconde partie de cette histoire* (1760), *T.* 2, *p.* 34, 2 *Tom.*

„ Ce qui suppose que les enfans eux-mêmes sont *coupables de péché*, et que

Digitized by Google

peccaverunt, nisi per baptismum redemptus, corde mutato, amorem Dei habitualem adipiscatur, inferni flammis, ut hostis, tradendus est. (S. AUGUSTIN. *Op. T.* 5, *serm.* 161, *col.* 776, *n.* 4. — *Serm.* 294, *de baptismo parvulor. col.* 1184, *n.* 3.)

„ ce péché, qui ne peut être autre que le *péché originel*, leur est remis par le „ baptême.“ *Lib. cit. p.* 34-35, 47-51-190.

Præstantissimum illud opus, in hac sæculorum fæce, ubi optima ingenia abripuit, mentes sapientissimas disjecit, firmissima pectora quassavit, contudit, quasi violento turbine, *revolutionis* tempestas; ubi destructis theologiæ scholis, relligione Christianâ vix toleratâ, catholica institutio, avitâ traditione fulta, dùm nullus jam propheta in Israël, et quilibet sacerdos, etiam laicus, rupto *subjectionis* vinculo, doctorem, parvulæ Ecclesiæ caput se constituit, languescens, penè nulla est; illustrissimi, benè morati, ac relligionis basi firmiter addicti, Augustæ Suessionum episcopi *Instructio pastoralis* inprimis legenda. Ejus auctorem esse D. GOURLIN, fidum, eruditum æquè ac pium theologum, notum est. Cujus alterum opus attentâ meditatione dignum; scilicet : *Acte d'appel de la constitution* Unigenitus, *et du nouveau catéchisme donné par M.* LANGUET, *Archevêque de Sens, au futur concile général, interjeté par plusieurs curés, chapitres, et autres ecclésiastiques de la ville et du diocèse de Sens; et Mémoire justificatif* etc. (1742), de peccato originali; et infantium sine baptismo morientium statu. *T.* 2, *p.* 741-750.

Jesuitica familia paulatim reviviscit. Qui è destructione remanent, abolitionis tempore (*ann.* 1763, 1765) admodùm juvenes erant : quorum plurimi, præsertim inter Gallos, *Berruyeri* falsâ elocutione, liberioribus, impiis conceptibus perculsi, allecti, *philosophismi*, tunc regnantis, signa secuti sunt. Graviores, ad labescens relligionis Christianæ *corpus* sustentandum vocatos se rati, *muris solis* adhærentes, *judaicum*, id est *externum Christianismum*, absque mysteriorum redemptionis, et prædestinationis, gratiæ, amoris Dei expositione, rudibus mentibus, relligionis elementa vix noscentibus, etiam revolutionis œstro percitis, depravatis, solo sacramentorum usu, adjunctis quibusdam ut catholicismi tesseris, v. g. *sacri cordis cultu*, minùs christianis praxibus, missionariorum modo, propinant, assuefaciunt.

È veteri clero Gallicano quod superest languidum, senectute confectum, Lazaristarum fœtus : quid ab octogenariis et minùs gnaris pastoribus, ubi peritum æquè ac vegetem medicum postulant Ecclesiæ vulnera, morbi, expectandum? Neotericus seu *constitutionalis*, ut plurimùm, eodem fonte, aliquandò deteriori fonte ortus, vera, ut ex eorum *Litteris pastoralibus* liquet, theologiæ principia prorsùs ignorat : quandòque fœdis scatet erroribus.

Quòd si cum curiâ Romanâ, illæsis Ecclesiæ Gallicanæ *libertatibus*, quod dubium, quælibet pax iniri potest, *Concordatum* sedes replebit, homines non faciet.

Post sævam famem, longos penuriæ annos, spem nondùm dante terræ uber-

Digitized by Google

« Dieu n'est-il pas assez puissant pour leur faire un sort qui les « exempte du malheur? »

Quarè Deus hostem suum (*eramus omnes*, inquit Apostolus, *filii iræ* [1]), cor Satanæ traditum, calamitatis expertem faceret?

« C'est de l'Apôtre perfide qui devoit le trahir, que J. C. a dit « qu'il eût mieux valu pour lui n'être pas né. Que deviendra-t-« elle donc, cette multitude d'enfans que Dieu n'a pas admis au « sacrement de la régénération? que deviendront tous les hommes « de tous les siècles qui, ayant ignoré les lois positives, se sont « conformés aux principes naturels que leur prescrivoit la raison? « Il n'a pas plu à Dieu de nous en instruire; et la révélation, en « nous ordonnant de croire ce qu'elle enseigne, nous apprend à « respecter ce qu'elle laisse dans l'obscurité. Nous avons droit de « *juger* que ces créatures *non coupables* d'un Dieu plein de bonté, « seront *heureuses* dans l'état qu'il leur a donné. Dieu est juste; « de quelque manière qu'il traite ses créatures, jamais il ne fera « d'injustice : voilà ce qu'enseigne la foi; mais là elle s'arrête. »

Hominem audivimus Dei sensum, judicia, ordinationem more humano pensantem. Nunc divina oracula consulamus. *Conclusit*

---

tate, donec ELIAS *Propheta* (doctor) veniat, qui, ut ait *Malachias* *, *convertat cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres*, collectâ abundantiæ tempore annonâ vivamus: *libros sacros, imitationem Christi*, attentè meditemur; SS. *Patrum*, præcipuè S. CYPRIANI et S. AUGUSTINI, SS. Doctorum, THOMÆ et GERSONII, *Portûs Regii*, inprimis ARNALDI et NICOLII, ut jam dixi, et nimiùm dicere non possum, magni BOSSUETI opera, medullam, spiritum Christianismi præbentia, quantùm potis est, evolvamus, iis vitæ rationem, sub legitimorum pastorum regimine, fanatismi, intolerantiæ expertes, componamus : felices, heu! si sinceris conatibus Deus summè bonus favere, et pristinum Ecclesiæ Gallicanæ lumen denuò accendere dignetur.

1 καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς. EPHES. *II*, 3.

* *Hinneh anoki scholekha lekem et Eliah annabi lifne bo iom Jehova haggadol ve annora : ve hesahib leb abot aal banim ve leb banim aal abotam fen abo ve hikketi et haarets kherem. III*, 23, 24.

Digitized by Google

enim Deus, inquit Apostolus [1], *omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.*

Nulla hîc distinctio. Rationis ductum sequens vel non sequens, cuncti, æqualiter, *leges positivas ignorantes*, sunt *in incredulitate*, et *egent misericordiâ* divinâ.

Nous avons droit de juger que ces créatures *non coupables* ... seront *heureuses* ... *Dieu est juste.*

Ubi *jus? Si omnes* peccaverunt in Adam, si omnes *naturâ* filii iræ, quomodò *non sontes*, non rei? quî peccator, Dei hostis, *felicitate* frui posset?

Deus est justus : certè. Sed [2], *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? numquid dicit figmentum ei, qui se finxit : quid me fecisti sic?*

An non habet potestatem figulus luti, ex eâdem massâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? ....

[3] *O altitudo divitiarum* SAPIENTIÆ *et scientiæ Dei : quàm* INCOMPREHENSIBILIA *sunt judicia ejus, et* INVESTIGABILES *viæ ejus!*

Quis enim cognovit SENSUM *Domini? aut quis consiliarius ejus fuit?*

---

1. συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. Rom. XI, 32.

2. μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Id. IX, 20, 21.

3. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;

ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Rom. XI, 33-36. — Mém. pour les curés de Sens, T. 2, p. 741-749.

Digitized by Google

Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?

Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula. Amen.

« Le commun des docteurs catholiques, conformément à ces « principes, établit que l'ignorance, qu'ils appellent *invincible*, de « la vraie religion, *justifie* devant Dieu ceux qui n'enfreignent pas « la loi naturelle. »

Justificat; id est, non puniuntur præcisè, quia veram relligionem, quam *invincibiliter* non cognoverunt, non sunt amplexi : sed, *per peccatum originale*, peccati rei, veri Dei amoris absentiâ, Satanæ servi, corde corrupto, quod et in infantibus non baptisatis, pœnas luunt æternas : omnes, sive legem naturalem sequantur, sive non, absque veræ relligionis, cujus baptisma ostium, cognitione, professione, filii iræ. (Vide super hac materiâ, *suprà, p.* 507, 509 : ARNAUD, *de la nécessité de la foi en J. C. pour être sauvé; T. I, pag.* 1-4-9, 20, 21, 293, 315, 321, 378; *T.* 2, *pag.* 1, 16, 20, 76, 77, 137 *etc.*) Si de *justificatione*, quam post mortem *felicitas* secutura est, agitur, propositio falsa est; quam asserunt *Sociniani*, factionis HARDUINI, BERRUYERI, id est, *Jesuitarum* asseclæ, incarnationem J. C. hoc modo inutilem reddentes.

Idem asserebant Pelagiani. Mirum sanè episcopum catholicum, summi et præstantis viri D. *de Malesherbes* nepotem, *casuisticas* quisquilias tanquàm communem Ecclesiæ doctrinam venditare.

« En quoi consiste-t-elle, cette ignorance invincible ? qui est-ce « qui la rend telle ? à quel degré faut-il qu'elle soit pour excuser « l'erreur ? C'est ce que Dieu seul connoît, ce qu'il jugera dans « sa sagesse et, nous l'espérons, dans sa miséricorde.

« L'auteur de la révélation n'est donc point un tyran cruel, « comme le répètent ses ennemis. Mais ils prétendent faire de

Digitized by Google

« lui au moins un juge partial, qui fait une acception injuste « des personnes, en accordant aux uns ce qu'il refuse aux autres. »

Quòd si his in terris incertum est quod de *ignorantiâ invincibili* agitat illustris præsul, nihil in *morali* affirmandum. Judex supremus nullas delinquentibus pœnas potest infligere. Eædem de summâ Dei justitiâ redeunt difficultates : unâ manu auctor adstruit, alterâ diruit.

Pari ratione, *iisdem principiis*, cum Protestantibus et Mohammedanis iniri poterit concordia, ad Dei ipsius *solam cognitionem*, quod præsentiam Christi in sacramento Eucharistiæ, quod tres personas in Trinitate spectat, rejiciendo. Quisquis Entis supremi opera ratione tueri nititur, immensæ et per se stanti moli, quâ seriùs ocyùs frangitur, conteritur, debilem manum admovet. Quid sit, non quid ægro et infirmo oculo justum et conveniens videatur, quærendum.

Pag. 237, *lin.* 15, 19; sunt, *lege :* est (*sunt*).

Ibid. lin. ultimâ : djadjman.

In MAHABAR. 12 *Porb. 2 part. fol.* 477 *r. Djadjan, तो djak* per agendum curare, facere. Fortè, *djadjman, djak man, तो djak*, sacrificii homo.

Pag. 238, *lin.* 10, 11 : *dantschehna.*

Samskreticè, *dastam*, fascis.

Pag. 239, *lin.* 18 : *dam.*

Samskreticè, *daschhati;* impensa, sumptus. *Dânyam*, granum, genericè *tank'heh*, moneta. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 595 *v.*

OUPNEK'HAT 29.um, DJABAL.

N.° CXXVII.

Pag. 241, *lin.* 2 : DJABAL.

Verisimiliter, è nomine तो *Djabal*, qui suprà, *T. I,* N.° *XII, p.* 36.

Lin. 4 : *Brahspat ..... Djaknoulak .... Kork'hit.*

Digitized by Google

Bhraspät, idem quod *Moschteri*, planeta Jupiter (*suprà*, *T. I*, N.° LXXVI, *p.* 362; *infrà*, *p.* 242, *lin.* 11), τῶν *deïoutaï* magister (*T. I*, N.° LXXVI, *p.* 367).

Djaknoulak, idem qui suprà, *T. I*, N.° XXXII, *p.* 182; N.° XLI, *p.* 219.

Kork'hit, urbs antiqua, viâ, propè *Dehli* (MAHAB. 16, *Porb. fol.* 778 *r.*), è ditione τῆ *Radja* DJETASCHTER). Vide suprà, *T. I*, N.° XXXII, *p.* 182; *Animadversion. p.* 514.

Lin. 7, 8, 9, 11, 13, 15; *pag.* 242, *lin.* 1, 3. *Apmakt* est *Kork'it* ... *Benarès* ... *djiw átmam* ... corpus ... οἱ *Feresch-tehhaï* ... *mokelan* sensuum .... *Maha diw* .... *tatoumes*.

Samskreticè, *ap makt*, aqua beatitatis. Hoc nomen duabus urbibus, ubi animam exhalantes felicitatem adipisci credebantur, optimè convenit; et per comparationem corpori hominis, istis urbibus assimilato, quod ipse has urbes esse scire debet, in quo Enti supremo cultum debitum reddendo, perfectam liberationem *djiw átma* obtinet; dùm *Maha diw*, *unificationis* agens, in aure corpus relinquentis, *kalmeh*, seu formulam liberationis, *tatoumes*, *is tu es*, pronunciat (*suprà*, *T. I*, N.° XVII, *p.* 65). Idem omnibus animantibus præceptum. Quemadmodùm in *Kork'hit* οἱ *Feresch-tehhaï*, sic in corpore οἱ *mokelan* sensuum adorationem faciunt.

Pag. 242, *lin.* 19, 20, 21, 23; *pag.* 243, *lin.* 2, 6, 7: *Atr*, unus è septem antiquis *rek'heschir*, tempore τῆ *Goutam* (*suprà*, *T. I*, N.° XXVIII, *p.* 165).

Barna o asi : *Barna* .... *asi* .... *Baransi* .... inter duo supercilia est *sandha* .... *pran* ....

Sic etiam *Benarès* vocatur *Varanasi*, in *Heetopades*; *p.* 99; *fabl.* 3, *not.* 133, *p.* 310.

Samskreticè, *bharanam*, remedium : *asischam*, intinxi. Eadem comparatio. Extremitas duorum foraminum nasi, in imâ fronte,

Digitized by Google

inter duo supercilia, quò, aspirando, halitum attrahunt, ibique servant, meditando, orando, similis urbi *Benarès*, ubi mori summa felicitas. Eadem praxis in *Bhagvat geeta*, *lect.* 5, *p.* 60, 61; *vers. Gall. p.* 66, 67 *et not.* (*a*).

Samskreticè, *sandeha*, pulchrum esse.

Pag. 243, *lin.* 24, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 244, *lin.* 5, 11, 12: *Djank Bram tscharedj ... Kerhest ... Ban parast ... Saniasi.*

De celebri *Djank*, *Radjah*, vide suprà, *T. I*, N.° *XXXII*, *p.* 182.

(Vide quatuor Indorum perfectionis status fusè descriptos, in *the law of* MENU, interprete JONES, *chapt.* 2, *on education; or on the sacerdotal class, and the first order* (*lib. cit. T.* 3, *p.* 83); *chapt.* 3, *on marriage, or on the second order* (*lib. cit. p.* 119); *chapt.* 6, *on devotion, or on the third and fourth order; lib. cit. p.* 225).

Pag. 244, *lin.* 15, 18; *p.* 245, *lin.* 24, 25: volitiones .... (*cingulum*) .... projecerit ....

Saniasi verus ille est qui, sive opera relligiosa exequatur, cingulum liget, vel projecerit, corde omnibus volitionibus frigido, iis è corde absolutè semotis, uni Deo affixus manet.

Lin. 23, 25: ô ignis .... *τὸν pran* aquæ genitalis meæ ... cum Luce-Ente .... fac pervenire. (*Aï atesch .... o tou pran mani mara be nourdzat berasan.*)

Hæc *τῆς saniasi* precatio, ab eo quod suprà (*T. I*, *Animadvert. p.* 708, 709, *et not.* 1) de Comite de SENZENDORF et *Hernhutanis*, ejus familiâ, relatum, parùm differt.

Naturam totam semper in actu generationis, seu apparentium productionis, considerat Indus philosophus, et rem, quæ istius effectûs quasi materia prima est, cum causâ, agente universali confundit, ad illud refert.

Lin. 27: è *pran* meo productus fuisti.

Suprà (N.° *CXII*, *p.* 130), *pran*, ignis factus, sursùm venit,

Digitized by Google

deorsùm vadit; N.° *CXVI*, *p.* 149, è *pran*, mediatè ventus, et è vento ignis producitur.

Pag. 246, *lin.* 1, 3, 6, 19, 20 : *Tschetri* et *Bis* .... illæ, in bello .... *τῆ Behescht* [est] .... *Saniasi* ....

In morali relligiosè politicâ magni momenti regula: qui muneris, officii sui conditiones, seu opera sedulò exequitur, meritum perfectionis externæ, à quâ suo statu impeditur, obtinet. Sic miles, strenuè pugnando, et *Saniasi*, qui cum sensibus bellum fortiter gerens; sic ægrotus, mortis momento, alimento parcens, sive qui in aquam, nivem ceciderit: omnes statum suum submisso animo, Enti supremo offerentes, *τῆ sanias* mercedem adipiscuntur.

Attamen divinam et sublimem JOANNIS doctrinam, in professionibus quæstui et vi nimiùm deditis, moderationem et mansuetudinem inprimis commendantis, hoc in loco *Oupnek'hat* non attingit.

[1] *Venerunt autem*, inquit EVANGELISTA, et *Publicani ut baptizarentur* (*à* JOANNE), *et dixerunt ad illum : magister, quid faciemus?*

At ille dixit ad eos : nihil ampliùs quàm quod constitutum est vobis, faciatis.

Interrogabant autem eum et milites, dicentes : quid faciemus et nos? Et ait illis : neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; et contenti estote stipendiis vestris.

---

1. ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι, καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, διδάσκαλε, τί ποιήσομεν;

ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε.

ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι λέγοντες, καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. LUC. *III*, 12-14.

Digitized by Google

Et populus, cui à 14, 15 sæculis, divino beneficio Evangelii lumen affulsit, omne relligionis signum à militari institutione removet! Quasi unquàm moralis, jus, justitia in rudibus et violentos actus edoctis mentibus, iis assuefactis cordibus, absque relligionis ductu, debili et toties mancâ, falsâ ratione imprimi possent : quasi magni *Turenni*, invicti illius militis et ducis emulis, fervidam ergà Deum pietatem æquè ac indomitam, peritam et prudentem fortitudinem, ambire non liceret! Prisca fides redibit, et eâ comite vetus militum, quoad animam et corpus, educatio.

Pag. 246, *lin.* 20; *pag.* 248, *lin. penultimâ* : ratio τῆ esse *saniasi*, hæc est .... *pram hens* est.

Hunc summæ juxtà Indos perfectionis statum, velut merum imaginationis figmentum, velut ultimam fanatismi crisim in ludibria vertent mundi materialis asseclæ : *stoicam* pariter philosophiam irriderent. Novus *Epictetus*, alto recentium *sensualium* supercilio, ad stultorum ergastula, ad minus ut ridiculus, si non nocentior, relegandus foret. Nihil nunc arduum aut severum, nisi ut Christianæ relligionis fœtum, in philosophiâ morali videre amant; et priorem, pravis affectibus hostem, acriter insectantes, posteriorem eodem odio prosequuntur.

Lin. 23, 24, 25; *pag.* 248, *lin.* 23 : quamque rem (*in*) ratione super seipsum ... non faciat, (*dicens*,) quòd ex me (*mea*) est .... et cum aliquo inimicitiam non habuerit .... et unquàm aliquid non dicat, quod ex me est (*meum est*). (*Ve hartschizra nesbat bar khod nakonad ke az man ast .... o ba kasi aadavat na daschtah baschad .... ve harguez tschisira na gouïad ke az man ast.*)

Absoluta terræ bonorum derelictio, *proprietarii* juri ac actioni renunciatio, hîc præscribitur. De nullâ re, Indo *saniasi*, dicere licitum : *hoc meum est*, quemadmodùm notis in relligione Christianâ

Digitized by Google

relligiosis (S. FRANCISCI familiæ); ad quod redit illud Apostoli : [1] *Qui emunt (sint) tanquàm non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utentes;* ac in memoriam revocat summi magistri effatum : [2] *Unum tibi deest; vade, quæcunque habes vende, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo; et veni sequere me (tollens crucem).*

In tantâ omnium doctrinæ moralis regularum oblivione, sociorum, civium, amicorum ut et inimicorum, pro *commodo* bonorum ingluvie, impudenti direptione; effrænato et generali ad opes, quoquo modo acquirendas, congerendas, concursu, conatu; pauperum, qui diei idolis thus adolere recusant, despectu, etiam vexatione directâ vel indirectâ; relligionum locorum distantiâ maximè dissitarum super hujusce modi quisquiliarum vili, periculosâ, ut plurimùm noxiâ habitâ possessione, consensum ostendere, humanitatis causam agere est.

De iis quæ inimicitiæ, odii motus spectant, eadem concordia.

Ego autem dico vobis, inquit Christus [3], *diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos; ut sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.*

---

1. καὶ οἱ ἀγοράζοντες; ὡς μὴ κατέχοντες.

καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι. 1 COR. *VII*, 30, 31.

2. ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι ἄρας τὸν σταυρόν. MARC. X, 21.

3. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων ὑμᾶς.

ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. MATTH. *V*, 44, 45.

Digitized by Google

Indo et Christiano idem hominis cujuslibet amor præscribitur, ut pariter, primi Entis filiis, ejus providentiâ gubernatis, unam familiam formantibus, ad illud perventuris. Verum et sublime generalis concordiæ, dilectionis incitamentum. Bonum publicum, societatis vincula, pacem causatur nuda philosophia : manca sanè allegatio, ubi pravorum affectuum motus rationis vocem opprimit, extinguit.

Pag. 246, *lin. penultimâ*; *pag.* 247, *lin.* 2-4 : si .... directorem non inveniat .... *Brahm* factus sum .... *Brahm* fiat.

Directore deficiente, qui à seipso *saniasi* effectus, veram fidem habens, dicit, firmâ fide, ego *Brahm sum*, *Brahm* evadit. Hîc observanda, ut in *Evangelio*, fidei certissimæ vis et efficacitas.

[1] *Et respondens Jesus*, inquit *Evangelista*, *ait illis* (suis discipulis) : *habete fidem Dei.*

Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti : tollere, et mittere in mare; et non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei.

Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis et evenient vobis.

Eadem, circà fidei firmæ et constantis effectum, actiones quæ vim naturæ superare videntur, producit generalis in Asiâ opinio.

Pag. 247, *lin.* 10, 12 : *Samourtak* .... et alii (*ab*) eis.

Samskreticè, *samarthaha*, homo peritus, fortis, dives, potens, magnas, princeps.

---

1. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς, ἔχετε πίστιν Θεοῦ.

ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ, ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.

διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν. Marc. XI, 22-24.

Digitized by Google

Adalak. Vide suprà, *T. I, N.° XVII, p.* 58; *N.° XXXVIII, p.* 197.

Sopatkit. Ibid. N.° XVI, p. 50.

Darbasa, antiquus pœnitens. MAHABAR. 15 *Porb. fol.* 769 *recto, verso.*

Bratheh. Antiquus vir. ID. 12 *Porb. 2 part. fol.* 538 *verso.*

Nadak. Nark, antiquus vir mythologicus. ID. *fol.* 463 *v.*

Djed bhert Djed, filius *rē Hadjat,* vetus *Radjah.* ID. 13 *Porb. fol.* 654 *v.* 666 *r.*

Detatri. Antiquus *rek'heschir.* ID. 14 *Porb. fol.* 745 *recto.*

Reivank. Ravankoïn kern. Vir antiquus. ID. *fol.* 708 *recto.*

Pag. 247, *lin.* 16 : In apparenti .... ebrii erant; in interiori, intelligentes .... sunt (*erant*).

Alta et assidua rerum spiritualium meditatio omnem cultum exteriorem excludit, sensibilibus surdum et cæcum reddit : undè homo, interno igne vividus, internâ luce fulgens, corporis oculis quasi vini plenus, mentis non compos apparet. Audiens, non audit; videns, non videt, et exteriorem quemdam imbecillitatis vultum, sensuum organis quasi hebetibus, induit. In Asiâ, præsertim Indiâ, contemplatorum ille status, cui favent aeris temperies, locorum situs, tranquillitas, cibi (orysa, olera, lac), genus, inprimis relligionis institutum, haud rarus, veram, hac in terrâ, producit libertatem, quam sibi fingere nequeunt semper agentes, semper cursitantes, turbidi 48 latitudinis gradûs habitatores.

Ibid. lin. 21 : zonam .... non habebant.

Primi sapientes Indi, cæremoniarum hodiè adhibitarum immunes, uni Deo attenti : proindè, ut jam observatum, nova, et populi causâ efficta, exterior relligionis Indicæ facies.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 30.^m, MAHA NARAIN.

N.° CXXXIX.

Pag. 249, *lin.* 2: MAHA NARAÏN.

Vide (*suprà, N.° LXXXVII, p.* 1 etc.), *Oupnék'hat Narain*, et *Annotation. p.* 457-459.

Samskreticè, *Nârâyanaha, Beschn* interpretatur.

Maha Naraïn erit magnus, absolutus *Naraïn*, Ens supremum, lumen supremum; quod novâ laude in hoc *Oupnek'hat* celebratur.

Qui unicam omninò substantiam agnoscit, omnia quæ existunt, videntur, imaginatione, mente concipi possunt, attributa, perfectiones, rationes ei tribuit : hinc primæ omnium causæ, summi omnium moderatoris, unici in omnibus agentis, mentis humanæ vires quasi superans encomium.

Qui verò plura entia confitetur, ut aliarum, à primo Creatore diversarum substantiarum existentiam, veritatem fortiùs adstruat, illarum qualitates, attributa fusè enumerat, quibus summi opificis, ne operi aliquid detrahat, descriptionem subjungit, essentiam ejus omnimodè perfectam parciùs extollens. Ea est humana infirmitas! quod attingere nequit, negat vel deprimit.

Ad primum laudis genus referri potest, quod legitur in *Evangelio* : [1] *Magister bone .... quid me dicis bonum*; ait Jesus : *nemo bonus nisi solus Deus.* Nempè *humanitas*, quam in me corporis oculis cernis, bono communicato, τῷ esse partiali dona-

---

1. διδάσκαλε ἀγαθέ ....

ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός. MARC. X, 17, 18.

Syriacè, *malkono ttobo* ....

Omar leh Ieschouaa mono kore at li ttobo lait ttobo eloen khad aloho. MARC. X, 17, 18; edent. LEUSDEN et SCHAAF (1717), *p.* 108.

Vox *ttob*, uti ἀγαθὸς, *bonus*, in hoc loco, non significat bonum relativè, rectum rei statum, quemadmodùm GENES. *I*, 4, et *vidit Deus lucem quòd esset bona*; sed bonum absolutè, in se, essentialiter, perfectè. Sensum istum postulat orationis ordo.

Digitized by Google

tur; *Verbum*, Filius, à *Patre*; *Spiritus sanctus*, à *Patre* et *Filio* accipit: proindè, solus fons, pater, solus Deus in se, ex se bonus, vera, independens est substantia; quod æquali trium personarum perfectioni, naturæ unicæ non officit.

Hoc breve commentarium, mihi haud magni momenti, si omnibus theologis statim non arridet, catholicam de tribus Personis fidem simpliciter me tenere sciant; remque, antequàm meæ explicationi notam inurant, profundè meditari dignentur. Veritas, à principio, per diversa ora manavit, plus aut minùs, pro canalium diversitate, alterata. Ejus lineamenta quæ supersunt, è veterum, externorum monumentorum ruderibus eruere arduum quidem, at critico et relligioso inquisitore dignum.

Pag. 249, *lin.* 4 : *Anbeheh* (*suprà*, N.° *c*, *p.* 57; *anbheteh*: *infrà*, *p.* 251, *anp'heh*; punctuationis differentiâ).

Aqua illa, quæ littus non habet etc., est humor universalis, mundum penetrans, replens, ambiens, abyssus iste, primordialis aqua, quam super spiritus Dei ferebatur. (GENES. *I*, 2, 3.)

Lin. 6 : majus ingressum est; *lege* : majus in eam (*aquam*, *anbeheh*) ingressum est.

Ens supremum, aquam ingressum, ei vitam et omnia producendi vim inseruit : *lin.* 23, *omnia animantia ex aquâ in terrâ producta fuit* (*fuerint*).

Lin. 19, 20 : illud ens est, quòd, docti id cum mari *maïa* unum ut fecerunt, texunt. (*Ve án dzatist ke aarefan oura ba beher maïa ieki kardeh mibafand.*)

Maïa, error quo entia particularia ex universali oriuntur, oriri censentur, mare est. Docti ens et non ens, veritatem et errorem, unum pannum, telam unam conficiunt : primum, formam, substantiam; secundum, vinculum, subtemen, apparens tantùm scientes, videntes.

Digitized by Google

Pag. 250, *lin.* 3 : Et dicunt, quòd *verba dulcia et vera et recta*, id est (*o migouïand ke sokhanhaï schirin o hak o rast oust*).

Observandum sæpiùs Ens supremum, primum agens, sub *verbi* (*sokhanhaï, verba*) nomine sese manifestare.

Pag. 251, *lin.* 2, 12 : *Haranguerbehah* à principali illius aquæ, quòd *ap'heh* nomen habet .... apparens fiat .... *Pradjapat* ....

Ex aquâ primâ, elementa subtilia, non composita, in quibus et composita, prodierunt.

Lin. 11 : *Beid* dicit, quòd ego hanc viam non scio. (*O Beid migouïad ke man in rahra namidanam.*)

Omnes veritates, specialiter *unificationem*, quod τὸν *Porsch* in sole spectat (*suprà, T. I, N.° L, p.* 271), in libris *Beid* non edoceri, expressè declaratur.

Lin. 19, 22, 25 : Sol .... particula .... è luce Creatoris est .... lux solis, lux Creatoris est.

Sic, in theologiâ Indicâ, unitatis absolutæ obtentu, materiale et spirituale, creatum et Creator confunduntur; prius particula (*dzereh*) posterius dicitur.

Lin. penultimâ, ultimâ; pag. 252, *lin.* 1, 2 : opulentia .... hæc utraque vis .... uxor solis (*est*) (*in hardou kowat zan áftab*) .... in latere .... terra .... os apertum ....

Attributa, virtus agentis (hîc, solis), *ejus uxor.* Nox ex uno solis latere, dies ex altero; terra et cœlum ejus lumine lucida, seu os ejus apertum.

Pag. 253, *lin.* 27, 28 : O homo! vultus .... non est.

Homo à Lumine-Ente distinguitur; inferior, illud Ens-Lumen non comprehendit, et ab eo comprehenditur.

Pag. 254, *lin.* 5, 6 : *Bin Radjah.*

Idem qui suprà, *N.° LXXXVIII, p.* 9.

Digitized by Google

Si *Bin* ille est filius *tẽ Ank*, rex mundi, qui Deum se agnosci voluit (*Mahabar.* 12 *Porb. part.* 1, *fol.* 349 *v.*); verisimiliter scientiæ quam acquisiverat sublimitate, fuerit ultrà modum elatus.

Doctum, in culmine potestatis positum, intrà limites stare, rarum : probum, prudentem simul et strenuum, supremo regimini aptiorem esse, generis humani probat historia.

Pag. 254, *lin.* 12, 13, 14 : quatuor vox .... tres intrà domum corporis est; et una extrà ....

Tres illæ voces, sunt tres, intrà corpus formatæ, gradatim è pectore ad os ascendentes; una extrà, ea quæ ex linguâ exit. Vide suprà, *T. I*, N.° LXXIX, *p.* 373.

Lin. penultimâ, ultimâ : filum longitudinis (*longum*), mercedis operum ut scidit.

Pluries de mercedis operum abnegatione dictum.

Super hac materiâ, vide *Bhagwat geeta*, *lect. v*, *p.* 58; *lect. XVIII*, *p.* 125-127. *Vers. Gallic. p.* 63, 64, 142-145.

Pag. 255, *lin.* 9 : *Madhou tschehendaï.*

Madeh djehend, Banparast celeberrimus. *Mahabar.* 12 *Porb. part.* 2 *fol.* 478 *recto.*

Pag. 256, *lin.* 1, 2, 5, 6 : rectum (*verum*) dicere ... munificentia, etiam mortificatio est; et *korbam* facere, etiam mortificatio (*riazzat*) est.

Rectè agere, verum dicere, munificentiam exercere, uti sacrificium facere, mortificatio apud Indos, id est, summæ perfectionis meritum habet. Quod fanatismum operum, ut dicunt, *surerogationis* repellit, et hominem in communi vitæ statu, æternâ beatitate dignum statuit.

Lin. 7 : et mundus terræ, et mundus *tẽ fezza*, et mundus *tẽ Behescht*, hæc quæque tria (3) *Brahm* est. (*Ve aalem zemin o aalem fezza o aalem behescht in har seh Brahm ast.*)

Digitized by Google

Id est, Ens supremum et unicum. Universitas rerum proindè ens illud unicum est, loca (mundi) etc. quidquid extrà existit, mera apparentia. Indè verus *spinosismus* (vox non terreat, cùm, societate nihilominùs, quasi plures substantiæ existerent, gubernatâ, nihil indè ordo rerum, ut jam exposui, detrimenti sit accepturus), Indico tamen modo intellectus.

Pag. 256, *lin.* 14, 18, 19 : Quemadmodùm extremitatem ... ensis .... ipso hoc modo, oportet quòd mendacium et non scientiam, ut consideratum fecit, seipsum (*ab illis*) servatum habeat. (*Hamtschenin baïad keh dorough o nadani molahezz kardeh khodra negahdarad.*)

Mendacium et ignorantiam diligenter; summâ curâ fugiendi præceptum, expressè adhibitâ percellenti comparatione, hìc injungitur. Textus iste, alterius (*suprà*, N.° CXII, *p.* 136), ubi quinque mendaciorum genera licita perhibentur, commentarii loco esse potest.

Lin. 22, 23 : illud ens cum volitione .... cum voracitate (*be kajam ou*) intuetur ....

Successiva, inprimis ultima rerum hìc indicatur devoratio.

Ibid. lin. 26 : septem *pran* .... septem linguæ ignis.

Suprà, *T. I*, N.° LXXXII, *p.* 383; N.° XXVIII, *p.* 165, de septem *pran*: et *T. I*, N.° XII, *p.* 37; N.° XIV, *p.* 48 (*aguen houter, Mahabar.* 12 *Porb.* 2.e *part. fol.* 518 *v.* 630 *recto*), de septem ignis speciebus, seu linguis, actum est.

Pag. 257, *lin.* 6, 7, 11 : in medio τῶν *Fereschtehha* ...: *Zehereh* .... magnum id est.

Scilicet maximus in omni genere entium est.

Suprà (N.° LXXVI, *p.* 367), *Zehereh*, Venus planeta, *ostad*, seu doctor τῶν *Djenian* dicitur. *Asiat. Research. T.* 2, *p.* 303.

Ibid. lin. 13, 14 : tres colores ..., *eidjad* (*inventionis* ..) ....

Digitized by Google

Tres colores sunt tria supremi artificis atributa; creationis, conservationis, destructionis.

Pag. 257, *lin.* 17-20-21 : Et unus *djiw átma* .... alter .... præterit.

Duo *djiw átma.* Alter à *maïa* deceptus, indoctus, entibus singularibus addictus manet; alter, doctus, liber, universalis remanet. Sic rerum productio, seu apparentia, ab eodem *átma* non producto, qui ratione ad *maïa,* diversus evasit, remansit.

Pag. 258, *lin.* 22, 23 : Domus cordis *nilouferi* .... domus illius entis magni.

Cor, in medio corporis, domus, sedes Entis supremi.

Pag. 259, *lin.* 4, 5 : sumentem ... manum (*varosch dast*).

Suprà, p. 665. Character *tẽ Maha diw,* seu Entis supremi, omnia in se attrahentis, ut sæpè dictum est, et annihilantis.

Lin. ultimâ, pag. 260, *lin.* 14 : cor .... calor ejus custoditum habet.

Cordis, et rerum ad id pertinentium, ei adjunctarum, satis accurata descriptio.

Pag. 260, *lin.* 6, 7, 9, 23, 26 : foramen valdè parvum est .... ignis .... edens bucceam primam .... *átma* .... *Brahm Maha diw* .... *Beschn* .... cum seipso lumen est.

Omnia ad unum, quod sensibus percipi potest, quod homini magis intimum, reducit systema Indicum. Indè ignis, in eo flamma subtilis, cujus in medio, *átma* ipse, qui *Brahma, Maha diw, Beschn :* ejus tres proprietates.

Ignis edens escæ primam bucceam, est *átma aguen roup,* id est, *átma* cum ignis vultu, qui *Beischvanr,* calor stomachi. Vide suprà, *T. I,* N. LIV, *p.* 274.

Pag. 260, *lin.* 27, 28; *pag.* 261, *lin.* 8, 9, 12, 19 : Hic discus solis .... *Rak Beid* .... splendescens factus est .... sol, lux

Digitized by Google

est .... *Adam* .... *mokel* mortis .... aqua vitæ .... *djiw átma* .... sol est.

Tria *Beid*, discus, lumen, *porsch* solis : indè sol omne in naturâ, totus mundus, et ipse *Adam*, pater humani generis, et præfectus mortis, aqua vitæ, *djiw átma* etc. est.

Pag. 261, *lin.* 25; quem dicunt; *lege* : quid dicunt.

Pag. 262, *lin.* 2, 7, 11, 14, 20, 25, *ultimâ*; *pag.* 263, *lin.* 5, 6-12 : rectitudinem magnam dicunt ... mortificationem ... in retentione sensuum internorum .... (*externorum*) .... munificentia .... opus purum .... magnum dicunt .... productos facere .... natos .... cor majus ....? τὸ *sanias* magnum .... ab omni magnum .... dicunt.

Novem *magna;* scilicet, rectitudo; mortificatio; retentio sensuum; internorum; externorum; munificentia; opus purum; natos procreare; cor : quarè illis hoc nomen. Ordinem observa.

1.° Rectitudo (*rast*); quòd recto, justo, vero conforme, ordinis cœli, venti, solis, sermonis, omnium norma; id est, summum rectum; illud in relligiosâ Indorum morali, primum *magnum*.

2.° Quod hominem in se spectat.

3.° Opera ad *extrà*.

4.° Præcedentium fons, causa; recogitationis sedes, cor, maximum.

5.° Τὸ *sanias*, id est, absoluta omnis rei, præter et propter Deum derelictio; quâ *Brahm* ipse creatura efficitur : summa perfectio, ab omni majus, sed cunctis necessitate *medii* non injuncta.

Pag. 263, *lin.* 14, 15, 16, 19, 20; *pag.* 264, *lin.* 6, *penultimâ*, *ultimâ*: τὸ *sanias* magnum .... *Brahma* .... *átma* .... sol .... intelligit .... ab omni magnum (*majus*) dicunt.

Brahma, id est, omne, natura universalis, annus totus, *Porschi*, qui est in medio solis, *átma*, sol, cujus splendescente calore cuncta producuntur : unum ex altero prodiens, à pluviâ ad usque,

Digitized by Google

quâ *âtmâ* intelligitur, certitudinem (*suprà*, *T. I*, *N.° XVIII*, *p.* 66-75) : *sanias*, quo Enti supremo absolutè, soli adhæretur, *Brahma*, illud *âtma* est; *magnorum maximum*, cùm hominem omni singularitate exutum ad Ens universale, unicum evehat, illud ipsum eum reddat.

Pag. 264, *lin.* 9, 12 : ex alimento .... productum fiat.

Indè meritum illius qui alimentum largitur : novus creator est, *Brahm est.*

Ibid. lin. 12, 16, 19, 25, 26 : Ille *porsch* ... omne in seipsum attraxit .... omne is est .... mors te non obtineat.

Τῆ *porsch*, *âtma*, descriptio, cunctos naturæ thesauros continentis, omnia in se trahentis, naturæ universæ, summi, unius entis.

Pag. 265, *lin.* 9, *not. lin.* 2, *ultimâ* : *Pranou* et *âtma* unum .... nomen præter nominatum .... cum nominato (*esmra gheir masmi .... bemasmi*).

Τὸν *pran* cum *âtma* unum scire, nomen à re distinguere, illud cum re unum scire, omnia unum et idem : et magnum illud identitatis absolutæ mysterium in seipso videre, noscere, nihil ultrà cogitando, duas quæ ad beatitatem ducunt vias non intendendo, verùm *Brahm* unicum cogitare, perpetuò meditari, intueri, ipsum *Brahm* obtinere, esse est : secretum tegendum, *Oupnek'hat.*

OUPNEK'HAT 31.ᵐᵉ, MANDOUK.

N.° CXL.

Pag. 266, *lin.* 2 : MANDOUK.

Vide *Oupnek'hat* 4, *Mandek*, suprà, *T. I*, *N.° LXXX*, *p.* 375.

Lin. 6, 10, 11 : Quidquid fuit .... *Brahm* .... *âtma* .... *pranou* ....

Digitized by Google

Sub nomine *pranou*, qui *Brahm âtma*, rerum universitatis descriptio.

Pag. 266, *lin.* 16; *pag.* 269, *lin.* 2, 3; *pag.* 270, *lin.* 13 : pes primus .... *âtma* scias .... *pranou* etiam quatuor pedes habet .... *âtma* est.

Curiosa quatuor pedum *tẽ âtma*, scilicet quatuor statuum hominis, descriptio; cum quatuor litteris *tẽ pranou* comparatio.

Pag. 267, *lin.* 1, 2 : *Beschvanr* ....

Calor naturalis omnis entis, pes primus *tẽ âtma* : illo calore entia nascuntur, vivunt.

Pag. 268, *lin.* 15, 16, 17, 18 : sciens etiam non potestas dicit, et non sciens .... conveniens enti deficienti (*imperfecto*) est.

Hoc commentario explicatur, quod alibi dicitur de Ente supremo; nempè, id, nec, esse, nec, non esse, bonum, aut malum etc. affirmari nequit. Ens deficiens, bonum, malum, existens, non existens esse potest : porrò enti in se integro, summè perfecto, quod deficienti convenit, applicare nefas. *Transcendenter, supereminenter*, omne est. De Ente illo dignè, reverenter loquitur, qui nihil de eo affirmari, nihil de eo negari, pronunciari posse, simpliciter, absolutè declarat.

Pag. 269, *lin.* 20 : *aokar* ab omni magnum est.

Av, samskreticè, adverbium perfectionis.

Ibid. lin. penultimâ, ultimâ : *mim* propter hoc dicunt, quòd metiens omne est, et destructum faciens omne.

Samskreticè, *mima syômi*, vel *sedischiami*, granum metiar.

OUPNEK'HAT 32.^mm^, PANKL.

N.° CXLI.

Pag. 271, *lin.* 2 : PANKL.

Tẽ *Oupnek'hat* nomen, ex *Rek'heschir Pankl* nomine ortum.

Digitized by Google

Pag. 271, *lin.* 6, 7, 8, 9 : transire faciunt (*ad beatitudinem*) .... egoitatem, et hypochrisim, et hominis molestationem ....

Suprà (N.° CXXXIX, *p.* 262), *rectitudinem* primum *magnorum* esse vidimus. Hîc egoitatis, hypochrisis expertem esse, nec homini molestum, ad beatitatem via.

Morali isti non plaudent, qui vel in relligione, vel in politicâ, egoitate acti, et hypochrisis, falsitatis crimen nihili ducentes, juramentis, *promissionibus* solemnibus, in se malis, explicationum vero, recto accommodatarum ope, quod in jurante veram hypochrisim parit, constringere volunt, student, refragantibus molestiam creant. Ergòne pars una generis humani alterius erit tortor indefessus! Societatis tutum, unicum vinculum, imbellis probi, ut et potentis conscientiæ, honoris *dictamen*, cui nihil addunt externæ istæ *præstationes* sæpiùs infidum cælantes animum. *Promissionis*, juramenti expositionem libenter et sincerè profiteor. — Non sufficit. — Ipsam *promissionem* emitte. — Proindè falsa et falso animo ficta ista expositio. Recusantem è patriâ expellendi, spoliandi potestatem vi habes; jus undè? Nec valet spiritualis temporali juncta auctoritas. Duobus verbis; quod exigitur, vel politiam spectat, vel relligionem : si primam, spiritualis potentiæ in eam nullum jus; si secundam, temporalis. At, licet tecta, brevi patescit vera insectationis causa, opes, possessiones, munera à refragantibus eripiendi cupido, et vel injustæ detentionis pudor, vel necessariæ restitutionis timor.

Veritas, alma veritas! summi omnium Creatoris essentia et norma, creaturæ in spissâ rerum caligine fax, in malis undiquè obsidentibus refugium, solatium data, cujus *facies si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut* de honesto *ait Plato, excitaret sapientiæ* (CICERO, *de officiis, lib.* 1 (1672), *p.* 11), petentium mentibus luminis tui splendorem benigna infunde.

Digitized by Google

Enim verò, quo toxico miseros hominum animos imbuit humani generis hostis! nullibi sincera veri facies. Commodum affectuum, actionum regula. Heri popularium motuum fautor, atrox, truculentus; hodiè regiminis ad priscum ordinem vergentis præco, vilis adulator; nec ipsis, quorum ingenia studiorum sublimitas erigere debet, exceptis.

Sic legitur in *diariis* :

« Dans la nuit du 11 au 12 *vendémiaire* (4, 5 octob. 1801), « jour de la publication de la paix avec l'*Angleterre*, on obser- « voit dans le ciel une réunion, très-remarquable, des planètes de « *Saturne*, *Jupiter*, *Venus* et de la *Lune*, auprès de la belle étoile « *Regulus*, connue sous le nom de *Cœur-de-Lion*. Le citoyen « *Messier* a rendu compte de cet *intéressant* phénomène, dans « un mémoire lu par lui à la classe des sciences physiques et « mathématiques de *l'institut* national, dans sa séance du 5 *bru-* « *maire* (28 *octobre*).

(Rem *benignè* refert D. DELAMBRE; *Instit. notice des trav. etc. mathémat. 1 trimestr. an* 10, *p.* 3.)

Journ. des défens. de la patr. 9 *brum. an* 10, *Paris* 8 *brum. p.* 4.

Albumazar, astronomus simul et astrologus *Arabs* 9 aut 10 sæculi, in tardo *Saturno*, Anglum; in potente *Jove*, Gallum; in *Venere*, Lusitaniæ reginam; in *lunâ*, Crescentem Otomanicum, et in *Regulo* seu *Corde-Leonis*, Prussiæ regem vidisset. Astronomus *Gallus*, 19.° sæculo, conjunctionem quatuor stellarum propè quintam, occasione pacis Galliæ cum Angliâ, 4 octobris 1801 publicatæ, ut phenomenon observatione dignum Instituto nationali annunciat, exponit. At quid ad eventum politicum, humanis affectibus productum, talis astrorum situs? Eadem ergò de cœli *physici* motûs, in terræ motus *morales* influxu, 9.° et 19 sæculo, parem denotans mentium imbecillitatem, opinio; simul et Asiaticæ adulationis noxa.

Digitized by Google

Indi philosophi hac in materiâ, diversa prorsùs sententia. Cœlum quidem, seu ejus præfectos, in terram, in hominem agere arbitratur ; similiter terram in cœlum, hominem, parvum mundum, in magnum. Omne in naturâ, cum seipso rationem habet, supremi omnium moderatoris ordinatione. Verùm è siderum *concursu* hominis volitiones pendere, eo declarari, prognosticæ arti deditus non autumat.

Celeberrimi Europæ astronomi, scientiæ suæ præstantiâ delusi, aliquam è cœlo materiali rerum terrenarum, præsertim politicarum, notitiam peti posse putârunt : ex quo quidam augurare et divinare, pudendum! etiam non dubitârunt.

Pag. 272, *lin.* 20, 28 : in hoc corpus .... ustum non oportet urere facere.

Ceremoniæ, praxes, funeralia, quæ pro mortuis generaliter præscribuntur, uti urere corpus etc., ei qui igne cognitionis corpus suum cremavit, qui intellectu perfecto, veri certam notitiam acquisivit, non sunt necessaria : ubique, loco puro, impuro, omni modo, corpus suum ut coluber pellem relinquit, et beatus evadit.

Pag. 273, *lin.* 3, 6, 7 : Quoad τῷ *salek* petitio ... cognitionis est ... intelligit, quòd forma *hasti* (*existentiæ*) ... ego sum.

Se figuram existentiæ, ipsum ens, ipsam existentiam intellectu percipere, ultimus summæ cognitionis gradus.

OUPNEK'HAT 33.^m^, TSCHEHOURKA.

N.° CXLII.

Pag. 274, *lin.* 2, 4 : TSCHEHOURKA ... *cul*[*trum* τὸ *secare* ... Samskreticè, *schourika*, cultrum.

Ibid. lin. 7, 17; *p.* 276. *lin.* 17 : *deharna* .... modus τῆ *deharna* .... per incuriam.

Digitized by Google

Deharna τῆ *selouk*, perfectæ in Deo mansionis, de Deo meditationis, pars præcipua. Vide suprà (*N.° CX, p.* 106) ejus modum.

Pag. 274, *lin.* 14 : *schiv banhou.*

Samskreticè, *schiv*, MAHA *diw*, *lingam*, immortalis.

Not. 1, (*red ect.*); lege : (*red etc.*)

Pag. 275, *lin.* 1, 2, 14; *pag.* 276, *lin.* 6, 7 : (12) *matraï*, quòd quantitas (*temporis*) .... respirationem .... è mari digito (*pollici*) .... cum cerebro .... custoditum habeat.

Respiratio, ad ultimum protracta, duodecim *matraï*, seu syllabarum, litterarum, sonorum est. Quomodò ventus à pede ad cerebrum ducatur.

Lin. 21, 22, 26 : vena *sak'hemna* .... colorem rubrum ... pervenire faciat.

Vide suprà (*T. I, N.° XIX, p.* 84), quinque colores aquæ in corpore; ventorum (*suprà, N.° CLXIII, p.* 365; *N.° CXXXVI, p.* 234) septem funes, seu septem humores, septem coloribus tinctos.

Pag. 276, *lin.* 8, 10, 11, 14, 16 : cum cultro cordis ..... omnia nomina et omnes figuras amputet .... instrumentum bellicum τῆ *Inder* .... τὸ secare manum et pedem insipientiæ et erroris per incuriam.

Cor intelligens nomina et figuras annihilat, ut et insipientiam, errorem : Creator solus in mente remanet.

Instrumentum bellicum τῆ *Indr*, scilicet, τῆ *Pram*, *Brahm*, Creatoris magni, culter, quo insipientia scinditur.

Allegoricus, ad res spirituales referendus, nunc patescit armorum ut et personarum mythologicarum sensus.

Lin. 22 : *aoda* .... *pankla.*

Samskreticè, *oudam*, aqua; *oudakam*, aqua, humor; *aoudâryam*, fortitudo, liberalitas : *pankaha*, frustum; *pengala*, unus è locis quibus respirant.

Digitized by Google

Pag. 276, *lin. penultimâ; pag.* 277, *lin.* 4 : quadraginta et octo *matra* .... forma illius fiat.

Indus 48 *matraï* spatio halitum intrà duo supercilia in naso retinere potest : summa meditationis perfectio.

Pag. 277, *lin.* 6, 7 : septuaginta et duo millia venarum.

72,000 venæ, venæ *sak'hemna* junctæ.

Lin. 20, 21, 24; *pag.* 278, *lin.* 17 : opera purum et malum non reliquit .... ab operibus puris et malis mundum .... vinctus non fit.

Opere bono aut malo derelicto, uni Deo adhærere, ejus nomen pronunciando, meditando, summum, quò prædictâ halitûs retentione pervenitur, felicitatis culmen.

OUPNEKHAT 34.^m^, PRAM HENS.

N.° CXLIV.

Pag. 279, *lin.* 2 : PRAM HENS.

Id est, Samskreticè, magna anima.

Lin. 22; *pag.* 280, *lin.* 18 : Aliquis, quòd petens hanc viam .... modus excelsus ....

Descriptio parvi *sanias*, quod omnes privationes, scilicet, opum, pecuniæ, propinquorum, uxoris, liberorum, solo necessario emendicato, cum *rē Oupnek'kat* lectione, comprehendit.

Pag. 280, *lin.* 21 - 28; *pag.* 281, *lin.* 9; *pag.* 282, *lin.* 8; *pag.* 285, *lin.* 11 : modus excelsus ... efficitur ... non mansit ... in *átma* requiem sumat ... (... *verè liber et beatus est*).

Saniasi excelso modo, suprà dicta paucula adjumenta deserit, etiam à legendo *Oupnek'hat* abstinet, circà omne, quod ad corpus et ejus statum, quod ad animam indifferens; quasi mortuus; nihil extrà *átma* noscit, se illum esse intimè sciens,

Digitized by Google

Pag. 280, *lin. penultimâ*; *pag.* 281, *lin.* 4 : Corpori sex status .... fieri.

Corporis sex status; existere (in utero); nasci; crescere; adolescere; decrescere; finire.

Pag. 281, *lin.* 10, 11, 19, 21, 26, *penultimâ, ultimâ*; *pag.* 282, *lin.* 8 : is non alicujus elogium .... admiratio (*suî*) et præsumptio non sit .... egoitatem non habuerit .... ex eo (*corpori*) sine addictione fiat ... aliquid aliud (*esse homo*) scit; ... cum seipso factus, (*sic*) maneat .... in *âtma* requiem sumat.

1.° Omnes animi virtutes, præsertim humilitas, perfecto isti *saniasi* præcipiuntur.

2.° Nihil præter *âtma* existere sciens, forma τῦ *âtma* cum seipso factus, manet; id est, se ens ipsum supremum constanter reputat.

Prodeant celebres illi antiquitatis philosophi, SOCRATES, ARISTIDES, EPICTETI. Quidquid morum puritate, mundi et ejus illecebrarum, voluptatum despectu, rerum victui, vestitui necessariarum neglectu, denique mentis *præcellentiâ*, et corporis ei absolutâ *subjectione*, Entis supremi meditatione, Stoica schola, quædam apud Judæos et Christianos sectæ, famigeratum produxerint, meram sapientiæ larvam, non speciem, Indis *saniasi* comparatæ, gessisse, oculo à præjudiciis libero deprehendentur. Apud hos corpore, ipsâque animâ, quod ad sensus, affectus, motus, actus quoslibet, quasi mortuis, homo in se, extrà se, in ente unico vividus existit. Quod si in Ens primum, unicum transformari videtur, superbiæ periculum ei assiduè ob oculos ponitur. Dùm omne est, cùm Deus evaserit, se nihil esse tenere homini præcipitur: inprimis, ne spectantium laudibus mens efferatur, deserta petere jussum; aut potiùs, eò perfectionis provehi, ut laus et vituperium, quasi stilla super telam ceratam cadens, nullam

Digitized by Google

in eo *impressionem* faciat. Et, quod observandum, mirandum, non centum annorum spatio, supernaturalis illa viguit, sed quatuor annorum millibus, et adhuc in *Cachmiro* circà *Elahbad*, in *Benarès*, totâ *Gangis* ripâ, et aliis Indiæ partibus, apud omnis statûs, conditionis indigenas viget moralis theologicæ, supremæ perfectionis doctrina.

Hîc standum, ne ex dictis consectanea, à mente procul posita educat nimiùm irritabile odium theologicum.

Pag. 282, *lin.* 11, 12-16, 23, 24, 25, *penultimâ* : Et lignum .... cognitionis est .... Aliquis, quòd lignum .... *kian* acquisitum non monstravit .... sensus externos et internos in vinculum retentionis non adduxit .... peccatorum est.

Solum lignum vero *saniasi* relictum, baculus cognitionis. Sequitur falsi *saniasi* descriptio, cujus character præcipuus, posthabitis cognitione et sensuum repressione, externum *saniasi* habitum gerere est : id peccatorum *maximum*. Sic, in omnibus, veritati prima laus, mendacio primum vituperium.

Pag. 283, *lin.* 5, 8, *ultimâ* : Is (*pram hens factus*), cum aliquo .... et opus .... *salam* .... Et post mendicationem ....

Cùm verus *saniasi* omne et nihil sit, de eo nihil omninò possunt dicere : quòd illud sit vel non sit, quòd eo egeat vel non egeat; id faciat, vel non faciat : præter *âtma* ei nullum : nihil esse, non esse, et sic omne esse, propria ei existentia.

Lin. 13, 16 : *dehian* .... *basna* .... *deharna*.

Vide suprà (*N.° CX, p.* 106; *infrà, N.° CLXIII, p.* 359), *τῶν dehian* et *deharna* expositionem.

Pag. 284, *lin.* 16, 17, 18, 24, 25, 27, 28 : aurum et argentum .... intuitum etiam non faciat .... si cum volitione .... intueatur .... manum pervenire facit .... sumit.

Tres peccati gradus : 1.° cum volitione intueri; 2.° manum pro-

Digitized by Google

tendere ; 3.° sumere. Adverte inprimis aurum, argentum etiam intueri vetitum ; ipsam volitionem, ipsum desiderium, peccatum grande.

Pag. 285, *lin.* 3, 4, 5 : è molestiâ .... sine patientiâ et sine vi (*ad illud tolerandum*) non faciat.

Rectissimè *Pram Hens Oupnek'hat* illud nominatum ; animam enim hominis magnam animam, omnia naturæ, entis imperfecti defectus tollendo, Deum ipsum reddit.

Dùm longo et atroci bello exhausta gemit Europa, populi vectigalibus, hominum conscriptionibus, requisitione, operum, terrâ marique [1], inimicis, eorum consumptione pressi, agriculturæ derelictione, opificiorum, commercii et coloniarum jacturâ vel direptione, destructione, annonæ caritate (*panis Parisiis libr.* $4\frac{1}{2}$, 5 *ass.*) ad inediam redacti, extremum ferè exhalantes halitum : quid sibi velint avidi et improvidi rerum publicarum rectores, nùm tandem arbitrariæ et barbaræ gestioni, undè verum ipsis nullum emolumentum, finis non sit imponendus ; nùm semper pueriles et præposteri sumptus imperabuntur, [2] pallentes à se invicem exquirunt :

---

1. L'on vient de mettre en armement trois navires pour la pêche de la morue, au grand banc de *Terre-neuve*. Mais le manque de charpentiers de navires pourra bien retarder cette expédition, si le gouvernement ne la seconde, en *renvoyant dans leurs foyers* les ouvriers nécessaires à cette entreprise.

Si le gouvernement nous envoie cette classe d'ouvriers, etc.

Journ. des Défens. de la patr. 2 *frim. an X*, *p.* 2. VENDÉE : *Sables*, 20 *brum.*

2. Vide in diariis, *Moniteur*, 10 *frim. an* 10. ACT. DU GOUVERNEM. *p.* 277 ; ARRÊTÉ *du* 7 *frim.* „ (Les Consuls de la République, sur le rapport du Ministre „ de l'intérieur, le conseil d'état entendu, arrêtent : Art. 1. Le directeur-général, „ les administrateurs, le secrétaire-général, les directeurs et employés des doua- „ nes, porteront un uniforme, qui est réglé ainsi qu'il suit : etc.) "; et *Défens. de la patr.* 11 *frim. p.* 3. Novum *duanæ* fiscalibus, à directore generali ad simplices præpositos uniformem, at opere phrygio variè, *pro gradu*, argento ornatum, regiminis publici decreto, solemni, auditis audiendis, formâ lato, præscriptum vestitum : omnes acinace armati : *commercio*, bellum paratur.

Digitized by Google

Dùm maris dominator omnia in hostes, neutros, amicos jure sibi licere contendit, colonias vi raptas coloniis addit, et, universali commercio dives et pauper, cùm mercibus non venditis emporia redundent, nec minores indè ei sumptus annuales domi aut foris, maritimo luxui gentis suæ genio indulgente, repetitis mari excursionibus, populi nimiùm creduli et jejuni, oculos, aures implens, perstringit; rivali, etiam proprio incommodo, damnum assiduè parans, pariens :

Dùm terræ imperator, semper quasi in acie victo jura dare, parta bello servare; vicinos, ordinis restituendi prætextu, copiis, militari legislatione exagitare; regna subvertere, subversa ne resurgant impedire, nova creare; ærarium malè conceptis expeditionibus exhaurire; duro, ad nutum, militari regimine, populum mitem et vix asciæ ereptum gubernare; histrionicis decennalibus militum exercitiis, quasi simiorum saltatione, tympano, spectantium oculos occupare satagit :

Dùm, quod ad internam administrationem, fiscum, rem maritimam, colonias, commercium, vias publicas, imperii bonum intrà vel extrà, nihil acre, scitum, sapiens ingenium redolens decernitur :

Dùm monarcha invidus, sanguinis voci aure obturatâ, primogeniti familiæ suæ stirpem abolendam curat, ut, datâ occasione, ipse thronum vacuum occupet; novo interim soboli suæ regno acquisito :

Dùm alius, communis Europæ tranquillitatis obtentu, belli arcendi provinciam suscipit; at reverà ut vicinis imbellibus, terris quasi jure spoliatis, vastum et tremendum sibi conficiat imperium.

Dùm tandem veteri et constanti zelotypiâ Galliæ exitiales motus, exhaustionem, ultimæ Francorum dynastiæ extinctionem, ut certum novæ potentiæ, quâ vicinos opprimat, novæ opum vis acquirendæ

Digitized by Google

medium postremus considerat ; et inferioris gradûs potestates semiconatibus resistendo, aggrediendo, aliæ mortem sibi consciscunt, aut tumultuariè sancitis legibus, repetitis *constitutionibus*, lethalem morbum, insanabilem debilitatem contrahunt :

Dùm, ex alterâ parte, populo, relligionis defectu, militaris vitæ habitu, criminum, quæ quasi ebrius, vix sentiens commisit, pœnâ, idoneæ, omnis institutionis experte, legibus soluto, parentum, seniorum vix rationem habente, effrenatæ licentiæ, sub nomine libertatis, dedito, moralis, honesti notio nulla ; quodlibet, modo publica vitetur animadversio, licitum ; corporis, sensuum appetitus, affectuum motus [1], sola actionum norma ; mentis, utpotè meri soni, quemadmodùm alterius vitæ meri somnii, nec mentio, nec memoria : undè inprimis urgente victûs penuriâ, frequens voluntaria mors (*suicide*) : cæterùm materiâ involvi, immergi, pecuniam quoquo modo colligere, coacervare, tùm puerili, etiam turpi sumptu, turpiori quæstu, spretâ pactionum fide, parta dissipare ; tandem in flagitia, ruptis habenis, sese præcipitare, præsentis generationis studium est.

In hoc morali et politico Europæ statu, priscam et vividam τῆς *sanias* descriptionem mentibus offerre, gubernantes et gubernatos ad eam legendam invitare, ut rerum, quibus, ut parvuli inescantur, assiduè inhiant, vanitatem videant, agnoscant, et bonum spirituale, scilicet Deo adhærere, solum homine dignum discant, simplicem *culpam* in homine *privato*, in *publico*, præsertim principe, ob exitales exitus, plerumque *crimen* esse scientes, speciei humanæ utilitati, quidquid in contrarium effutiant alta sapientes neoterici philosophi, politici, verè est consulere.

---

1. *Journal des Défens. de la patrie*, 2 *frim. an.* 10. *Hamb.* 10 *nov. dans le Journal des romans*, publié à Berlin ; *idées neuves sur le penchant qui unit les deux sexes.*

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 35.um, ARANK.

N.° CXLV.

Pag. 286, *lin.* 2 : ARANK.

Samskreticè, *árohanam*, ascensus, ascendere; ex eo fortè, quòd, hac τῆ *sanias* descriptione, altissimus depingatur perfectionis gradus.

Lin. 8, 15; *pag.* 289, *lin.* 2 : filios et fratres ... transire faciat ... uno loco maneat.

Nova τῆ *sanias* descriptio, præcedenti similis.

Pag. 286, *lin.* 11 : *bhou lok.*

Samskreticè, terræ mundus (id est, terræ contiguus) : *bhour lok.* Vide suprà (*T. I, N.° XXXVII, p.* 194), octo mundos cœlestes; et (*N.° LXXXII, p.* 384) septem τῆ *behescht* tabulata. Si *pour lok* legitur, samskreticè, *poûranam*, implere; *poûritam*, plenitudo, satietas; *pournaha*, satiatus, contentus (felicitatis, satietatis, plenitudinis paradisus).

Lin. 12 : *sourk lok, behescht*, paradisus. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 431 *v.* 441 *v.*

Meheh lok; samskreticè, magnus mundus.

Djen lok; samskreticè, τῶν *djenian*, mundus.

Atap lok; samskreticè, *átanam*, hominis statura, proceritas. (*Atap lok*, celsissimus mundus.)

Lin. 13, *tal;* samskreticè, *talpam*, pascuum. *Talapâge*, pileus (*toque*). *Tâla droumaha*, palma silvestris.

Atal. Samskreticè, *atala sparscham*, absque fundo, silvæ densitas.

Batal. Patal, samskreticè, infernus.

Soutal. Schou, hominibus benefaciens; nomen τῆ *Maha diw.* (*Mahabar.* 13, *Porb. fol.* 664 *r.*)

Digitized by Google

Resatal. Tabulatum. Samskreticè, *reschuha*, guttur (tabulatum angustum).

Lin. 14 : *Talatal* (fundus fundi, tabulatum profundissimum).

Mahatal. Samskreticè, magnum *tal.*

Pag. 287, *lin.* 1, 20 : *zonam* .... projiciat.

Notandum perfecto *Saniasi* zonam, quæ Brahmanis Indi nota specialis, exuere, projicere pluries injunctum; ut verè liber, quasi universalis, soli Deo vindicatus dici queat.

Pag. 288, *lin.* 6, 7, 8 : Alimentum .... sicut medicinam comedat. (*Ghedara bi ânkeh ledzat ou beguirad bedjeket dafeo gueresnegui metsl dava bekhorad.*)

Omnis voluptas, etiam in necessariis corporis actibus, hic expressè, clarè prohibetur : alimentum ut medicinam mortis, à nativitatis momento, grassantis, ingruentis, et corpus, dùm crescit, paulatim invadentis, occupantis, gradum retardantem, sumere præceptum.

Sonus, nihil ultrà, auribus Europæorum, qui se in fercula ingurgitare unicè amant; vero sapientì rectum naturæ et rerum naturalium usum tradens doctrina.

Pag. 288, *lin.* 9, 11 : quatuor res .... rectitudo sit ....

Non simplex extasis, fantastica meditatio, fanatismus spiritualis, hominem ita efferens, ut nullo, quod ad moralem, præcepto indigeat. *Rectitudo* (*rasti*), quæ omnes virtutes includit, est una è quatuor rebus quas *saniasi* debet servare.

Lin. ultimâ; pag. 289, *lin.* 1 : *savan* et *bhadvan*, quod tempus violentiæ vẽ pluere est.

Suratæ hi duo menses, qui *augusto* et *septembri* respondent, largioris pluviæ tempus, *moussom.* (*Zend. av. T. I,* 1.re *part. pag. CCCLXVIII, not. CCCXV, not.* 1.) Undè concludere licet, in

Digitized by Google

borealibus Indiæ partibus τὸ *Oupnek'hat* scriptum. (*Suprà, T. I, Annotat. p.* 612.)

N.° CXLVI.

Pag. 289, *lin.* 5; *pag.* 290, *lin.* 9, 14, 15, 18, 29 : Legere (*librum*) *Beid* ... præceptum (*libri*) *Beid* est ... omnem familiam ... cum *fokera* (*fakiris*) ... filium (*suum*) ... hoc modo sit.

Perfecti *saniasi*, ad divinitatis gradum evehentis, vel ex absolutâ abnegatione, vel ex operibus, descriptio.

Notandum autem, antequàm, omnibus derelictis, Indus sapiens deserta petat, in familiam suam benignitatem, in pauperes beneficentiam ei jussas : id est, societatis officia primùm adimpleat; deindè filium suum, quasi sui vicarium statuat, cuncta sua jura, suum esse, quemadmodùm homo è vivis exiens (*suprà, T. I,* N.° XXV, *p.* 147-149; N.° XLIV, *p.* 154 : *suprà,* N.° CVIII, *p.* 82, 83), in eum transferat.

Pag. 290, *lin.* 26, 27 : famem trahat .... et non sinat, quòd corpus suum obesum fiat. (*Goroschnegui bekaschad o na goudzarad ke badanesch farbeh schavad.*)

Corpus pingue animam *incrassat*, pinguem, et ad sublimia se ferendæ, continuæ meditationis incapacem reddit. Humorum abundantiâ demersa, quasi glutino iis ligata, alas movere, agitare nequit, terrenis, corporis affectibus astricta.

Pari ratione, vitiis quidem, prohibitis mundi deliciis carere, opes in pauperes erogare, et alia id genus opera exequi jussum : sed hoc Indo verè spirituali non satis. Qui doloris aut famis cuspidem, aculeum non sentit, patientem se, ut et sobrium, temperantem scire et dicere non valet; quemadmodùm vires suas tùm solùm cognoscit viator, cùm, illas prætergressus, defatigationem experitur.

Digitized by Google

Prætereà fames toleranda, ut probetur animam, cunctis à sensibus profectis superiorem, quasi corpore exutam posse remanere: nec famis aut sitis extinguendæ causâ, sed ad servandam donatam à Creatore existentiam, cibus sumi debet.

In relligione Indicâ cunctis sensibus indesinenter resistere, eos *annihilare*, jussum, morale bellum est. Porrò famis, caloris, frigoris etc. cuspis ut certò retundatur, sicque victor in certamine homo evadat, altiùs pungat necesse est; quoad enim molestia eveniat, resistentia simplex naturæ liberalis actus haberi poterit; proindè nullum indè orietur meritum: quamvis autem in operibus mercedem quærere vetitum, Deumque solum intueri continuè præcipiatur, nihilominùs *meritoriis* actionibus incumbere Indus tenetur.

Qui autem ultimum perfectionis gradum adeptus est, in Deo absorptus, hæc omnia non curat. Velut ebrius (*suprà*, N.° CXXXVIII, *pag.* 243, 244), lapis, arboris truncus, corporis licitis petitis obtemperat, nihil propriè agens, nihil sentiens, soli Deo infixus, eo occupatus, imperturbatâ quiete, absque animi bello cum corpore, immersus, hoc in mundo angelus, ipse Deus.

Solum perfecto *saniasi* permissum *sensibile*, ut et voluptas indè oriens, doloris est cessatio, quam nec exquirere, nec vel optare licitum.

Indica ista ab omni sensibili abstinentia, huic supremæ Veritatis effato consonat:[1] *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mam-*

1. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. Matt. VI, 24.

Digitized by Google

monæ. Quò peracto, quemadmodùm veri Christiani dicere debent [1]: *servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.*

OUPNEK'HAT 36.^m, KIN.

N.° CXLVII.

Pag. 291, *lin.* 2, KIN.

Samskreticè, *kinam*, se agitare; relativè ad *N.° CXLVII. Khinihi*, forma, imago, objectum, perfectio; relativè ad *N.° CXLVIII.*

Lin. 5, 6, 11, 16: cor cum mandato et volitione, quòd (*cujus*) motum facit (*del be hokhm o khahesch ke harkat mikonad*) ... auris aurium ... lux lucum.

Abstrusum et magni momenti metaphysicæ punctum. Motûs, actionis corporis origo et causa. Sensus, corde comprehensò, non se per se movent. Motus in naturâ ex se, nullus, nulla actio. Omne è supremo Ente, jussu auris aurium (*be hokhm schenvaï schenvaïha*), etc. proindè materiale, ut et spirituale procedit.

Ibid. lin. ultimâ; pag. 292, *lin.* 1, 2: eis, quòd loquela cum eo .... non pervenit, et id cum loquelâ pervenit (*dzati ke gouiaï ba ou namirasad ve ou begouiaï mirasad*) .... *Brahm* esse scias.

Sensûs Ens supremum attingere, comprehendere nequeunt. Ens illud eos attingit, eis motum dat; ideò quod finitum ad infinitum pervenire nequit, è contrà infinitum finitum potest assequi. Si res altiùs scrutari liceret, quomodò Ens infinitum, sine partibus, finitum attingere queat, quærerem. Punctum *contactûs*, sit dicto venia, inter utrumque nullum. Si est, finitum utrobique admittendum. Quidquid infinitum spectat, vel in se, vel in actionibus externis, spissâ tegitur caligine. Quasi umbram è longinquo vide-

1. Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Luc. XVII, 10.

Digitized by Google

mus; immensum et ens ipsum cernere arbitrati, humanâ normâ ejus proprietates metiri, parvissimi, vix entia, audemus!

In diversis hujus *τῦ Oupnek'hat* loci phrasibus, *cum sensu, visu* etc., *intrat,* significat : *motus sensûs, ad eum pervenit,* uti de *pran* (*p.* 292, *lin.* 21, 24) videre est.

Pag. 293, *lin.* 13; *pag.* 294, *lin.* 3, 15 : si non intelligis ... expositionem non facit ... (... *nihil*) es.

Qui se non intelligere fatetur, mentis suæ modum agnoscit, petitum, quæstionem quâdam ratione percipit; ab expositione autem abstinet, quoniam materia, quæ intimam mentem, Deum ipsum spectat, verbis exprimi nequit. At verò quicunque Ens supremum, intellectûs, intelligentis, intellecti et *τῦ Brahm* unitatem comprehendere, et sermone enunciare præsumit, verè non intelligit. Homo, quod non est, scire, quod est, nullo modo scire valet : sola ei impertitur negativa cognitio, intellectio; quæ tamen verè positivam, nempè hoc ipsum, se nihil extrà negativum scire, includit.

Humanæ mentis imbecillitas! in *circulo,* ut aiunt, *vitioso* delitescit acerrimum ingenium. Ad agendum homo creatus est. Ad ratiocinandum medio opus est; scilicet ratione, quæ, si ulteriùs progredi liceret, alio medio probanda fortè inveniretur.

N.° CXLVIII.

Pag. 294, *lin.* 20; *pag.* 298, *lin.* 15 : (*narratio*) *productionis* .... viam monstrans veri. Titulus iste propriè ad *Adam* (*p.* 295, *lin.* 8 etc.), et *Aouma, Ama,* vel *Ouha, Eva* (*p.* 297, *lin.* 1 *et not.* 1), referendus.

In hoc *Brahmen* superbia angelorum, victoriam *τῷ Oum* debitam sibi tribuentium, apertè declaratur. Illorum erudiendorum causâ, Ens supremum, sub formâ præstante et tremendâ, elementis

Digitized by Google

ipsis superiori, quæque à nullo cognosci poterat, angelis delinquentibus se videndum præbet. Angelo autem humili (*Andr* bonorum Geniorum regi) priorem formam abscondens, sub figurâ suavis feminæ, *Parbati, τῆ Maha diw* uxoris et potentiæ, è volitione Creatoris productæ, sese dat agnoscendum; id est, creaturæ, quæ omnipotentem Verbi ejus actionem profitetur, exclamando : *quis ut Deus* (*Michaël;* APOCALYPS. XII, 7), naturam suam, sua attributa, sese, quale est, cuncta in omnibus indesinenter operans, Ens supremum ostendit.

[1] *Confiteor tibi pater,* inquit Jesus, *Domine cœli et terræ, quòd abscondisti hæc* (mysterium prædestinationis) *à sapientibus, et revelasti ea parvulis. Etiam pater : quoniam sic placuit ante te.*

Pag. 297, *lin.* 1, 5 : *Aouma .... Ama.*

Samskreticè, *aounnatiam*, fulgor, pulchritudo. *Ama*, luna nova.

Lin. 2, 3, 23, *penult. ultimâ : Parbati,* quòd uxor et potentia *τῆ Maha diw* est (*Parbati ke zan o kodret maha diw boud*) ... ipsum hoc cor ... *Adam* ... è volitione ejus ἡ (lege ἡ) *Aouma* producta.

Clavis theologiæ Indicæ : agentium cœlestium uxores sunt eorum attributa, potentia, virtus.

Adam, et *Aouma* (*Khava*), è corde, volitione ejus producta, quemadmodùm *Eva* ex Adami costâ (*Genes. II*, 21-22) conflata, prima generis humani tempora offerunt, modo mythologiæ Indicæ accommodato.

Ignis et ventus, superiorem Entis supremi vim et virtutem, postquàm tentassent, experti (*pag.* 295, *lin.* 27; *pag.* 296,

1. Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ Οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατήρ· ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. LUC. X, 21.

Digitized by Google

lin. 1, 3, 19, 22), infirmitatem suam agnoscunt et profitentur, et primum inter *Fereschtegan* locum, pro præmio, accipiunt, ad *Brahm* ipsum perveniunt : *Andr* autem, qui statim Omnipotentis præsentiam percipit, regali super omnes dignitate donatur.

Potentia, actio è corde, è *djiw átma*, non secùs ac uxor τῆ *Adam* è volitione, intimo ejus orta : qui autem hæc duo, *djiw átma* et cor, quod volitionem includit, unum *Brahm* scit, istam unitatem attentè meditatur, omnium animantium amicitiam sibi comparat, peccata sua procul pellit, stabilem consequitur beatitatem ; at observandum, sensuum repressione, *bonis operibus*, juxtà verbum divinum, et cum ejus lectione conjunctis, sinceritate cordis (*p.* 298, *lin.* 10, 29), et *rectitudine*, quæ principium omnis est (*lin.* 13), semper suppositis.

Solida, sola vera *spiritualitas*, quæ externa simul et interna præscribit officia, verbum Dei, non imaginationis phantasias, normam statuendo.

OUPNEK'HAT 37.^m^, KIOUNI.

N.° CXLIX.

Pag. 299, *lin.* 2 : KIOUNI.

Samskreticè, *kinvadanti*, colloqui. Et quidem regis mortis cum *Tadjkita* colloquium est.

Lin. 7, 8, 9 : omnem supellectilem suam .... ut vendidit .... cum *Brahmnan* dedit .....

Hoc est quod [1] *ait illi* (adolescenti, qui à juventute præcepta legis cæremonialia et moralia observaverat) *Jesus : si vis per-*

1. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. MATTH. XIX, 21, 23.

Digitized by Google

fectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo : et veni, sequere me ....

Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cœlorum.

Non simplex, apud Indos et Christianos, perfectio est, quæ hîc injungitur bonorum, opum derelictio. Divitiæ cœli aditum difficilem reddunt. Diviti mera bonorum œconomia, quâ ferè semper abutitur, sua esse, quæ non nisi sibi et aliis distribuenda recepit, arbitratus. Tutius ergo est nihil omninò possidere, tutius quin et commodius, periculosâ et salebrosâ administratione, vel sorte, fortunâ pauper, vel voluntariè, omni possessione abjectâ, privari.

Pag. 299, *not.* 1, *kmihi ;* lege : *khinihi.*

Pag. 300, *lin.* 3, 4, 13, 23 : cum rege *Almout* sùm daturus ... non reversi sunt .... ante regem *Almout* ivit.

Voti etiam imprudentis adimplendi necessitas : in Oriente communis doctrina, quæ Jeftæ votum (JUDIC. *XI*, 31, 39) in memoriam revocat.

Mors *rẽ Tadjkita*, quasi iter ad imperium regis *Almout*, orientali allegoriâ traditur.

Pag. 304, *lin.* 7, 8, 11, 12 ; *pag.* 305, *lin.* 15, 16 ; Plures dicunt, quòd : quidquid est, ipsum hoc corpus est .... plures dicunt, quòd *djiw átma*, à corpore .... separatus est .... quòd post à morte quid fiat .... aliquis non petiit.

Rursùs redit difficilis quæstio, quæ suprà (*T. I*, *N.° XX*, *p.* 86-89-95) de *átma*, animæ et corporis differentiâ, naturâ, diverso exitu, fusè tractata est. Status mortuorum incognitus, id est, communi hominum menti.

Lin. 10 : id etiam corruptibile ; *lege* : eum etiam corruptibilem.

Digitized by Google

Pag. 305, *lin.* 2, 3 : quisquis unus cum centum annis vivens maneat.

Vita hominis centum annorum, tempore τȣ̃ *Djedaschter*, vel *Abraham*, 17, 18 sæculo ante æram Christianam hujus *Oupnek'hat* epocham assignat.

Lin. 19; *p.* 306, *lin.* 3 : cum (*in*) gradu evanidum fiendi ... satiatus non fuit.

Bonorum hujus mundi, vitæ diuturnitatis, eorum intrinsecâ vanitate, fruendi periculo, in animam influxu, fruentium insatiabilitate, probata inutilitas.

N.° CL.

Pag. 307, *lin.* 3, 23 : in mundo duæ res est (*sunt*) ... differentia diei et noctis est.

Lucidiùs, expressiùs duorum mundorum bona, à se invicem distincta, sibi invicem opposita, præmium eorum inquisitioni, studio affectum, exponi non poterant. Hùc redit suprà laudatum *p.* 683) : *Nemo potest duobus dominis servire ... Deo ... et mammonæ.*

Pag. 308, *lin.* 1, 2, 9, 13 : docti .... causâ insipientiæ ... mundus alter existens non est ... *in vinculum mortis cadunt*).

Tempore hujus *Oupnek'hat Saducæi Indi*, alterum mundum, alteram vitam negantes, præsentem solummodò existere affirmantes, mortis idcircò victimæ evasi.

Lin. 14, 15, 21, *penultimâ* : cognitio veri .... non intelligunt .... si *ostad* .... deficiens sit .... Oportet quòd institutioni directoris, cum argumentatione intellectûs sui (*homo*) resistentiam non faciat. (*Baïad ke erschad morschedra bedelaïel akeli khod rad nakonad.*)

Duorum mundorum existentiam, differentiam cognoscendi

Digitized by Google

magna difficultas. In hac materiâ, institutio, doctus magister inprimis necessarius ; absque hujus doctrinâ, nihil unquàm eâ de re est sciturus viæ rectæ etiam addictissimus discipulus : dirigenti autem et docenti doctori, vanas rationis argumentationes opponere, ut jam dictum est, illicitum.

Pag. 309, *lin.* 6, 7, 12, 13, 15 : mundus corruptibilis .... aptus cordis ligationi non est .... thesaurum operum .... τᾶ perire capacia sunt, cum his ens reliquum (*permanens*) quomodò potestas invenit (*obtinere*) ?

Imperfectum perfectum non potest attingere : clavis doctrinæ Indicæ. Ad Ens supremum immediatè, absque operum ope, assurgere necessarium.

Lin. 16, 21 : ego etiam, quòd hoc opus ... redditus fuissem.

Rex ipse mortis, maximus *Mokel*, angelus, beatitati limitatæ, minori, eò quòd operum adjumento ad Ens supremum tetendisset, astrictus. Hîc, ut suprà (N.° CXLVIII, *p.* 295-297 ; *Animadv. p.* 686), de *Andr*, igne, vento, dictum, varii τῶν cœli præfectorum gradus cujusdam actionis remuneratio. Sic cœlum, cujus eminentia cognita, terræ, ad perfectam liberationem, uni Deo adhærendo, ejus forma evadendo, exemplum datum. Pluries repetita naturæ totius in idem collineantis facies observanda.

Pag. 310, *lin.* 5, 11, 13, 17, 19, 21 : propter ens quòd transire fecisti (*beraï dzati ke goudzaschteh*, verti potest, *propter ens quòd*, scilicet, cùm propter illud ens istum gradum deserueris) ..., scii ... *djiw âtma* ... et corpus, quod evanidum .... *âtma* esse non sciunt .... separatum ut sciverunt.

Τᾶ *djiw âma*, qui idem ac *âtma*, à corpore separatio, diversitas.

Pag. 311, *lin.* 5, 6 : *Oum* ... *Pranou*, *Brahm* est.

Oum, *Pranou*, uno verbo, Ens supremum, ejus naturam *supereminenter* reddens, exprimens, quemadmodùm apud Judæos

Digitized by Google

Jehova. [1] *Dixit Deus ad Mosem :* EGÒ *sum* QUI SUM. *Ait : sic dices filiis Israël : qui* EST *misit me ad vos ... Jehova.*

Pag. 311, *lin.* 22, 25 : Non aliquis potest animam occidit (*occidere*) ; et non anima occisa fiat ; et occidere, et perire (*corruptibile esse*) super corpus est (*ad corpus pertinet*), non super animam, quòd *âtma* est. (*Na kasi djanra mitevanad koscht o nah djan koschteh mischavad o katel o fena bar badan ast nah bar djan keh atmast.*)

Animæ immortalitas, ejus à corpore, quod solum, naturâ, occidi, perire potest, diversitas, separatio, divisio *didacticè* traditur.

Pag. 312, *lin.* 10, 11, 20, 21 : *âtma* seipsum ipse comprehendit .... Quisquis τὸν *âtma* vult (*desiderat*), is cum *âtma* τὸν *âtma* obtinet ; et *âtma* ipse figuram suam cum eo (*ei*) ostendit. (*Atma khodra khod mifahmad ... har ke atmara khahed ou bâtma atmara dar miiabad o âtma khod ssourat khodra ba ou minomaïad.*)

Duæ systematis Indici claves : 1.ª ; *âtma* solus seipsum intelligit : 2.ª ; quicunque τὸν *âtma* vult comprehendere, is cum *âtma*, τῦ *âtma* ope, τὸν *âtma*, qui se ei manifestat, comprehendit. Solo intuitu, mens creata, increata evadit : in se, interiùs inspiciendo, anima animarum fons efficitur : verum, si fieri queat !

Ibid. lin. 27, 28, 29 ; *p.* 313, *lin.* 2 : omnis mundus cum loco (*vice*) sicci alimenti τῦ *âtma ;* et mors cum loco τῦ *massaleh* (*condimenti ....*) .... quo loco est ?

Quemadmodùm condimentum, partium divisione, alimentorum digestioni inserviens, ea corpori nutriendo apta efficit, idonea reddit ; sic mors, mundi destructione, ejus elementorum separatione, eum τῦ *âtma* edulium, unum et idem cum eo efficit.

---

1. *Vaïomer Elohim el Moscheh* EHEHIE *ascher* EHEHIE *va ïomer coh tomar libnei Israël* EHEHIE *schelakhani aleiken ....* JEHOVAH .... *Exod. III*, 14, 15.

Digitized by Google

Locus, corporum est : porrò corpus, sicut alia entia, *âtma* absorbet; in eo mersa locum non occupant, in loco non sunt : proindè absque loco est ipse *âtma*, solus in se habitans, omnia, in omnibus, ubique, nusquàm.

Hæc meditari, ferè noscere est. Quis plenè intelliget ?

N.° CLI.

Pag. 313, *lin.* 6, 7, 11 : (*in*) medio foraminis cordis .... duo *âtma* est (*sunt*) .... ambo in uno alter sunt (*har dou dar iek diguer and*).

Rursùs *tsĕ djiw âtma* cum *pram âtma*, in corde hominis coalitio, unitas.

Lin. 15, *prat âtma;* lege : *pram âtma.*

Pag. 314, *lin.* 18, 19, 25, 26 : obtinere gradum .... velum .... trium (3) qualitatum sit.

Ad *âtma* accessum prohibent omnes creaturæ, omnia entia, visâ suâ existentiâ, gradatim, à simplici sensu, ad tres Entis unici qualitates, quasi velamine eum tegentes.

Pag. 315, *lin.* 6, 11 : sensus suos collectos ut fecerunt .... collectionem animarum in *âtma* destructam efficiunt.

Diversas istas entis hominis partes, ista agentia, unum in altero, et ultimam *collectionem* animarum, in *âtma* gradatim, eodem ordine, qui suprà dictus est, tribus primi agentis qualitatibus exceptis, annihilare, nihil aliud est, quàm ea ad *âtma*, ut fontem, referre, in eo intueri, ab eo ut separata agnoscere, meditari, illum proindè solum in eis, in omnibus spectare.

N.° CLII.

Pag. 316, *lin.* 14, 15, 16, 20 : Τὸν *âtma* quòd (*si*) omnis persona non videt, causa est .... è latere suo .... extrà tendentes fecit .... non nisi volente Deo, unus è sciis (*danaïan*).

Digitized by Google

(*Atmara keh hameh kass namibinad sabab an ast ke átma havas anha az ttaraf khod bargardanideh be ttaraf biroun motavadjeh kardeh ast ... illa maschaat ellah ieki az danaïan ...*)

Vide (*suprà, T. I,* N.° XL, *p.* 214; *suprà,* N.° LXXXVIII, *p.* 6, 7; N.° XCI, *p.* 17; N.° CVIII, *p.* 92) actionem Dei ad bonum faciendum necessariam; illam actionem hominem à se avertentem; ad errorem ducentem.

Lin. 23, et non nescii; *lege :* et non scii (*na danaïan*).

Pag. 317, *lin.* 3, 4, 6, 7, 10, 11 : Illud quod ... sensuum est, et sumens colorem .... *djiw átma* est .... sensus actiones proprias .... in omni est.

Ex eo quòd *átma* omnia, quinque sensuum actiones, sensationes exequitur, dùm quisque sensus corporeus sensationem sibi propriam, et eam solam, experitur; ipsius *átma*, cuncta, in omni operantis, à corpore separatio, divisio, diversitas concluditur.

Ibid. lin. 21, 23, 25; *p.* 318, *lin.* 2, 3, 10, 15, 24; *pag.* 319, *lin.* 10 : Creator (in meo *ms.* Creatorem, *Afridgarira*), (*quoad creatorem;* lege, *quod ad Creatorem*) .... ligatum fieri .... *Haranguerbehah* .... *átma* est. Et ignis .... et sol .... ille locus, ipse ille *átma* est .... ego is sum .... illius unius *átma* est.

Creator, suis creaturis alligatus, elementis, sideribus, eorum forma, ipse locus, spatium in quo astra revolvuntur, homo ille ipse est, ejus productiones, ejus qualitates, quemadmodùm pluvia in montem lapsa, ex eo defluens.

N.° CLIII.

Pag. 319, *lin.* 21 : In domo sit, quòd undecim (11) januam (*januas*) habet.

Digitized by Google

Duo oculi, duæ aures, duæ nares, os, duo pudenda, porî pellis (*suprà, T. I, N.° LXII, p.* 303), et via cerebri, per quam *djiw âtma*, tempore mortis, exit (*ibid. N.° LXXIV, p.* 353, 354; *N.° CXIII, p.* 141; *N.° CLV, p.* 326; *N.° CLXIII, p.* 363), erunt undecim istius domûs (corporis) januæ.

Pag. 319, *lin.* 25, *penultimâ; pag.* 320, *lin.* 1, 2, 10: *Atmaï*, quòd evanidum .... in medio solis sit .... in *fezza* .... aqua vitæ factus, in foliis τῆ *soum* sit .... in montibus .... illud omne *âtma* est.

Atma, ultimò omne annihilans, in se attrahens, in diversis creaturis sese manifestat.

Pag. 320, *lin.* 10, 11, 15: Is est ire faciens *pran* ventum ... *apan* .... Homo quoad vivens est, cum (*per*) *pran* et *apan* vivens manet.

Atma respirationem et alimentorum digestionem, quæ vitæ hominis causa, medium, efficit.

Lin. 13, 14: Et post à τῷ transire .... corpus .... reliquum manet, ipse ille *âtma* est. (*O baad az goudzaschtan baki badan o motaferak schodan havas antscheh baki manad haman âtma ast.*)

Nova τῆ *âtma*, seu animæ, mortuo corpore, superstitis, ab eo diversi, declaratio.

Ibid. lin. 26, 27, *ultimâ; pag.* 321, *lin.* 2: Tempore, quòd, in somno .... *Porschi* .... *Brahm* est .... ipse ille *âtma* est.

Diversæ τῆ *âtma*, in somno, sub *porschi* vigilantis specie, operationes.

Pag. 321, *lin.* 3, 7, 14, 22: Quemadmodùm unus ignis ..., unus *pran* ventus .... unus sol .... et ille *âtma* unicus.

Comparatione ignis, *pran* venti, solis, τὸν *âtma* unicum et omne,

Digitized by Google

singula, apparere, esse ostenditur; nec indè in eo defectus, vitium, impurum quid, imperfectio.

N.° CLIV.

Pag. 322, *lin.* 18, 19; *pag.* 323, *lin.* 1 : Mundus arbor est, quòd radix ejus suprà est, et rami illius infrà est (*sunt*) .... *astenteh* est .... Radix .... *Brahm* est.

Præstans unius entis figura. Arbor, cujus radix, ipse *Brahm*, suprà; rami, propriè mundus, infrà, in motu perpetuo, corruptioni, mutationi obnoxii.

Astenteh, ex *a* privativo, et *stenteh* : non stans. Samskreticè, *stanbaha*, columna. *Stanbha karanam*, immobilem reddere. *Astaver*, ens inanimatum; arbores : scilicet quod animæ, motûs principii expers, in quiete manet.

Lin. 20 : corruptionis capax non est; *lege* : corruptionis capax est; *fena pedzir ast.*

Pag. 323, *lin.* 11, 12, 13 : Ignis, è timore ejus (*az tars ou*) .... sol .... mors, è timore ejus.

Singularis conceptus : entium motus, agentium, etiam mortis actio, sub Entis supremi timoris specie, repræsentata; quæ quidem proindè diversi ordinis agentia, nisi primum formidarent, opus ipsis præscriptum non perficerent. Ex quo naturæ, quietem quasi invitè deserentis, *inertiam in se* concludere licet.

Lin. 21 ; oportet quòd, in speculo intellectûs puri sui τὸν *átma* manifestè (*apparentem*) videat. (*Baïad ke dar áineh aakel pak khod átmara zzaher bebinad.*)

Intellectus, speculum spirituale in quo *átma* sese pingit, quemadmodùm in speculo materiali, res sensibiles, ex adverso positæ, imaginem suam effingunt; quo expressè distinguuntur res, objectum

Digitized by Google

(*átma*); imago rei, subjectum (*átma* repræsentatus); speculum (intellectus); et videns (*djiw átma* hominis).

Hoc in textu lucidè traditur cognitionum origo. *Atma* in intellectu, qui et *djiw átma*, clarè pingitur : suprà (N.° CLI, *p.* 313), *ambo in uno alter sunt.* Porrò *átma* omnes cognitiones includit; eas in intellectu, quasi τῆ *djiw átma* parte, effingit : quæ quidem vel objectorum exteriorum, quibuscum, *in se*, cogitatio, cognitio, scientia nullam rationem habent (sensibilia ab *átma* divisa sunt, *p.* 324), occasione, vel solâ τῆ *átma*, à nullo ducti, (N.° CLII, *p.* 317) actione, cordi, menti, sese offerunt. Verùm, *átma*, ipse spiritualis, non sensus (materiales ab elementis oriuntur, N.° CLI, *p.* 314), rem, imaginem, speculum in quo pingitur, actum videntis, ipsum videntem, omne tandem, modo certo, ab attentè meditanti percepto, licet communem mentis captum superet, operatur.

Pag. 323, *lin.* 20; *p.* 324, *lin.* 2, 3, 4 : Quemadmodùm, in speculo ... in aquâ motâ (*turbidâ*) ... cum mundo ... τῆ *Brahma* pervenerunt, verum (*ens*) simile lumini, et mundum similem umbræ sunt visuræ. (*Hakra metsel roschni ve aalemra metsel saheh khahand did.*)

Quatuor visionis, cognitionis modi. Duo præstantiores : primus, *in* speculo, doctorum; secundus, τῶν *salekan*, videre *ens simile lumini*, respondet τῷ *facie ad faciem* (πρόσωπον πρὸς πρόσωπον; 1 COR. XIII, 12) Apostoli.

At verò, quatuor hæ τὸν *átma*, id est, Ens, entia cujuslibet gradûs, generis, videndi rationes, sensuum actionem, ab *átma*, ut dictum est, separatorum, manifestè excludunt.

Pag. 324, *lin.* 14, 17, 21 : superius à sensibus, cor est ... trium qualitatum .... liberatus fiat.

Suprà (N.° CLI, *p.* 314), sex entium genera nominantur, quibus,

Digitized by Google

ut velis operitur ens unicum, et sic oculos mentis effugit. In horum numero sunt tria ipsa attributa, creatio, conservatio, destructio, quibus, si veram entis illius notitiam acquirere homo vult, nimiùm immorari, utpotè merè apparentiis, non debet.

Lin. 22 : *Djoun .... makt* est.

Samskreticè, *jivanai*, vivo, beatus sum. Hinc, suprà, *N.° CXVI, p.* 150, tolle *notam* marginalem; et *lin.* 26, loco, *oi djoun* (*djenian*) *makt* (*beati vel non beati*) fiunt; lege : *djioun makt* (*in vitâ beati*) fiunt.

Pag. 325, *lin.* 16, 17 : secùs ab illo .... quòd dicunt : *hast* (*existit*) non potestas dixit. (*O begheîr az ankeh begouiand hast natevan goft.*)

Solius entis existentis summi ope, Deum possunt, quòd sit, dicere, scire.

Ibid. lin. 21 : Et modus τῦ invenire id, duo divisio (*duæ species*) est : vel id cum *hasti* (*existentiâ*) ejus .... potestas scivit .... vel cùm τῷ procul facere insipientiam et non scientiam, seipsum [et] τῷ formam ejus esse. (*Ia bedour kardan djehel o nadanii aaïn ou schodan.*)

Primus entis unici inveniendi modus, *per speculum* (*suprà, p.* 323); secundus, *τῶν salekan*; ens, simile lumini, per scientiam visum.

N.° CLV.

Pag. 326, *lin.* 4, 5, 9, 10 : in ipso hoc mundo sine morte et liberatus (*absolutè*) fiat (*dar hamin aalem bimarg o restegar mischavad*) .... principium (*assel*) directionis ....

Clavis systematis Indici. Primùm omnium, certò scire, agnoscere, etiam in hoc mundo, hominem cupiditatibus liberum, iis absolutè superiorem, beatum esse, mortis immunem, nempè intimâ cum τῷ *átma* junctione.

Digitized by Google

Pag. 326, *lin.* 19, 20, 22, *penultimâ, ultimâ* : *Porschi*, quòd in medio omnium cordium sit .... et *djiw átma* omnis (*rei*) est .... quòd paleam (*herbam*) vaginam habentem .... à corpore separatum sciat .... sine cessatione sciat.

Animam à corpore diversam, separatam, præstantiori modo declarari non poterat : quemadmodùm herba vaginâ, pelliculâ, tegitur; sic corpore anima, diversæ omninò naturæ.

Pag. 327, *lin.* 17 : hæc inimicitia non ingrediatur (*in*) *aadavad dar naïaïad.*

Id est, prædictam institutionem audientis, rex mortis inimicus non sit, ei molestiam non afferat : homo ille non moriatur; saltem contrà statutum naturæ ordinem.

OUPNEK'HAT 38.^m^, ANANDBLI.

N.° CLVI.

Pag. 328, *lin.* 2 : ANANDBLI.

Samskreticè, *anand*, quies; infrà (*N.° CLVII, p.* 322), *gaudium*, thesaurus quintus, quatuor aliorum hominis thesaurorum internorum apex et præmium : *bhilam*, os; id est, os, bucca; lætitiæ, quietis, felicitatis status. Hic sensus initio *rĕ Oupnek'hat* respondet, ubi, protectione magnorum agentium, in *unitarium* quies invocatur.

Lin. 5, *Metri.*

Samskreticè, *mitram*, amica, socia.

Ibid. lin. 6, *Ardjṇam.*

Samskreticè, *ardjman*, sextum solis nomen. *Mahabar.* 13 *porb. fol.* 659 *r.*

Pag. 329, *lin.* 7, 8, 12 : *Brahmi .... Bhout ákasch* .... ventus .... omnia animantia apparens fuit.

Bhout ákasch, qui elementa quatuor comprehendit, erit materia

Digitized by Google

prima ; undè ventus, seu *aer* prodit : è vento, ignis, et sic deinceps unum ex alio, usque ad alimentum, ex quo homo et animantia apparentia dicuntur. *Aer*, ergò, ut suprà (*N.° XXXIV, p.* 190; *N.° XXXVIII, p.* 196, 197; *N.° XXXIX, p.* 203), rerum materialium principium.

Pag. 329, *lin.* 13, 14, 15, 16 : omnia animantia ex ... parte alimenti ... *djiw âtma* .... volantis .... est.

Id est, *djiw âtma*, qui propriè animantia constituit, eis vitam dat, est principalis partis alimenti forma : ex eâ parte omnia animantia prodeunt. Undè sequitur *vivifica* et quasi spiritualis, purioris alimenti partis actio, quæ eam à simplici materiâ separat. Etenim quæ ratio, in se, crassi alimenti, ad animalis vitam? Sic, in theologiâ Indicâ, totius naturæ motus, vita ad *âtma*, per *djiw âtma*, à quo non differt, refertur.

Ibid. lin. 26, 27 : ex alimento producta fiant .... (*mutentur*) viventium et vegetalium successivè, unum in alterum clarè et dilucidè declaratur mutatio.

Lin. penultimâ, ultimâ : alimentum medicina omnis (*viventis*) est. (*Gheda davaï hameh ast.*)

Nihil, in naturâ sensibili, immotum et stabile : omne crescit aut marcessit : homo ipse nascens moritur; id est, morbo laborat, quo, ni remedio continuo pelleretur, vix natum mors occuparet. Remedium illud cibus est, alimentum, ad senium usque, ubi fatiscente corpore, caloreque interno paulatim deficiente, remedium in partes usu tritas, non ampliùs vegetas, nullam vim habet, morbusque lethalis evadit, necessarium. Rectè ergo alimento medicinæ nomen datur. Hoc nomine sumendi modus indicatur; scilicet, pro necessitate, moderatè, non voluptatis causâ, sed simpliciter ut remedium; at juxtà philosophiam Indicam, quæ in omni virtutem originalem agnoscit, medicina illa, edulium, alimentum, *djiw âtma*, ipse *Brahm* est : homo eum edit; eo vivit.

Digitized by Google

Pag. 330, *lin.* 4, 8 : [alimentum] .... edulium et edens omne.

Omnia edulium edunt et in edulium descendunt : corpora putredine minutas in partes divisa, vegetabilibus ortum dant, in illa convertuntur, iis absorbentur; proindèque animantia alimentum ipsum, quod ederunt, quo vixerunt, comedit.

Lin. 7 : [*ánsami*].

Samskreticè, *anscham*, pars, portio totius : *anschaha*, pars, divisio; *areka* cocta, particulatim secta.

Alimentum, ut dictum est, in partes separatum, cæsum, cuncta nutrit et glutit.

Lin. 10, 13, 14, 25, 26 : thesaurus *τẽ pran*; est, et è thesauro *τẽ pran*, hoc corpus .... *pran* ventus cum loco (*vice*) capitis corporis est .... *pran*, vita omnis (*entis*) est.

Tῳ̃ Pran, respiratione, corpus existit : omnes venti, in corpore, quemadmodùm *djiw átma*, volatile quoddam efficiunt, vitam animanti impertiunt, vivens manifestant.

Ibid. lin. ultimâ; pag. 331, *lin.* 1 : cùm *pran* (*τῳ̃ Brahm*); lege : cùm *pran* (*τῳ̃ pran*).

Pag. 331, *lin.* 5, 6 : Thesaurus corporis .... *átma* .... forma *τẽ pran* est; corpus alimentum repræsentat, eo constat; ejus *átma*, *djiw átma*.

Nempè in corporis thesauro, id est, in isto corpore (*infrà*; *N.° CLVIII*, *p.* 337), quod alimento constituitur, *djiw átma* thesaurus est aeris, undè respiratio, quâ corpus vivit.

N.° CLVII.

Lin. 9, 10, 11, 25 : In medio thesauri *τẽ pran* .... cordis est .... volatilis .... thesaurus *τẽ kian*.

Id est, in respiratione, cor ipse; illud cor, ubi intellectus,

Digitized by Google

kian, scientia. Indè, sub formâ volatilis perhibitum, et quatuor *Beidha* ejus partes assignantur.

Pag. 331, *lin.* 19, 20 : cor, et loquela cum eo ... non pervenit .... super .... revertitur (*bar migardad*).

Intellectus et verbum, Ens supremum attingere non valentia, retrò ad se fatigata revertuntur.

Lin. 27; *pag.* 332, *lin.* 3, 10, 12 : fides .... (*quo residet*) ..., scientiam verificatam .... omnia peccata .... ut procul fecit.

Tẽ *kian*, scientiæ verificatæ descriptio : fides, opera, rectitudo, demersus in Ens supremum, intellectus omnis rei, peccata procul pulsa : hæc à falsorum spiritualium *fanatismo* valdè remota.

Pag. 332, *lin.* 15, 16, 18, 19 : thesaurus quintus *ánand* est, et forma gaudii est .... cum loco .... *tẽ átma* ejus est .... amor ....

In scientiâ certâ *tẽ átma*, verum gaudium, perfecta, in possessione objecti, lætitia.

Quinque ergo in homine thesauri : 1.us, alimenti; 2.us, *pran*; 3.us, cordis; 4.us, scientiæ certæ; 5.us, quietis. Unus alterius forma, eum producit, promit : quæ quidem omnia in unum *Brahm* resolvuntur.

N.^o^ CLVIII.

Pag. 333, *lin.* 2, 7, 8, 9 : *ultimâ* : Non scii .... voluit .... apparens fiam, cum seipso .... *maschghoul* factus .... apparentem fecit.

Ardua, et anteà agitata quæstio hîc tractatur; nempè, quisnam ad Ens supremum pervenit? an qui illud cognovit, vel qui non? Responsio naturæ primi Entis innixa. Ejus essentia, ut solius existentis, extrà se exeuntis, omnis et nihil, contraria præbentis, et eâ ratione multiplicis, exponitur. Entium productio, cùm *masch-*

Digitized by Google

ghouli sibi ipsi (*suprà, T. I, N.° LXX, p.* 323) Ens unicum fecisset, vera emanatio, simplex apparentia.

Pag. 333, *lin.* 17, 18, 19 : rectus etiam fit; et mendacium etiam fit .... et contraria in eo collectum redditum est, ex hoc respectu .... omne verum .... sciunt. (*O rast ham schod o dourough ham schod .... ve azzdad dar ou djamee gaschteh ast az indjeheteh hamehra hak midanad.*)

Rerum essentiam altiùs considerando, nihil in se juxtà sensum verbis communiter tributum, rectum, falsum, bonum, malum. Entia, seu potiùs Ens est et unicum. Hoc est verum, *hak;* nihil ultrà.

Similiter (*p.* 337, *lin.* 23, 24, 25) : « Docti et unitarii opus « purum et malum (*hæc*) ambo, *átma* esse sciunt. Quisquis « hoc modo scit, opus purum et opus malum ejus, *átma* fiat. « Hoc verbum *Oupnek'hat* est; id est, secretum tegendum est. » (*Aarfan o mohedan aamel neik o bad har doura átma midanand har keh intschenin bedanad aamel neik o bad ou átma schavad in sokhon Oupnek'hat ast iaani sar poschidan ast.*)

Verè docti, qualitates, quæ solùm substantiam operiunt, tegunt, penetrantes, omnia unum et eundem *átma,* proindè bonum et malum *átma,* esse sciunt. At verò, abusûs timore, vulgi mentibus sublime et abstrusum dogma non est tradendum. *Oupnek'hat,* id est, secretum tegendum, abscondendum est.

Nihil ergò extrà absolutum illud Ens : reliqua in se *relativa;* sed suppositâ actuali mundi ordinatione, necessaria. Undè veri et falsi, boni et mali, in præsenti rerum terrenarum statu, origo, distinctio, præmium, pœna, profundioribus et quasi alterum orbem spectantibus cogitationibus relictis, disertè adstruuntur.

Pag. 333, *lin.* 21, 22, 24, 26, 27 : priùs à productione mundi, quandò nomen et figura non fuit .... qualitates entis abscondi-

Digitized by Google

tum .... ens in qualitatibus absconditum redditum est. Ex hoc respectu, qualitates etiam (*ens*) verum est. (*Peisch az paedaesch aalem tschoun nam o ssourat na boud hitsch naminamand tschoun nam o ssourat zzaher schod nam o ssourat hast namoud iaani án zaman ssefat dzat penhan boud baadazan keh nam o ssourat zzaher schod dzat dar ssefat penhan gascht az in djehet ssefat ham hak ast.*)

Nihil extrà Ens unicum existente, *nomen* et *figura* (*suprà, T. I, N.° XXII, p.* 100, 101) non fuerunt; qualitates illius Entis non apparebant; solum, invisibile tunc erat. Per nomen et figuram, quæ entibus particularibus propria, ut sese exeruit, *qualitates*, id est, ipsum, cum qualitatibus absconditum, apparuit: semper igitur, sive apparens, sive non apparens, idem ens est; proindèque qualitates, quæ id ostendunt, ens verum sunt, vera substantia, cùm sine subjecto non sit qualitas.

Systematis Indici clavis. Qualitas et ens unum et idem, verè, ut ens, substantia; quatenùs illud tegens, eo existens, eo fulta: eadem ergò istarum qualitatum, ad se invicem, ad primum Ens, ac si separatæ, independenter existerent, ratio, *relatio;* eadem debita, officia, leges, jura. Undè, etiam in *Spinosismo* (nomine debilium mentium terriculo), eadem rerum tùm spiritualium, tùm materialium, ac in communi systemate, entia particularia agnoscente, ordinatio, distributio; eadem inter homines moralis, etc.

Lin. ultimâ: soukrat.

Samskreticè, *soukroutam*, virtus, opus è virtute ortum, *virtuosum*, bonum.

Pag. 334, *lin.* 1, 8, 9: id principium omnium gustuum .... omne gaudio fruens efficit.

Ens illud, quod per qualitates, seu entia singularia, se sensibile,

Digitized by Google

licet absconditum, efficit, omnium gustuum, sensationum materialium, spiritualium auctor.

Pag. 334, *lin.* 23; *pag.* 335, 336, *lin. ultimâ*; *pag.* 337, *lin.* 2: (*expositio*) illius formæ gaudii, est .... unum gaudium est .... ex hoc gaudio.

Ad dandam hominis, Ens unicum apprimè noscentis, veram felicitatis ideam, vir in hoc mundo beatus pingitur: tùm, enumeratis aliis, pro gradu, scientiâ, qui librum *Beid*, nullam mercedem intendentes, legerunt, semper centum gaudia priora simul ad proximè sequentem beatitatem efficiendam colligendo, ab homine perfectè felici, ad gradum *τῆ kandherp*, infimi *τὸν Fereschtah* generis, et indè ad ipsum *Brahm*, videlicet duodecim gradibus felicitatis ascendendo, ultimum, supremum gaudium est ipsum *τῆ Brahmi* (Dei) et *τῆ porschi*, qui in corde hominis, et *porschi*, qui in sole est: alia gaudia, ipsum *τῆ Haranguerbehah*, qui collectio elementorum simplicium, pars tantùm *τῆ Brahmi*, et proindè viri Deum rectè cognoscentis, gaudii.

Observanda hìc Indorum methodus, plura inferioris gradûs simul addendo, superius quid efficiendi: pari ratione, eandem summam sibi ipsi, et producto primam jungendo, gradatim ad immensas quantitates, infinitos numeros, quos ut reales exhibent, perveniunt.

Talis esse potuit, infrà videbitur, *τῶν* quatuor *djog*, si reverà quatuor ætates constituunt, formatio.

Pag. 335, *lin.* 7, 26; *pag.* 336, *lin.* 2: factus fuerit .... pervenerit .... obtinuerit.

Bonis operibus, homo *kandherp*, *Fereschtah*, *adjan diw*, *kram diw*, effici potest. Sunt etiam naturâ, non operum merito, ejusdem generis Genii.

Adjan diw, id est, anima *diw* (effecta).

Digitized by Google

Kram diw. Samskreticè, *kram aha,* ordo, gradus ordine (conformiter τῷ *selouk*) obtentus.

Pag. 337, *lin.* 3, 4, 15 : Quisquis hoc gaudium .... thesaurum corporis .... sine motu efficitur.

Quinque thesauros suprà dictos; *corpora,* in quibus *pranhá* (aer, spiritus), *corda,* quorum certa *verificatio* (veritatis certa professio) est, undè *gaudium* summum; ea omnia cum iisdem totius mundi partibus, attributis, unum scire, Enti supremo uniri et immotum fieri est.

OUPNEK'HAT 39.um, BHARK BLI.

N.° CLIX.

Pag. 338 : *lin.* 2 : BHARK BLI.

Samskreticè, τῆ *Bhark,* buccea (esca, alimentum τῆ *Bhark*).

Bhark, antiquus historiæ Indicæ vir. *Mahabar.* 11 *Porb.* 2 *part. fol.* 516 *v.* 13 *Porb. fol.* 605 *v.*

Lin. 6, 7, 8 : alimentum .... sex res causa τῆ invenire τὸν *Brahm* est.

Sex media quibus *Brahm* invenitur.

Ibid. lin. 12; *pag.* 339, *lin.* 29, *penultimâ*; *pag.* 340, *lin.* 3 : Volitionem τῆ scire ... gaudium purum, *Brahm* est ... forma [gaudii] magni fit.

Solum gaudium purum, quod in foramine cordis est, seu in Ente unico absorptio, *Brahm* est : cætera, actus materiales, spirituales, producta ex gaudio, seu ente, omnia ex eo prodeuntia, in eo viventia, in eo destructa.

Pag. 340, *lin.* 15, 16, 18, 19, *penultimâ, ultimâ; pag.* 341, *lin.* 3, 4, 10, 11, 12, 13, 14, 16, 19, 21, 22, 23 : Quisquis .... vituperationem alimenti mali .... ex alimento,

Digitized by Google

quòd *pran* est, corpus vivens .... et corpus edulium .... quicunque cum eo alimentum dat .... unquàm repulsam non faciat .... aquam alimentum ignis .... ignem alimentum aquæ .... terra alimentum est; et *bhout âkasch* edens illud (*alimentum*): *bhout âkasch* .... terra .... cum uno alterum stans sunt .... prohibitionem non faciat .... fruges multùm .... simul faciat provenire .... dicat, quòd alimentum paratum est.

Alimentum, corpus, aer corporis, aqua, ignis corporis, terra, materia prima, abyssus : hæc omnia in se invicem sunt, per se invicem stant; nihil ergò purè vel denegare homini licet, iis servandis aptum. Indè eleemosynæ recipiendæ, dandæ, rerum naturæ fulta necessitas, quidquid sit quod petenti largiuntur : ex quo fruges multiplicandi præceptum. Malum, si quod est in dono, ad dantem referendum. Profectò nova eleemosynæ obligationis ratio. Vide et *p.* 344, *lin.* 26, 28.

Pag. 342, *lin.* 1, 12 : Potentia (*vis, kodret*) ... (*super*) corpore.

Potentia sensûs, et fonctionum animalium, ab iis distincta, *Brahm* est : quoniam agens, movens Creator ipse esse debet, cùm iners *in se* sit materia, et similiter, *in se*, ad opus quod efficit nulla organi sensûs sit ratio, primum Agens, *Brahm* effectum sensum, qui ex organo oriri putatur, producere necesse est. Talis est, scilicet Entis unici, potentia, vis sensuum, à sensibus realiter distincta.

Pag. 342, *lin.* 11 : *adhiatam.*

Samskreticè, *adhi*, excellentia, superioritas. *Adhiatam*, scientia quâ Creator cognoscitur. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 512 *verso.*

Lin. 13; *pag.* 343, *lin. ultimâ* : et quies ... *aodoulok* dicunt; id est, *maschghouli* τῶν *mokelan* sensuum.

Natura tota, singulatim, per partes sumpta; vis meteora effi-

Digitized by Google

ciens, ipsa meteora; animæ; corporis dispositiones, quibusdam actibus productæ; omnia *Brahm* sunt: undè ipsa copulationis carnalis voluptas, etsi quodam pudore suffusa, quadam turpitudine involuta, sive in corpore, sive in animâ, *Brahm*, primum Agens est (*et voluptas* etc. *p.* 342, *lin. ultimâ .... maschghouli faciat; p.* 343, *lin.* 5, 6. *O ledzati ke dar mobascherat zan hassel schavad metsel ledzat anzal nottfeh o ledzat hassel schodan farzand saadatmand ke árzoui pederira baad az fot peder barárad o serouri ke dar ánvakt baham mirasad baïad ke ánra ham Brahm danesteh mashghouli konad*); cùm ea sensatio in se, tactu producta, et quod ad causam pertinet, sit quid spirituale, quemadmodùm aliæ, gustûs, auditûs, olfactûs, visûs, et omnes *potentiæ*, virtutes sensuum gratæ, vel non gratæ (*p.* 339, *lin.* 7), sint ipse *Brahm*: quoniam autem sunt qualitates animæ, et ipsæ *qualitates*, etsi *accidentia* (*suprà*, N.° CLVIII, *p.* 333), sunt etiam *verum* ens, qualitate naturaliter supposito cui innititur, inhærente, idem ens, eandem substantiam cum ipso efficiente, nullum è systemate Indico sequi potest, quod ad mores, detrimentum. Eadem, ut jam observavi, inter istas *qualitates*, quæ, licet in subjecto entia separata, singularia supponantur, ac inter reales substantias, in se, independenter existentes, ratio, eadem officia, debita fixa statuuntur. Nec minor, admissâ substantiarum separatarum creatione, conservatione, moderatione, libertatem, meritum, pœnam difficultas premit, quàm in unicæ substantiæ, per qualitates, accidentia sese multiplicantis, hypothesi.

Inprimis autem, rei carnalis voluptatem non propter se, sed natorum procreandorum causâ esse capiendam.

Pag. 343, *lin. penultimâ*: *aoudoulak* (lege: *aoudoulok*; *Aoud*, mundum).

Samskreticè, *avadam*, dixi, vocavi, volui. *Ava*, adverbium per-

Digitized by Google

fectionis, negationis, *de, in :* id est, ad perfectiorem mundum pertinens : *maschghouli* τοῖς agentibus, scilicet *mokelan* sensuum, ipsi corpori superioribus.

Pag. 344, *lin.* 3, 4 : *Brahm,* et lucem, quòd in sole est, et lucem, quòd in medio cordis est, unum sciat.

His verbis cognitionis humanæ natura, ex ejus origine, edocetur. A *Brahm* est lux solis, et eadem ac ipse, ab eo profecta, in corde residet. Ea est *lux vera* [1], *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* nec sensibus, externis objectis, experientiâ, argumentatione, rationis in se reflectione, sed puro intuitu τῇ *djiw átma,* qui licet ligatus, *particularisatus*, unus et idem est ac *átma* solutus, universalis.

Lux ista, vitæ comes, homini nascenti inseritur, et pro successivâ corporis partium explicatione, tùm per se, tùm sensuum actione sese exerit.

Lin. 5, 15, 17, 18, 19, *penultimâ :* Thesaurum alimenti ... figuram sumat ... *ha* ... (*áou*) ... *haï* ... alimentum ego ... totus mundus ego sum.

Mad ergò, triplex est vocis pronunciatio ; *hâ, hâ hâ hâ* pronunciatum.

Rursùs, seipsum, corpus, animam, ejus facultates, affectiones, cum iisdem totius mundi conjungere, seipsum omne agens, alimentum, alimentum edens etc. tribus vicibus pronunciare, per voces *hâ, hâï, âou*, quæ ad *Oum* vergunt. Et reipsà *Oum* τὸ *Oupnek'hat* (*p.* 345, *lin.* 4) terminat.

Ha. Samskreticè : *ohong,* ego.

Lin. 19, hoc verbum ; *lege :* hæc vox.

---

1. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. JOAN. *I*, 9.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 40.um, BARK'HEH SOUKT.

N.^o^ CLX.

Pag. 346, *lin.* 2 : BARK'HEH SOUKT.

Homo felix, homo *kabir*. Samskreticè, *souk'ha*, felix. Rerum productio τῷ *porsch* tribuitur : undè hìc fortè legendum *Park'heh*; quod indicat entium creationem cum *Parkerat* peractam. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 556 *r. v.*, 449 *r.*; *park'houtam*, magnus magnorum, *id. fol.* 559 *r.*

Lin. 4, 5, 7, 8, 11, 18, 23, 25; *pag.* 347, *lin.* 5, 6, 9, 27, *ultimâ*; *pag.* 350, *lin.* 9 : Unus *porsch* ... capita ... oculos ... (*mundum replens*) .... quidquid est .... tres pedes.... *akar* .... *Rak Beid* .... productio .... halitum super affert .... tempore, quòd denuò .... productionis *vratheh* .... *Man* .... animalia .... productum fiunt .... figuram suam (*esse*) sciat.

Natura tota, sub figurâ unius *Porsch*, personæ immensæ, quæ infinita membra, sensus habet, mundum totum refert, quidquid est, fuit, erit, ipsa est ; cui tres pedes, creatio, conservatio, destructio, sub trium *matra* verbi *oum*, *a*, *ou*, *m*, emblemate; 3.um *Beid*; 3.um respirationis motuum, aspirationis, retentionis, eductionis spiritûs ; quæ successivè novum mundum, elementa, mobilia, non mobilia, homines, varia animalia format ; sicque sine fine, immensa, sese multiplicat.

Pag. 347, *lin.* 5, 6 : Tempore quòd denuò voluntas .... productionis simul provenire facit. (*Vakti ke baz aradeh paedaesch baham mirasanad.*)

Hoc in textu, clarè successiva mundorum, uno desinente, eodem creationis et creaturarum ordine, genere, productio, nempè eductio.

Lin. 17, 18 : *Porschi* .... forma τῦ *horban* est.

Digitized by Google

Creator sacrificio idcircò comparatus, quòd res productas, ut in sacrificio destruuntur, ad nihilum reducat : entia emittuntur et retrahuntur : is est creationis, vel rectiùs, emanationis modus ; quasi theatralis, ad momentum, rerum, expromptis aliis succedentibus, perpetua *ostensio*.

Pag. 347, *lin. penultimâ, ultimâ :* bos, hædus, et vervex (*ovis*), quòd dentes suprà non habent (*gao boz o gousfand ke dandan bala nadarand*).

Juxta Plinium [1] *cameli .... dentium superiorum ordine, ut boves, carent in utroque genere etc....* [2] *Superiori (parte) primores (anteriores dentes) non sunt, ut bobus, ovibus, omnibusque quæ ruminant. Caprœ superiores non sunt, præter primores geminas.*

Eo sensu intelligendum, quod de bovis, hædi et vervecis dentibus dicitur.

Pag. 348, *lin.* 5-23 : meroes .... projiciunt.

Lego *natitscheh*, merces, id est, fructus ; vel *montedjeh*, eodem sensu. Id est, ex eo sacrificio, totius mundi figura elicitur. Hujus figuræ delineatio. Quatuor priores partes, quatuor Indorum conditiones, professiones, status : *Brahm, kettri, beis* et *schoutr.*

Lin. 16 : tempestas veris.

Tres tantùm hîc memorantur, pluviâ omissâ, anni tempestates.

Lin. 25 : hominis *kabir* (*magni*) est.

Mundus, homo magnus (*soukha*, homo felix ; *Brahm*).

Pag. 349, *lin.* 6, 15, 16 : *Haranguerbehah* etiam moritur .... *Pradjapat* in τῷ *Haranguerbehah* sit .... productum non factus est. *Haranguerbehah*, ut notum est, est collectio elementorum simplicium, etiam pro *Pradjapat* sumptus, scilicet collectione elementorum compositorum. Qualibet mundi renovatione,

1. *Histor. natur. lib.* 8, *cap. XXVI, p.* 447, *edit.* HARDUIN.
2. *Id. lib. II, cap. LXI, p.* 621.

Digitized by Google

alius *Haranguerbchah* (alia elementorum collectio, ordinatio), priore mortuo (*p.* 347), producitur, expromitur; *Pradjapat*, seu collectio elementorum compositorum, in collectione simplicium comprehensa, post eam apparet, quasi efformata, non producta.

Pag. 349, *lin.* 23, 25, 26 : Sol ... ab omnibus *Fereschtehha* longè priùs productum factus, et particulari luce nutritoris (*conservatoris*) est (*dzereh az nour parvardgar ast*).

Sol antè angelos productus; ejus lumen, ipse *Brahm*, particula lucis primæ est.

Ibid. lin. ultimâ ; Brahmdani, lege : *Brahm dani.*

Pag. 350. *lin.* 4 : hæ ambæ virtutes (*qualitates*), uxor solis est (*har dou kowat zon aftab ast*).

Qualitates τῶν *Deïouta* eorum uxores esse, pluries observatum.

Ibid. lin. 5, 6 : et terra et cœlum os apertum factum (*dehen va kardeh*) solis sunt.

Id est, inter terram et cœlum, ut in ore, terrâ labio inferiori, cœlo superiori, in spatio aperto, sol revolutiones suas perficit.

OUPNEK'HAT 41.^m, DJOUNKA.

N.° CLXI.

Pag. 351, *lin.* 2 : DJOUNKA.

Samskreticè, *djangam*, quod se movet, it, vadit. Vel *soukha*, homo felix.

Lin. 5, 6, 7, 12 : *átma* octo pedes habet .... viginti et uno mille .... facit .... filum trium qualitatum.

Quinque *pran*, venti, et tres qualitates, creatio, conservatio, destructio, sunt octo τῦ *átma*, animæ (*hens*) universalis, omnia moventis, partes : et (*infrà*, N.° CLXIII, *p.* 364, 365, et *not.* 1) 21600 *vices* dicti, sunt respirationis ictus, unius diei, 24 horarum, spatio.

Digitized by Google

Pag. 351, *lin.* 15, 16, 19, 21, 23 : omnes vident ... non vident .... non scientia .... sinè qualitate, quòd in qualitate *abka* (*creationis*) .... vident .... vidit (*videre*).

Ens unicum, in medio domûs cordis, vident; creatio ejus qualitas, qualitatis effectus est : non vident, quoniam, reverà, quod exteriùs agit, mera imaginatio est, merum phantasma, in se non existit. Proindè, quandiù non surgit, evanescit error, inscitia, nihil, non vident.

Lin. 25, *penultimâ*; *pag.* 352, *lin.* 4, 5, 6, 7, 10, 14 : *maïa*, quòd amor æternus est, et productum faciens imaginationem est, ... hic *maïa* ullam actionem, ipse cum seipso .... et ostensum etiam non habet .... forma scientiæ .... très colores.

Maïa, amor æternus, æterna ad foras prodeundum, foris producendum propensio, phantasmata edens, verum ens abscondit, obnubilat; in se nec agere, nec extrà quidquam ostendere valet : solum desiderium. Formâ scientiæ auctus, operatur, tribus coloribus, creatione, conservatione, destructione. Et tamen omnia ista, nihil, purum spectaculum.

Pag. 352, *lin.* 15, 18, 19, *ultimâ*; *pag.* 353, *lin.* 3, 4 : Hæc femina bos, *Kam dehen* .... sine electione .... bibunt .... cum electione .... τὸν *átma* magnum lumen .... propter eum opera faciunt.

Kam dehen, bos, vacca miranda. *Mahabar.* 13 *Porb. fol.* 714 *recto.*

Samskreticè, *kam*, cordis desiderium : *dehen*, dans. *Kam dehen*, nihil aliud quàm *maïa*, in omnibus æqualis. Cuncta entia lac ejus sugentia, sensibilium voluptatem sumunt; id est, apparentia fiunt, naturâ. At verò Ens unicum, *átma*, ejus auctor, propter voluptatem suam eum produxit, etiam in eo est. Liberè de creatione meditans, primus ex eo delectamentum habet; foras

Digitized by Google

prodit, apparet, à verè doctis, qui propter illum opera faciunt, in eo agnitus.

Pag. 352, *lin.* 27; æquale, *lege* : æqualis.

Pag. 353, *lin.* 7, 8 : vigesima sexta .... vigesimum et septimum ....

Tribus qualitatibus pro unâ re, ut in *not.* (1), sumptis, 25; 26, cum ente summo : iisdem pro tribus adhibitis, quemadmodùm mos est, 27 res numerabuntur.

Lin. 15, 16 : unicum .... dualitas ....

Scilicet, *âtma*; *âtma* et *djiw âtma*, seu *âtma* et *maïa*.

Ibid. lin. penultimâ; *pag.* 254, *lin.* 2 : quemadmodùm è mari bulla .... destructum efficiatur.

Aquæ bulla à mari non separatur, quamvis super illud surgat, in eo destruatur : sic creatura, respectu Creatoris, simplex emanatio.

Pag. 354, *lin.* 4, 5, 6 : millibus mille vice (*vicibus*) apparens fiat, et millibus mille vice in eo destructum fiat.

Ea est super faciem terræ entium successio; nasci, mori; mori, nasci; forma formæ millies millies succedens.

Ibid. lin. 14, 16 : *Djouanka* .... super lectum Entis soporatus.

Samskreticè, *soukam*, quies; *souk'ham* tranquillitas.

OUPNEK'HAT 42.^m^, MRAT LANKOUL.

N.° CLXII.

Pag. 355, *lin.* 2, 4 : MRAT LANKOUL (fortè, *lankoun*) .... *halitus mortis* ....

Samskreticè, *mroutihi*, mors; *mroutam*, cadaver : *langhanam*, præterire, transgredi, transilire, saltus ad è loco in locum transeundum.

Digitized by Google

Precatio est, formula, quam, ad mortem superandam, dùm extremum emittit spiritum, homini recitare, pronunciare præceptum.

Pag. 355, *lin.* 8, 12 : *Roudri* ..... notum regem *Almout* (*mortis*) facit. ....

Rectè omninò, momento mortis, ad *Roudr*, destructionis agens, simul et ad regem mortis, preces directæ.

Lin. 11, *schabt.*

Schabschoub, antiquus *Rajah* τῆς *Pendjab. Mahabar.* 13 *Porb. fol.* 764 *v.*

Legi potest *Beschast* (*infrà*, N.° CLXVII, *p.* 384), vel τῆς *Bramha* filius (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 567 *r.*); vel antiquus *Rakeh* (*ibid. fol.* 506 *v.*); antiquus *Rajah* (*id.* 13 *Porb. fol.* 648 *r.*); antiquus vir (*ibid. fol.* 666 *r. v.*); *rek'keschir* regionis *Oud* (*id.* 14 *Porb. fol.* 708 *v.* 714 *recto*).

Lin. 14, 17, *ultimâ*; *pag.* 356, *lin.* 6 : quod *madehmati* est ..... tres oculos habet ..... *rat* .... *basch roup* est.

Idea sublimis, dùm vitæ cursus absolvitur, cessat, tempus acre celeriter transiens, omnia, utpotè *Roudr*, tribus oculis, absorbens, per precem orare. Hæc precatio octo vocibus constat, quæ ejus attributa exprimunt propriè ad Ens supremum pertinentia. Simul et homo, quemadmodùm in aliis precibus τοῖς *Deioutaï* fusis, seipsum tempus agnoscere, dicere tenetur.

Sensus istorum octo verborum, nempè *rat, sat, pram, Brahm, porsch, Keschn pankal, aourdeh lank, proubatscheheh, basch-roup*, hic esse potest.

Rat, rathaha, currus : *ratihi*, sese oblectari : *rat dehanam*, nomen τῆς *Tschakdis*; id est, mundi domus principalis sum, et bonum facere mea cura. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 568 *v.*

Sat, samskreticè, bonum, rectum.

Pram Brahm; pra, supremus *Brahm*, ens omni superius.

Digitized by Google

Porsch, è verbo *por*, plenum; *pri*, implere; *pouranam*, impleri.

Keschn, niger : *pankam*, lutum.

Aourdeh : ouparisdhaha, sursùm.

Lank. Samskreticè, *lachma*, signum, nota exterior.

Proubatscheheh. Proupatscheh, quintum τῦ *Roudr* nomen.

Mahabar. 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 447 *v.*; *Prokata*, tertium nomen τῶν *Patran*. Fortè legendum *trou*, solâ punctorum ·.· et ·· differentiâ; tres : *bhakschita bhakschanam*, oculos leniter fricare, detergere.

Baschroup. Bas rob, nomen τῦ *Maha diw* (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 664 *r.*) : *Basou*, creator; *basch roup*, creaturarum figura (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 538 *r. fol.* 560 *r.*) : legendo, *bhoûs roup*, mundi figura.

His octo verbis addi debet *nomœu nomah* (*p.* 357, *lin.* 8), id est, *nemeskar*, ave, humilis submissio.

Quæ quidem hanc orationem præbent : « O (*tempus*) currus « (*omnia trahens, mercedem operum purorum adducens*)! vere, « supremè *Brahm*, (*cuncta*) replens, niger (colore τῦ *Keschn*) « et luteo, flavo-obscuro (*ssandalino*), (cujus) sursùm (*astris*) « indicia (*magna*), tribus oculis (*creatione, conservatione, des-* « *tructione*), (cujus) figura mundus totus, (*tibi*) humilis oratio, « submissio. »

Pag. 356, *lin.* 3; nigrer, *lege* : niger.

Ibid. lin. 9, 10, 11 : occidere τὸν *Brahman* .... auri .... cum uxore τῦ *ostad.*

Tria magna apud Indos peccata; τον *Braman* occidere, aurum furari, cum magistri uxore rem habere.

Ibid. lin. 17, 18 : octo personis.

Digitized by Google

Octo personas, hanc formulam, juxtà vocum numerum, edocere jussum.

Pag. 356, *lin.* 24; *pag.* 357, *lin.* 9 : Cum morte .... illâ horâ moriatur.

Primæ, 2.ª, 3.ª etc. vocis oblivione venturæ mortis momenti curiosum omen.

OUPNEK'HAT 43.ᵐᵉ, ANBRAT NAD.

N.° CLXIII.

Pag. 358, *lin.* 2 : ANBRAT NAD.

Samskreticè, *anbaram,* nomen cœli; *nad,* sonus, vox.

Lin. 6 : lignum lumen ut fecerunt.

Ligneæ facis, in Indiâ, usus antiquus.

Ibid. lin. 12, *ultimâ* : Et modus .... entis fiat.

Comparationis expositio. Tῶ *Oum,* nomine Dei, velut curru conscensus, τῷ *Beschn,* seu summâ potentiâ currum regente, ad *Brahm lok,* mundum Entis homo tendat, sensibus internis et externis, qui τῆ *Roudr* omnia destruentis, impedientis vice, repressis : quò ut pervenit, currum relinquat; id est, τῆ *Oum* obliviscatur, et scientiis, omnibus mediis missis, soli Enti adhærens, forma mundi Entis fiat.

Pag. 359, *lin.* 1, 7, 8 : Tres litteræ τῆ *pranou* ... ente ... propitio .... pervenit.

Pari ratione, quibusque tribus, τῆ *pranou* litteris, corporibus, entium gradibus, relictis, ad gradum sublimem, ubi nec littera, nec sonus, nasalem τῆ *Oum* prolationem, quæ vox pura, Ens supremum perveniat.

Ibid. lin. 9, 26 : Sex res .... *selouk* .... entis luminis sit.

Sex τῆ *selouk* (*suprà, T. I,* N.° LXXII, *p.* 338; *infrà,* N.° CLXIII, *p.* 360-363) modi explicati, auri et argenti è fodinâ

Digitized by Google

extractorum, igne ustorum, purificatorum, comparatione elucidantur.

Pag. 359, *lin.* 27, 28, 29; *pag.* 360, *lin.* 3, 6 : retentio ... attrahere .... servatum habere .... emittere .... tres respirationis actus, aspiratio, suspensio, respiratio.

Pourk. Samskreticè, *poûranam,* impleri aere; *poûrana karanam,* facere implere. (*P.* 360, *lin.* 15.) *Kanihak.* Samskreticè, *kanakam,* aurum purissimum. *Kanischam,* justum pondus. *Khani bhavaha,* se coagulare, concrescere.

Reitschak. Samskreticè, *reschaha,* guttur. *Rekhâ kararam,* spirare, sufflare.

Pag. 360, *lin.* 21, 23 : similis non videnti .... surdo .... quies acquisita fiat.

Cæco, surdo, ligno immoto similem esse, perfectæ quietis, sui ipsius tranquillæ possessionis indicium.

Pag. 361, *lin.* 4, 6 : quisquis τὸν *âtma,* quòd in corpore elephantis et formicæ, et omnium animantium (est), et omni loco æqualem scit; hanc notitiam *samadeh* dicunt; quòd demersio sit. (*Ve har keh âtmara ke dar badan fil o mourtscheh ve hameh djandaran ve hameh dja beraber bedanad in âg'hira samadeh gouiand ke esteghrak baschad.*)

Atma, id est, anima universalis, Ens supremum unicum, æqualis (*beraber*) in *elephante* et in *formicâ;* in altissimâ quercu et in humili paleâ; in orbe toto, et in unâ lineâ, uno puncto, uno pulveris grano; in potentissimo principe, et debili, infimo subjecto; in magistro et servo : scilicet, extrà illum *âtma* nihil : omne ipse est : cum eo, cuncta paria, cùm *âtma* ubique idem sit.

Dogma Indicum naturam omnem, divisam vel simul sumptam, regiones, populos, regentes, rectos eâdem mensurâ metiens.

Aurem præbeant, magni illi legislatores, superbi imperátores,

Digitized by Google

arrogantes exercituum duces, qui militarem turmam, quasi histrionicum agmen, nobiles, legitimos sicarios, ad destruendum genus humanum arte et genio informatos, reipublicæ substantiam pace et bello exhaurientes, nutu, voce, cymbalo, veluti oscilla funiculo, movere assueti, sese omnia, cæteros nihil reputant, regiones, regna, instituta, ad libita evertunt; orbem verrunt, ut turbo flamine aristas.

Attendant juvenes, et ipsi senes viri, qui morbo lividi, in ipso gurgitis, cuncta absorbentis, limine, sensibus miserè mancipati, sese fugientes, gloriolæ, mortis in fauce, avidi, ventris satiandi causâ, politica, ecclesiastica, litteraria munera, munia ambiunt, fervido, artubus jam frigidis, studio exquirunt, æquali sibi (*beraber*), sorte ad rerum summam evecto, abjecta servi præbentes officia. Videant quid in se sit, ad quod tanto nituntur molimine, quid mundum exagitans, versans, præcipitem agens, tremenda ista tempestas.

Omnia sub cœlo paria, æqualia. Globula globulæ insurgit, pulvis pulveri, vermiculus vermiculo, palea paleæ; undarum instar, quæ modo sursùm attolluntur, modo deorsùm feruntur, ex eodem mari emersæ, in idem eodem instanti, inanis et vacua spuma, immersæ!

[1] *Vanitas vanitatum*, dixit Ecclesiastes : *vanitas vanitatum, et omnia vanitas.*

[2] *Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, mandata ejus observa : hoc est enim omnis homo.*

Pag. 361, *lin.* 7, *ultim. pag.* 362; *pag.* 363, *lin.* 23 : Et modus *tsĕ* sedere .... Oportet quòd .... In hoc verbo .....

Fusa *tsĕ maschghouli* descriptio. Vide suprà, *n.° cxxvii*, *p.* 197 etc.

---

1. *Habel habalim amar cohelet habel habalim hakkol habel.* Ecclesiast. *I*, 2.

2. *Sof dabar hakkol nischmua et haelohim ierah ve et mitsvotav schemor ki zeh kol haadam.* Id. *XII*, 13.

Digitized by Google

Pag. 361, *lin.* 22, 27, 28 .... *pranou* .... *Oum* .... *Brahmi*, quòd forma caloris naturalis est, quòd in medio cordis est.

Caloris naturalis (*herarat*) qui in medio cordis, *Oum*, Deus ipse, forma, causa, calor iste.

Pag. 362, *lin.* 1, 2, 3, 4 : in tempore τῦ *maschghouli*, in uno halitu attracto, (*quem*) servatum habuit (*retinuit*) usque ad octoginta vice (*vicibus*), id (τὸ *oum*) dicat. (*Dar hengam maschghouli dar iek nafs kaschideh negah daschtah ast ta haschtad bar oura* (*oum*) *begouïad.*)

Mirum, vel assiduâ prāxi eò deviniri posse, ut spatio unius halitûs servati, 80 vicibus, *Oum* dici queat, sicque 80 momenta possint elabi : vera autem τῦ *maschghouli*, scilicet relligiosæ meditationis conditio, natura, est retentio halitûs, corde uni rei alligato, nempè τῷ *átma*, Deo supremo, quocum unum se scire injunctum.

Pag. 363, *lin.* 1, 2, 3, 10 : *Janua* τῦ *pran* .... *sak'hemna* .... foramen in cerebro .... similis ponti .... descendat.

Tempore mortis, *pran* hominis justi, per venam *sak'hemna* et foramen in cerebro factum, foras, suprà exit. At verò in seipsum, cor suum descendere, quod fit, τὸν *pran* è cerebro, per foramen, seu pontem, infrà, intùs attrahendo, vera, docto, liberationis via est.

Lin. 12, 13, 14, 22 : timor .... edere multum, et derelictio τῦ comedere multa (*tark khordan betsiar*) .... forma entis fiat.

Septem hæc, scilicet timor; ira; tepor; somnus multus; nimia vigilia; abundans, frequens esus, comessatio; aut inædiæ excessus, hominem agitant, extrà se ferunt, vel mentis actioni obsunt : iis renuntiare, perfectam in corpore et animâ æqualitatem constituit; in quo vera quies, perfecta τῦ *djiw átma*, his in terris quasi ligati, servi, liberatio.

In omni medium servare, fanatismi mors est. Vera Indorum

Digitized by Google

spiritualitas, cujus praxi tribus, 4, 5 mensibus, adhibitâ, mense sexto homo fit ipsa entis forma, id est, *djiw âtma âtma* evadit.

Cùm ergo *djogui, saniasi,* ut cæcus non videns (*suprà p.* 360), nihil sentiens, vel (*infrà*, N.° CLXV, *p.* 373) mente captus, puerilem habitum præ se ferens repræsentatur, non mortificatione, inædiâ debilitatus, fractus; absolutâ in Deum immersione, quæ corpus sopitum tenet, hoc quasi amentiæ genus productum dixeris.

Pag. 363, *lin.* 25; *p.* 364, *lin.* 14: cum quinque *matraï* ... *matra* manent.

Pro litterarum numero, quinque elementorum qualitatibus sensibilibus comparato, quas *Oum* pronunciando homo exprimit, elementis *maschghouli* meritum, modum habet: sic semper cum naturæ partibus etiam materialibus, Indi operationes etiam spirituales conjunctæ.

Pag. 364, *lin.* 12, 13: *bhout âkasch* .... qualitatem vocis (*soni*) habet.

Indè sequitur τὸν *Bhout akasch,* qui tactum, ut ventus non habet, sed solam vocem, esse aerem subtilissimum sonum transmittentem; quod communiter τῷ *fezza* tribuitur.

Lin. 15, 17: in illo gradu, quòd (in eo) *matraï* non continetur .... *sandhia* est.

Gradus in quo *matraï* non continetur (*infrà*, N.° CLXVI, *p.* 378), est sonus nazalis, nomen *Oum* terminans.

Vera τῆ *sandhia,* precationis in formâ *rosarii,* matutinæ, significatio. *Mahabar.* 12 *porb.* 2 *part. fol.* 547 *v. fol.* 633 *r.*

Samskreticè, *sandeha,* pulchrum esse.

Ibid. lin. 20, 22: È podice sumptum cum extremitate pectoris, et initio gutturis, quòd quantitas triginta digitorum mediorum est. (*Az makaad guerefteh bemonthaï sineh ve eptedaï goulou ke mekdar be si angoscht vastti ast.*)

Digitized by Google

Hìc agitur de digiti medii latitudine, quæ, cùm Indi generatim manum (et proindè digitos) minùs, quàm Europæi, latam, amplam habeant, dare potest, medio digito ad majus novem linearum supposito, 270 lineas, seu 22 pollices, sex lineas; id est, 1 ped. 10 pollic. 6 lineas; et hæc est è podice ad initium gutturis longitudo, in homine quinque pedum et duorum vel trium pollicum; quæ quidem est (in itinere observavi) communis Indorum statura.

Pag. 364, *lin.* 24, 25, 26: *djiw âtma* ... halitum ... *pran* dicunt, quòd, *djiw âtma* ei motum dat.

Systematis Indici clavis. *Djiw âtma pran* est; et halitum, *pran*, *djiw âtma* ex eo dicunt, quòd hic eum movet. Quidquid alteri motum, vitam communicat, id ipsummet dicitur: actione in aliud, inter entia separata, rationem supponente, et quoque ente ad seipsum solummodò rationem habente.

Pag. 365, *lin.* 7, 8, 11, 15, 17, 22, 23, 24: unum *lak*.... et tredecim millia et unum centum, et octoginta vicis .... *Pran* .... in pectore sit .... colores .... *berbhouti* .... *Pran* cerebrum ut aperuit .... (*Benarès*).

Quinque venti per venam *sak'hemna*, nocte-die, 108000, in aliis venis, 5180 vicibus, actionem suam peragere censentur.

Nec mirum, corporis ventorum naturam, locum, tam fusè explicari, etiam colorem tradi; cùm è vento vita oriatur, eo servetur, et vento *pran* per cerebrum exeunte, homo moriens, perindè ac in terrâ *Benarès* vitâ functus, rursùs in hunc mundum redire, et ibi diversas transfigurationes, malis, anxietatibus, duris laboribus, tormentis eas comitantibus, subire non coactus, statim beatitate fruatur.

Bherbhouti. Samskreticè, *Bhâryâha*, grani genus ad nigrum vergens. *Bhoutihi*, cinis, pulvis: indè color nigro-cinereus.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 44.um, BASCHKL.

N.° CLXIV.

Pag. 366, *lin.* 2 : BASCHKL.

Mousom, tempestas anni, quatuor mensium, extrà æstatem et hiemem, quâ terra aratur, fruges crescunt (*infrà, p.* 368, 371; *Mahabar.* 12 *Porb.* 1 *part. p.* 383 *r.* 2 *part. fol.* 540 *r.*), post avium ovorum emissionem (*ibid. fol.* 487 *r.*). Vide suprà, *T. I, Annotat. p.* 612.

Pag. 367, *lin.* 24; *pag.* 368, *lin.* 25; *pag.* 369-371, *lin.* 20 : Dans mercedes operum .... Pater magnus, ... et pater et mater totius mundi ego sum (*peder kalan ve peder o mader kol aalem man am*) .... unicus ego sum.

Descriptio *rẽ Inder* à seipso, ut Entis summi, unici, universalis, patris, matris, omnium causæ.

Pag. 368, *lin.* 2 : *Bratr* nomine *Schaïttani* ....

Indr Roudr est (*p.* 371), qui serpentis venenum hausit : hic idem *Fereschtah Bratr Schaïttani*, nomine (*infrà, N.° CLXVII, pag.* 386) et figurâ colubrem, serpentem, in montibus habitantem, occidit.

Notandum istud angelorum, hominum cum serpente bellum in antiquis populorum monumentis asservatum. GENES. *III*, 15; *Apocal. XII*, 3, etc.

Samskreticè, *bhritihi*, seu *agnanam*, malum ingenium, rerum nihilum, ignorantia, imprudentia, stultitia, affectus, passio.

Lin. 14 : causâ *rẽ maïa.*

Vide suprà, N.° CLXI, *p.* 351, 352.

Pag. 369, *lin.* 11, 12, 13, 14 : [Ille quòd (*qui*)] super currum unius pedis .... annus .... duodecim mense .... iter facit.

Annus, 12 mensium, circulus rotæ, 12 radiis, cui super-

Digitized by Google

ponitur currus solis mundum peragrantis. Sic in *Mahabar.* 8 *Porb. fol.* 287 *r.*), currus solis, et ☉ *Kern*, ejus filii (☉ *Djedaschter* fratris natu majoris), unam rotam habet.

Jekin keh kern peser aftab ast tschenantscheh aftab bessourat iek païeh arabeh ast ve haman ttor miravad arabeh Kern ham bar iek païeh migardad. (*Certum quòd Kern filius solis est: quemadmodùm sol cum figurâ unius rotæ currûs est, et illo ipso modo it, currus* ☉ *Kern etiam super unâ rotâ circuit.*)

Pag. 369, *lin. ultimâ*: quinque divisio .... decem divisio ... Quinque elementa, decem *pran*, interni et externi.

Pag. 370, *lin.* 11, 12: et omnes, ex omnibus viis, cum me (*ad me*) perveniunt. (*Ve hameh az hameh rahha be man mirasand.*)

Quamcunque viam homo sequatur, si Deo unicè et perseveranter intendit, ad eum pervenit; quod opera purissima, etiam relligione, humanitate præscripta, sola præstare non possunt.

OUPNEK'HAT 45.^m^, TSCHHAKLI.

N.° CLXV.

Pag. 372, *lin.* 2: TSCHHAKLI.

Nomen *Rek'heschir, p.* 376, *lin.* 27: samskreticè, *tschaya*, umbra, imago in speculo.

Ibid. lin. 4, 5: *Seresti* .... urbem *Thaniser.*

Seresti, bonitas scientiæ (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 557 *r.*): membri virilis vis, robur (*id. fol.* 439 *v.*): nomina Indiæ, metropolim fluvio ambienti congruentia. *Thaniser*, vel *Tahniser*, antiqua regia apud Indos celebris. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 630 *v.*)

Pag. 373, *lin.* 6: *Nimkehar.*

Nimkehar, nimkeha; locus sanctus, quem devotione Indi visi-

Digitized by Google

tant (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 563 *r.* 630 *v.*), ad quem, ut ibi animam exhalent, sese efferendos curant (*id. fol.* 522 *v.*): locus amœnus, ubi τὸ *djak* (sacrificium) οἱ *Deïoutai* peragunt (*id. fol.* 576 *v. nim kehard* τῶν *Pandvan*); antiquæ regum Indiæ stirpis regio (*id.* 1 *part. fol.* 371 *verso*).

Pag. 373, *lin.* 19, 23, *R'herkit.*

Gorghet, urbs antiqua, viâ *Dehli,* nunc Indoustanici imperii capitis. (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 580 *r.* 13 *part. fol.* 778 *r.*)

Ibid. lin. 20, 28, *penultimâ :* similes parvulis annis .... parvulis vitam agimus.

Saniàsi et *djogui* isti Indi erant, ad altissimum spiritualismi gradum erecti; qui, quasi sensibus mortui, infantes, imbecilles hominum oculis, ante Deum sapientissimi, ut non existentes, Entis unici, supremi omnium artificis et rectoris contemplatione immersi, omnibus mundi curis, occupationibus, affectibus liberi, vitam transigebant.

Pag. 374, *lin.* 13 : *Atr.*

Secundus patriarcha è diluvio salvus; magnus oræ meridionalis Indicæ pœnitens (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 447 *v.*), vel *rek'heschir* regionis occidentalis. *Id. fol.* 660 *r.*

Ibid. lin. 27; *pag.* 375, 376, *lin.* 20 : Cum latere illorum ..., animam vilem.

Socraticus, figurativus Indorum doctorum discipulos edocendi, erudiendi modus.

Pag. 375, *lin.* 25, 26, 27; *pag.* 376, *lin.* 18, 20; *pag.* 377, *lin.* 12 : abire τὸν *djiw átma* ... iens faciens corpus ... sensus, equi hujus currûs .... vile corpus .... animam vilem .... (.... *præstare possunt*).

Djiw átma, currûs corporis auriga; sensus; equi : proindè sola

Digitized by Google

nobilis anima, à corpore, sensibus distincta; qui quidem sunt pura instrumenta, ipsâ duce et dirigente.

Pag. 376, *lin.* 1 : lignum τὸ euntes facere.

Lignum quo equi percutiuntur, vel punguntur, ut Indorum mos est, qui boves currum trahentes agunt.

Lin. 6, 12 : *djiw átma* ... vigiliam ... corpus sine motu fiat.

Quatuor τῆ *djiw átma* in homine status, in homine vigilante, dormiente cum somnio, eodem sine somnio, mortuo, lucidè expressi.

OUPNEK'HAT 46.^m^, TARK.

N.° CLXVI.

Pag. 378, *lin.* 2, 4, 5 : TARK .... *tar.*

Samskreticè, *taranam*, transire, trajicere.

Lin. 7, 14; *pag.* 379, *lin.* 21 : littera, quòd, cum *alef* ... *Oum* .... liberationem obtineat.

Magna et varia nominis *Oum* pronunciationis efficacia. È mari hujus mundi, omnibus peccatis, et in aliis mundis existendi necessitate solutum, ad littus, seu veræ et unicæ libertatis, in Ente supremo beatitatis portum, facit pervenire.

Ibid. lin. 20, *ultimâ* : Littera prima ejus, *alef maftouh* .... (*sonus*) sit.

Sex nominis *Oum* partes. Quinta, *punctum* est litteræ ultimæ superpositum, sonum nasalem efficiens; sexta, *nad*, sonus, seu integra vocabuli resonantia, verè totius nominis pronunciati sonitum reddens.

Sic viri *spiritualissimi* simplici signo, sono nimis inhærentes, in *materiam* relabuntur, quamvis allegoricis explicationibus præjudicatos conceptus, pravos, elucidare, defendere satagant. Notæ

Digitized by Google

Judæorum super nomine *Tetragrammato* relligiosæ, ne dicam, superstitiosæ observationes.

Dixi, *spiritualismi :* certum est enim homines, corpore et animâ constantes, generaliter, sensibili ut et spirituali, id est externâ, non secùs ac internâ relligione indigere.

Quod tamen ità intelligendum, ut tantùm splendendis ceremoniis oculos percellere, vanis et incertis opinionibus, documentis mentes imbuere, falsis, ac ut plurimùm absonis decisionibus conscientias irretire, fallere, verbi gratiâ, pro Christianis, praxes et dogmata nec scripturæ sacræ, nec SS. Patribus, conciliis, avitâ traditione, verâ *Christi,* ejus corporis mystici, et *economicæ* institutionis cognitione fulciendo, fictitia est et commenta, non ea quæ à Deo ipso tradita, solaque homini necessaria relligio.

Pag. 378, *lin.* 24 : tolle (*lineola*).

Pag. 379, *lin.* 17, cædere; *lege* cadere.

Ibid. lin. 18, 19, 20 : occidere *τὸν Bhadri* (*bákadour; strenuum, inclytum militem*), quòd cum dolo occisus sit (*bhadri ke be makar koschteh baschad*).

Fortem virum dolo occidere, magnum facinus! non ergò omnia in bello licita : non, ut mos est, *leoninâ* deficiente, pellis jungenda est *vulpina.*

Recta et laudanda Indorum bellica moralis, sed heu! *ultramarina.* In Europâ, quidquid utile, probum : fœdera decipulæ. Inermem aggrediuntur; arces, visitandi, protegendi, tutandi causâ occupant; tùm, amico, hoste deluso, legitimos se proclamant et tuentur possessores. Arte parta novo furto defenduntur; et semper fluit hominum sanguis; subjectorum opes, militum alendorum, quorumdam ducum superbiæ vel aviditatis satiandæ gratiâ, effunduntur.

Digitized by Google

Misera humanitas! ovi pellis ad cutem usque abrepta; tonsorne vel lanio?

Bellum ingruit, furit? requisitionibus juvenum, equorum, instrumentorum, munitionum, victuum populus vexatus, et semihominibus crure, brachio, femore truncatis, redeuntibus, familiis tristis et acerbus luctus, terra ipsa semper cultoribus orba ingemiscit.

Pax lucet, tandem fit? exercituum, ducum luxu, internis, turmarum itineribus, exercitationibus, immensâ publicorum, cujusvis gradûs agentium, quadruplici stipendio donatorum massâ, gravi pondere obruta natio, quandòque fame artificiali enecta, ut ab Anglis Bengalici populi : et dùm aleæ, venatui vel desidiæ rectores specie laboriosi, indulgent, eadem remanent, imò augescunt, absque melioris statûs spe, vectigalium onera.

OUPNEK'HAT 47.um, ARK'HI.

N.° CLXVII.

Pag. 380, *lin.* 2 : ARK'HI.

Arkeh, aquam, quam tempore servitii divini effundunt (*suprà*, *T. I*, *N.° II*, *p.* 10. Ceremonia, quâ nobilem, præstantem, inclytum hospitem recipiendo, aquam ejus pedibus infundunt, et ex eâ, super terram lineam, litteram effingunt. *Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 438 *v.*

Ibid. lin. 4; *pag.* 381-386, *lin.* 19 : *oi rek'heschiran* .... submissio.

Attica, exculta, et tamen gravis et profunda de primo Ente, *Brahm*, antiquorum Indiæ sapientum sermocinatio, ad veritatem exquirendam, non ut ei quem interrogant, consulunt, ruborem suffundant. Politæ conversationis genus, quod ab Asiaticis discere possunt, in Europâ, acres, arrogantes dissertatores, rixatores,

Digitized by Google

societatis supplicium; quibus, quidquid effutiunt, certissimum, et nullâ præsentium ætatis, statûs, ingenii habitâ ratione, sententia ipsorum sententiæ contraria, incohærens, absurda, entis hebetis, statim, derisoris, aspernantis, vultu, gestu pungentibus verbis pronunciatur.

Revolutionum, politicorum motuum tempore, fragrante partium studio, viget inprimis rudis ista consuetudo, morosa, aspera, agrestis confabulandi ratio; dùm bono successu mentibus elatis, malo exasperatis, quisque in loquente, quin et in fratre, quasi hostem intuetur, et honesti immemor, partem cui adhæret, cùm vi non potest, cavillis, dicteriis, etiam irato, probroso sermone tueri contendit. Rebus instauratis, novâ morum institutione opus est.

Pag. 381, *lin.* 9; *pag.* 382, *lin.* 4, 5, 6, 7, 20; *pag.* 383, *lin.* 5; *pag.* 384, *lin.* 26 : *fezza* .... aqua, ... obscuritas ... lux ... fulgor ... *pran* ... *ákasch* ... *átma* .... *Bhout ákasch* .... lux, quòd in disco solis .... fulgor.

Nec *fezza Brahm* est, nec aqua, tenebræ, lumen, fulgor, *pran* particularis, *ákasch*, *átma* ligatus, vita animantium : hæc omnia solummodò ejus *magnitudo*, id quo Ens supremum, unicum, *magnum*, entibus creatis apparet, sese *magnum*, multiplex, cuncta potens, efficiens, ostendit.

Pag. 382, *lin.* 5-8; *pag.* 385, *lin.* 9, 22; *pag.* 386, *lin.* 3, 11, 19 : Plures id dicunt, quòd aqua est : et plures id dicunt, quòd obscuritas est : et plures id dicunt, quòd lux est : et plures id dicunt, quòd *pran* est : et plures id dicunt, quòd *ákasch* est : et plures id dicunt, quòd *átma* est (*baazzi oura migouïand ke ab ast o baazzi, oura migouïand ke tariki ast o baazzi oura migouïand ke nour ast baazzi oura migouïand ke pran ast o baazzi oura migouïand ke ákasch ast o baazzi oura migouïand*

Digitized by Google

ke átma ast.) ..... *Brahm, átma* est ..... *átmà Andri* .... *Andr* .... humilis submissio.

Diversas illas de primo Principio etiam remotissimis temporibus opiniones, vide suprà (*N.° CX, p.* 95-96), alio modo expressas. Hìc aqua prima nominatur, ut apud Strabonem ex Megasthene [1]. Et infrà (*N.° CLXVIII, p.* 387, *lin.* 25; *N.° CLXX, p.* 394), *obscuritas*, caligo tenebris respondet, quæ *erant* [2] *super faciem abyssi*, et τῷ *chaos* antiquorum Græcorum [3]; *ákasch*, aeri; *pran*, vento activo, vitæ principio materiali: *átma, djan*, anima, quæ entibus creatis seorsim motum dat, iis insidet, et distinguitur ab *átma, Brahm*, seu *pram átma*, qui (*p.* 385, 386) Ens æternum, supremum, idem ac *Andri* (de quo *N.° CLXIV, p.* 366-371, mentio facta est), attributis, qualitatibus soli primo omnium Principio convenientibus ornatus agnoscitur.

OUPNEK'HAT 48.^m, PRANOU.

Pag. 387, *lin.* 2 : PRANOU.

Samskreticè, *pranatthi*, salutare, adorare; *pranámaha*, salutatio, officiosa verba. *Prana*, oblatio.

Notum omnes preces à nomine *Oum*, quod *pranou* est, incipere.

Lin. 4, *Brahm*, τὸν *Brahma* in medio floris *nilousfer* ... productum fecit. (*Brahm Brahmra darmian goul nilousfer paeda kard.*)

Brahma, prima τῆ *Brahm productio*, flori nenuphar, in aquâ, insidet, quemadmodùm (GENES. *I*, 2) *spiritus Dei ferebatur super aquas.*

1. τῆς δὲ κοσμοποιίας τὸ ὕδωρ (ἀρχὴ). STRAB. *Geogr. lib. XV, p.* 713.

2. *Ve khoschek aal penei tehom.* GENES. *I*, 2.

3. GROT. *de verit. relig. id. Cleric.* (1724), *lib. I*, §. *XVI, p.* 33, 34, *not.*

Pag. 387, *lin.* 7, 12 : quodnam unum *kalmeh* ... derelictionem omnium voluptatum fecit.

Brahma ipse, ut naturam totam intelligat, cognoscat, sibi ipsi renunciat, ens suum quasi derelinquit, abnegat, primo Enti, supremo sui auctori, unicè intentus. Ea est in agente spirituali *voluptatum omnium derelictio* (*tark djamiee ledzat*), cui contraria animi inclinatio, scilicet in se *complacentia*, suî intuitus, ejusdem agentis virtuti omnem demit efficaciam. (*Suprà*, *T. I*, *N.° V*, *p.* 17, 18.)

Lin. 13, 14, 15 : illud unum *kalmeh* è duabus figuris ... et quatuor *matra* ....

Aou, *m nazale*, duæ nominis *Oum* figuræ ; *a*, *ou*, *m*, et *sonus nazalis*, quatuor *matra*.

Hoc nomine acquisito, naturæ universæ cognitionem *Brahma* obtinet, quâlibet verbi *Oum* figurâ, litterâ propriam, singularem spiritualis et materialis mundi quarumdam partium notitiam præbente.

Lin. 16, 18, 20 : (*hoc kalmeh nomen*) circumdans omne est; et dominus omnis est; et semper novum est; et sermo ... Creatoris est; et ipsum etiam Creator est; *mokel* ejus etiam Creator est.

(*An kalmeh .... mahit hameh ast o ssaheb hameh ast o hameschah navast o goftar afridgar ast o khod ham afridgar ast mokel ou ham afridgar ast.*)

Nomen *Oum*, Verbum Dei, Creator ei præfectus, Deus ipse est, Creator; cuncta comprehendens, omnis rei dominus, antiquum et novum.

Verbum Dei, ut primaria, universalis rerum causa, ostensum ab æterno, cùm Deus ipse sit; continuò prolatum et agens, producens, cùm semper novum et Creator; cunctorum dominus, cùm cuncta in se comprehendat, contineat; et simul à Deo, qui ei

Digitized by Google

præsidet, quod fontem denotat, ortum : Verbum Dei specialibus istis characteribus, qui essentiam ejus exprimunt, exponunt, in antiquis Indorum libris designatum, à VERBO (ὁ λογῳ̃) Dei, de quo sublimè Evangelista (JOANN. *I*, 1-3), re attentè consideratâ, in se non differre deprehendetur.

Pag. 387, *lin.* 25, *ultimâ*; *pag.* 388, 389 : È figurâ primâ aquam ... collectum ostendere ... aquam res dispersas, scivit.

Mirum quâ ratione è duabus figuris et quinque partibus verbi *Oum, Oupnek'hat* naturam totam eruat. Aqua, jam observavi, primùm prodit, rerum matrix (*infrà*, N.° CLXX, *p.* 394); deindè ignis et ejus lumen, rebus vitam, motum, actionem inspirans.

Pag. 388, *lin.* 1, 23; *pag.* 389, *lin.* 8, 9, 10, 18 : Et è *matraï* primo .... *djiw átmaï* .... instrumenta videntem .... saltationem; locutionem .... hanc quantitatem rerum intellexit ...

Simili modo è quatuor *matraï* et quinto, scilicet sono è *m* quiescente exorto, diversas mundi partes, cum sensibus corporis humani, eis respondentibus, etiam *djiw átma* suum, *aïet Beid* etc. *Brahma* intelligit.

Observandum autem eodem ordine, quo suprà (*T. I*, N.° LXXV; *p.* 379 etc.), ea omnia hîc præberi; quibus adjunguntur septem voces [1], artes, instrumenta.

Pag. 388, *in margine*; *pag.* 357, lege : *pag.* 359 etc.

Lin. 2, 3, 9, 10, 17, 24 : nomen .... *bhour* .... *kalmeh* unificationis ... *bhou* .... *souh* .... *ghanneh*.

Quatuor his vocibus, *quæ* nomen (*esm*) formulæ unificationis appellantur, quatuor *kalmeh* designantur (*infrà*, N.° CLXX, *p.* 397).

1. Suprà (N.° XCIV, *p.* 31, 32), decem *voces*, sonis ab ave, instrumentis, ipsâ nube editis similes, memorantur. Cùm autem hîc de instrumentorum tractandorum arte, locutione, etc. post *septem voces* agatur; istæ ad artem musicam pertinere, et scalæ (*gammæ*) Indicæ septem tonos indicare videntur. Super hac materiâ vide *Works of Sir* W. JONES, *T. I*, *p.* 413-443, *on the musical modus of the Indus, written in* 1784, *and since much enlarged.*

Digitized by Google

Samskreticè, *bahoulam, pourânam*, multùm implere : *boudhihi*, intellectus.: *bourab*, ὁ *Parkeh. Bhou*, terra. *Souh*, nomen τῦ *Parkeh* (*Mahabar.*[1] 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 538 *r.*) : *Souhe rourta*,

1. Mense decembri 1801 (ut et octobr. *Asiat. Researches*, 6 *tom. in*-8.°), in manus meas ceciderunt *Sir William* JONES *Opera* (*Londini*, 1799, *impressa*, 6 *Tom. in*-4.°; 2, *Supplem.*), è quibus extractam duorum manuscriptorum in *Annotationibus* et alibi laudatorum *notitiam* hîc lubet opponere.

I.

„ MAHA BHARATA, a poem in eighteen books, exclusive of the part called „ *Raghuvansa*, the whole attributed to *Chrishna Dwaipayana Vy'asa*, with copious „ notes by *Nila canta*. This stupendous *work*, when perfect, contains upwards of „ one hundred thousand metrical verses. The main subject is the history of the „ race of *Bharata*, one of the ancient kings of Industan, from whom that country „ is said to have derived the name of *Bharata varsha*; and more particularly that „ of two of its collateral branches, distinguished by the patronimies, the *Curavas* „ and the *Puravas* (*Kourvans* et *Pandvans*) [so denominated from two of their „ ancestors, *Curu and Paru*], and of their bloody contentions for the sovereignty „ of *Bharata varsha*, the only general name, by which the aborigenes know the „ country we call *India*, and the *Arabs* and *Persians*, *Hind* and *Hindostan*. But, „ besides the main story, a great variety of other subject is treated of, by way „ of introduction and episode. The part intitled *Raghu vansa*, contains a distinct „ history of the race of *Crishna*. The *Maha bharata* is so very popular throughout „ the East, that it has been translated into most of its numerous dialects, and „ there is an abridgment of it in the Persian languages,

Versio Persica, quam sæpiùs citavi, nec datur ut *epitome*, nec, spisso volumine (in fol.° 1563 fol.) considerato, eo nomine vocari potest.

„ several copies of which are to be found in our publick library. The *Gitá*, which „ has appeared in an English dress,

BHAGUAT GEETA, *or dialogues of Kreeshna and Arjoon ... translated ... by Charl. Wilkins* (1785),

„ formes part of this work; but, as it contains doctrines thought too sublime for „ the vulgar, it is often left out of the text, as happens to be the case of this copy. „ Its place is in the 6.th book, called *Bhisma porva* (*Porb.*).

Gitá, ut alibi probavi, *mera* est adjectio, operi inserta, quæ etiam *Persicè* reddita est (vide catalogum undè hoc desumptum : *mss. Pers. p.* 455, *n.* 110, ARJONA GITA).

Digitized by Google

amicus, carus, familiaris : *souha routouam*, amicitia. *Ganam*, musica; *ghana gorjanam*, tonare.

Pag. 388, *lin.* 15, *makor*; lege : *makar*.

„ This copy is written in the character which, by way of preeminence, is called „ *deva nagary*. Lt. J.

S. W. Jones, *Op. T. VI*, *p.* 441. A catalogue of the Sanscrit manuscriptes presented to the royal society, by *Sir Will. and Lady* Jones, *N.°* 1, *a.*

II.

„ *Sri* Bhagavat, a poem in twelve books, attributed to *Crishna Dwaipáyana Vyása*, „ the reputed author of the *Mahabarat*, and many other works; with notes by „ *Srid bara swami* : *Devanagari* character. It is to be found in most of the vulgar „ dialects of India, and in *Persian* language. It has also appeared in a very im- „ perfect and abridged form, in *French* (*suprà*, *T. I*, Monitum, *p. XVIII*, *not.*),

Ea est Anglorum de Gallorum operibus loquendi ratio. Inter *æmulos* nec pax sincera, nec, plerumque, justitia etiam urbanitas. (*Vide Asiat. Research. T.* 2, *p.* 53.)

„ under the title of Bhagavadam, translated from the *Tamul* version. The „ chief subject of the *Bhagavat*, is the life of *Crishna*; but, being one of „ that species of composition which is called *Purana*, it necessary comprises five „ subjects, including that which may be considered the chief. The *Brahmans*, in „ their books, define a *Purana* to be *a poem treating of five subjects : primary* „ *creation, or creation of matter in the abstract; secundary creation, or the production* „ *of the subordinate beings, both spiritual and material; theological account of their* „ *grand periods of time, called* Manwantaras; *genealogical rise of families, parti-* „ *cularly of those who have reigned in India; and, lastly, a history of the live of par-* „ *ticular families.* " Lt. J.

Tom. cit. p. 445, *catalog. etc.* 3, *a.*

III.

Duabis istis *notitiis* liceat adjungere *fragmentum* alicujus momenti, quod in ejusdem S. W. Jones operibus invenitur.

Prodit tandem aliquandò, quasi invitum, sub corrupto *Upanisha* nomine, *Oupnek'hat*, cujus certè versionem è *Samskretico*, si potuissent, saltem è *Persico* sermone jam dudùm Angli dare debuissent.

Sic autem se habet *fragmentum* de quo agitur, sub titulo : *Extract from a dissertation on the primitive religion of the* Hindus.[1]

*** „ But that I may not seem to appropriate the merit of discoveries which others

1. *The Works of S. W. Jones*, *T. VI*, *p.* 445.

Digitized by Google

Pag. 389, *lin.* 4, 5, 6 : septem nomen (*nomina*) *τῆ kalmeh* unificationis .... *Bradhast*, et *Krat*, et *Drhast*, et *Mhit*, et *Tat*, et *Sam*, et *Oum* sit.

„ have previously made, I think it necessary to say, that the original *Gayatri*, „ or holiest verse in the *Veda*, has already been published, though very incorrectly,

Nihil perfectum, nihil rectum, accuratum, nisi ab Anglis, uti nullum *commercium* nisi ab avidis istis institoribus.

„ Il est à présumer, " inquit *Sir W. Pulteney*, de commercio cum Indiâ in *Communium camerâ* loquens, „ que la France se hâtera de profiter de la paix „ pour reprendre ce commerce, *si lucratif pour elle.* Je ne vois pas de meilleur „ moyen pour l'empêcher, que de donner aux *nationaux* la facilité de prendre „ part au commerce que la compagnie ne peut pas ou ne veut pas faire par „ elle-même. " MONITEUR, 13 *frim. an* 10 (4 *décembr.* 1801), *p.* 288: *Angl. parlem. impér. Chambr. des commun. séance du* 25 *nov.* (4 *frim.*) : COMMERCE AVEC L'INDE.

Pour l'*empêcher !* En justam, amicam, pacificam Anglorum legislatorum indolem ! *Commercialia Præsidia*, id est, muri nudi, semi-diruti, restituuntur eâ conditione ut commercium non reviviscat. Si Galli illud instituere tentant, quâ ratione novi et temerarii conatus *impediri*, incassi reddi queant, ab oratore Anglo, *sub ipso pacis limine*, in supremâ et augustâ parlamenti aulâ, palam enunciatur. Similiter, cùm *Madras* consilium, *Arcatæ τῷ Nabab* defuncto, legitimum successorem, ejus filium (nothum), qui Anglis *perpetuam* et *supremam τῆ Carnate* dominationem deserere recusabat, amovent, contrà pacta Britannicam inter societatem et *Mahmet Aali*, ipsis Gallis anno 1763 sancientibus, conventa, à Marq. *Cornwallis*, anno 1792, iterata (MONITEUR 26 *niv. an.* 10 : *Londr.* 8 *jan.* 1802, *p.* 461); et hæredis loco mortui nepotem (juxtà alios, fratrem natu minorem) ultimi *Ameer* filium, *nominalem* provinciæ *Nabab* instituit (MONIT. 6 *niv. an* 10: *Londr.* 21 *decembr.* 1801, *p.* 383), ambitiosis et tyrannicis *Calcuttæ* vestigiis insistens : nulla matris-patriæ in filios, sanè non degeneres, animadversio; nequidem simplex objurgatio. Nec quisquam, ejusdem vel contrariæ opinionis, nobilis *Baronetti* consilium, propositum redarguit. Quin imò ipse *Scacarii Cancellarius* (D. ADDINGTON) Angliæ, in commercio Indico *primatum*, *suprematiam* disertè pronunciat. „ Londres, inquit, deviendra le marché „ de l'Inde. Cette capitale est aujourd'hui le centre auquel aboutit le commerce de „ cette partie du globe : il n'y a pas de doute qu'avec des réglemens sages on „ ne *parvienne à en faire l'entrepôt des marchandises de l'Europe et de l'Asie.* " MONIT. 15 *frim. an* 10 (6 *décembr.* 1801): *Anglet. parlem. impér. p.* 296.

Audiant, arrectis auribus adstent, ignavi, saltem malè providi totius Europæ populi. Audiat, semper charissima mihi, Gallia mea patria, et de fraudulento rivali, ne dicam inimico, prudens diffidere discat.

Digitized by Google

Samskreticè, *barad*, dans robur (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 559 *v.*). *Krat*, filius *Parkeh* et *Parkerat* (*Mahabar.* 12 *Porb.*

1.° Commercium de quo agitur, quod ad *Indiam*, ut testatur D. *Dundas*, censoriæ cameræ præses (*Chef du bureau du contrôle*), à 1800 anno ad 1801, societati Anglicæ, merces, 7,600,000 *libr. sterl.* (circà 165 *million.* 200,000 *lib. turon*); privatis negociatoribus, 2,382,000 *libr. sterl.* (circà 52 *million.* 374,000 *libr. turon.*), venditas suppeditavit: *Carnatæ* accessione 2,251,000 lib. sterl. annualis τῆ *Madras* reditus augetur.

2.° Angli pacem cum *Russis*, *Danis*, *Suedis* sanciendo, prætenso *navium neutrarum*, belli tempore, *visitandarum juri* non renunciant: sicut et, pacto cum *Gallis* fœdere, quo minùs eorum *vires navales* è cinere surgant, incrementum capiant, quoquo modo impedire in animo habent. Hoc apertè probant *Parlamentales* de pace disceptationes.

Verùm ad D. Jones fragmentum.

„ (published) by *Fra Manuel da* Assomcaon, a succesful Missionary from „ Portugal, who may have received it, as his countrymen assert, from a con- „ verted *Brahman*; that the same venerable texte was seen in the hand of M. „ Wilkins, who no doubt well understood it,

Nunc de cunctorum Anglorum *Sanskreticâ scientiâ* dubito. In totâ Indiâ, a *Gange* ad *Indum*, usque ad *Kaschmir*, rerum summâ potientes, *Brahmenas*, *Pandetan* (*Asiat. Research. T. I* [1801], *p.* 124, *T. II*), auctoritate, pecuniâ illaqueant; et iis interpretibus, perpauci ope linguæ *Persicæ*, quidam, *Indoustanicæ* (*Maur*), vel *Bengalicæ*, plures, *Lusitanicæ*, etiam *Anglicæ* (generaliter enim Indi, Britannico regimini addicti, Anglicè sciunt), versiones è Sanskretico, opera varia componunt: nulla autem huc usque edita *grammatica Sanskretica*; nullum *dictionarium*.

„ by two *Pandits* of my acquaintance; and that a paraphrase of it in *Persian* may „ be found in the curious work of *Dara Shucuh* (*Schakoh*), which deserves to be „ mentioned very particularly,

Notum est *kaïtri* (*gayatri*) esse *mensuram unicitatis*, supremi, solius Entis. De hoc pluries in *Oupnek'hat* (*suprà*, *n.°* clxviii, *p.* 388; *n.°* clxx, *p.* 397, *etc.*), indè hîc *Gayatri* nominatio.

In *Mahabarat*, 13 *Porb. p.* 647 *v. Gaëtri*, τῶν *Beid* formula.

Si certum est, quod de Lusitano Missionario asserit fragmentum, mea τῆ *Oupnek'hat* versio secunda tantùm erit. Verùm hæc strictiori indigent examine.

„ that amiable, but impolítick prince, who sacrificed his throne and his life „ to a premature declaration of his opinions,

Doctos, nimiùm curiosos principes ad thronum, regimen minùs aptos, orbis præbet historia: mens prudens, sanum ingenium, forte pectus, generalis rerum

Digitized by Google

2 *part. p.* 556 *v.*). *Kareh*, agens. *Darschanam*, visus, videre, ostendere, se monstrare. *Mahitalam*, hic mundus inferior. *Tatt*, res, ens, materia (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2. *part. fol.* 529 *r.*). *Sam*, particula conjunctiva, cum, unà; societas. *Samaha*, homo similis.

---

peritia, animus consiliorum capax, minimè pertinax; eæ sunt qualitates in rectore gentium requisitæ: qui autem iis polleat, vix unus in mille.

„ and employed six months, as he tells us (*suprà*, N.° CLXXXII, *p.* 454), *at* „ *Banaras* (in urbe *Dehli*, *Dar Scheher Dehli. Ibid.*), and explaining fifty-one *upanis-* „ *hads* (*oupnek'hats*),

Samskreticæ litteræ *k* et *sch* (*a Code of Gentoo*; *pref. p. XXIII*, *pl.* 1) ab *Europæo* facilè confundi potuerunt. *Mogoli* (principi DARA *Schakoh*, *Indo*, à *Benarès Pandetis erudito*), præsertim favente etymologiâ, fidere tutius est.

Quinquaginta *Oupnek'hat* tantummodò sunt, non unum et quinquaginta. Vide errorem, et undè ortum duxerit, suprà, *T. I*, N.° III, *et not.* 1.

„ or secrets of the old ancient scripture;

Samskreticè, *ouktam*, pronunciatio. *Ouktouâ*, dicens quòd: *ouk touollaghanam*, *oaktyâ niadhà karanam*, fidem fallere. *A privativo* præmisso, *non dicendum. Nekad*, 6.um auditûs objectum (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 425 *v.*); pari ratione, cum *a privativo*, *quod ad aurem non debet pervenire*: *a* (*Oup*)*nekad*: secretum tegendum. (*Suprà*, *T. I*, N.° II, *p.* 9.)

„ but he translated only the verbal interpretation of his *Pandets*, and blended „ the text of the *veda* with different gloss, and even with the conversation, I „ believe, of his living *Hindu* expositors, who are naturally so loquacious, „ that when they began talking, they hardly know how to close their lips."

Nemini, nec principi, nec genti parcit Anglus criticus. Nunc primùm Indos loquaces, loquaciores esse Europæi discunt; videlicet, a nobilitato Anglo, ad laudem taciturno, ad vituperium *loquaci*.[1]

1. Nec sibi parcit auctor imprudens, dùm versiones *Persicas* nimis deprimendo, suas ipsas, istarum inprimis adjumento confectas, eodem quo eas telo confodit. Hæc in *præfatione* ad τὸ MENU *institutorum* versionem Anglicam leguntur (JONE's « WORKS; *T.* 3, *institutes etc. Preface*, *p.* 61): « The *Persian* translation of MENU, like « *all others* from the *Sanscrit* into that language, is a rude intermixture of the texte, « loosely rendered, with some old or new comment, and often with the crude notions « of the translator; and though it expresses the general sense of the original, yet it « swarms with errours, imputable partly to haste, and partly to ignorance. »

Si generaliter (*all others*) tantâ oscitatione, etiam inscitiâ laborant translatores

Digitized by Google

Septem istarum vocum, formulam unificationis significantium, sensus erit : *dans robur, agens, ostendens se, hic terraneus mundus, res, unitio, cum Oum;* seu *Oum* rebus, entibus, huic inferiori mundo, junctionem, robur largiens, agens; per hæc (omnia) se ostendens.

„ Of this book I procured, with the assistance of colonel Polier, a complete „ copy, corrected by a learned *Raja*, named-*Anandaram*, with whom the colonel „ was very intimate : but, though sublime and majestick features of the original „ were discernible, in parts, through folds of the *Persian* drapery, yet the „ Sanskrit names were so barbarously written, and the additions of the translator „ has made the work so deformed, that I resolved to postpone a regular perusal „ of it till I could compare it with the Sanskrit original." ***** (Reliqua desunt.)

Videlicet filius Imperatoris SCHAHDJEHAN, Mogol, linguarum peritus, externarum relligionum studiosus, intelligens indagator, sumptibus, in istâ inquisitione, non parcens, minori curâ et successu, quàm eruditus JONES extraneus, τῶν Pandetan auxilio solùm suffultus, nullâ autem, arbitror, Samskreticæ linguæ notitiâ, τὸ *Oupnek'hat* sensum perceperit, pretiosi hujus libri versionem dederit!

Quò ducit nimia se semper extollendi cupiditas!

Tempus quo dissertatio, cujus fragmentum datur, non indicatum.

At verò unum obiter liceat observare. Si *Samskreticum textum*, et *Persicam* principis DARASCHAKOH TRANSLATIONEM præ manibus habuit doctus JONES, quarè in catalogo manuscriptorum *Samskreticorum*, *Persicorum* etc, ab eo et *Lady* JONES *regali societati* præsentatorum [1], neutrum videre est? *Gita* Persicè omissum non est. An pretiosum τὸ *Oupnek'hat* manuscriptum, non nisi post epoquam 1792 à colonel POLIER accepisse D. JONES dicatur?

Persici, quarè major auctori è *Samskretico* vertenti, fides adhiberetur? Cuncta ergò in dubium revocanda, albam chartam nigram reddiderit Sir Will. JONES, nullo orbis eruditi, cùm nihil certum, emolumento.

1. *Lib. cit. a pag.* 441-443-459. *A catalogue etc.* Epistola *S. W.* JONES ad Sir *Joseph* BANKS, *Bart;* ex horto (*gardens*) juxta *Calcutta*, Jan. 29, 1792, missa, quâ mss. ei confidit idem *Jones*, ea, si superstes fuerit, ex ejus manu rursùs recipienda, si fato concesserit, *societati regali* offerenda committit. *Prefat. p.* 441, *taken by C.* WELKINS, *esq.* and read before the *Royal society*, *Jun.* 28, 1798, *p.* 443.

ANNO 1794, jam è vivis excesserat D. JONES, ut probatur SIR *John* SHORE, immediatè post eum *Calcuttanæ* academiæ præsidis, oratione ad *Asiaticam societatem* habitâ, 22 mai 1794; quæque eruditi hujus viri, recente morti erepti, laudem præbet et desiderium. *Asiat. Research. T.* 4, *p.* 191.

Digitized by Google

Pag. 389, *lin.* 12: *Tschetrratheh.*

Samskreticè, *tschetri,* rex; *rathaha,* currus; vel, *rathihi kridhá,* ludi saltationis.

Melodiæ, instrumenta, saltatio, locutio præfectos spirituales habent; artes ludificabiles, quæ ad corpus pertinent, edoceri, nihil in se mali, quamvis iis Indi sapientes non erudiantur.

Labor, labor, et *labor improbus,* justo pretio donatus, hoc verè et solum est, esse debet hominis hoc in mundo negotium. Miser ille, qui, absque mercede, laborare cogitur : ubi præmium debitum, non pœna est, sed utilis et corpori et menti occupatio. Hac de re diarium *officiale* (MONITEUR) audiamus (4 *frim. an* 10, 25 *nov.* 1801; *Par.* 3 *frim. p.* 251).

« Rien ne prouve mieux, inquit redactor optimè sensatus, la « puissance du travail sur les mœurs, que les deux faits suivans : « ils méritent, par leur importance, d'être publiés, parce qu'ils « sont propres à servir d'encouragement et d'exemple à tous ceux « qui, par sentiment ou par devoir, sont occupés du soin de soulager les malheureux.

Et quàm multi, Gallicâ *revolutione,* miseri!

« Les *Sourds-muets*, placés à l'institut du faubourg saint « Jacques, *étoient, il y a moins d'un an, encore tout à fait in-* « *dociles, indisciplinés, insensibles à tout moyen d'ordre, étran-* « *gers à toute idée de conservation; ils ne travailloient point.* « Aujourd'hui, qu'ils sont *imprimeurs, tailleurs, cordonniers,* « *tourneurs* ou *menuisiers,* ils sont *doux,* soigneux *de leur per-* « *sonne;* ils *ressemblent à tous les enfans disciplinés de longue* « *main;* et, ce qui est digne de remarque, la MORALITÉ, *que* « *l'instruction n'a pu leur donner, le travail l'a fait naître.*

« Les *quinze-vingts* étoient peut-être plus malheureux encore, « et certainement plus difficiles à porter au travail, dont les éloi-

Digitized by Google

« gnoient, et leur âge, et leur infirmité, et des préjugés anciens « et fortement enracinés.

« Une volonté ferme a lutté contre ces obstacles, et les a « surmontés : la *fabrique de draps*, dont on a déjà parlé dans « ce *journal*, a acquis assez de consistance et d'activité, pour « se charger de l'habillement des élèves du Prytanée-Français; « les draps qui ont été fournis en exécution des traités faits entre « les deux établissemens, sont beaux, de bonne qualité.

« C'est une idée tout à la fois morale et politique, que de « faire concourir deux établissemens publics au service l'un de « l'autre.

« A côté de cette fabrique de draps on en a placé une de tabac, « où beaucoup d'aveugles sont occupés aux divers travaux qu'exige « cette manufacture ; ils s'en acquittent aussi bien que des clair- « voyans.

« Depuis l'établissement de ces fabriques l'ordre règne dans « la maison : tous ceux qui travaillent sont heureux ; et ceux « que les circonstances n'ont pas encore permis d'occuper, sol- « licitent de l'ouvrage.

« Ce qui a été possible aux *sourds-muets* et aux *quinze-vingts*, « le sera partout où on le voudra, de suite et avec constance ; et « partout on verra combien a raison l'écrivain qui a dit qu'il ne « faut s'occuper *ni du bonheur, ni même des vertus du peuple, « mais de son travail ;* et le peuple est de toutes les classes : au- « cun homme occupé à des choses utiles, n'est méchant ; au- « cun homme oisif n'est bon. »

Duo indè maximi momenti elici possunt.

1.° Tantoperè decantata *surdo-mutorum* nova institutio, haud multum fructûs et utilitatis generaliter attulit, cùm, in tyronum animis, *è sensibus solummodò*, fortiter commotis organis, petita

Digitized by Google

instructio, nec *ordinis, disciplinæ, docilitatis* studium et amorem, nec *moralitatem,* quæ verum rationis usûs indicium est, produxerit.

2.° Anteà in iisdem *surdo-mutis,* cùm hominibus opificiorum exercitio, præsertim terræ culturâ, et rei agrestis, quæ usu edocebatur, notitiâ, tùm in feminis, acu perfectis operibus, in utrisque ejusdem sexûs, simul habitantium, laborantium consortio et exemplo, corpore crescente, passionibus ortis, agentibus, animâ per se, vel sensibilium impressione, etiam in suos actus, suas cogitationes reflectione, sese quasi explicante, nativæ hominis ideæ de Deo, bono et malo, expromebantur, novæ ad res materiales aut spirituales, uti ex eorum externo habitu, actionibus, ostensis affectibus, et in quibusdam acriore mente præditis, è scripturâ cognosci poterat, excitabantur.

Proindè labore, usu, incommodi fugiendi, commodi adipiscendi curâ, ætate, cum similibus conversatione, licet mutâ, vel cæcâ, non metaphysicis doctorum inventionibus, rebus etiam spiritualibus informari *surdo-mutos* et *naturâ cæcos,* experientia *docet.*

Pag. 389, *lin.* 13 : *Brahti,* quòd magna mensura est.

Samskreticè, *bhratihi, agnânam,* vanitas, rerum nihilum.

Lin. 15-17 : et quatuor menses duarum tempestatum, quòd *Adzir,* lege : *adzer* (*ader*), et *dei,* et *bahman,* et *esfendar* sit. (*O tschar mah dou fessel ke âdzer o dei o bahman o esfendar baschad.*)

Quatuor tempestates anni nominatæ sunt (*p.* 388) ; *ver, æstas, pluviæ, hiems,* quæque duorum mensium. Quatuor menses supersunt, scilicet, duo posteriores *hiemis* (*T.* 1, *Annotat. p.* 611); et duo *pruinæ ;* qui quidem duas tempestates reverà complectuntur.

At verò, quorsùm hîc mensium Persicorum veterum nomina? *P.* 388, *ver,* nomine Indico *sanbat,* designatum est, et quidem

Digitized by Google

quatuor *Persici* menses, anno finem imponunt; at interpres (*Darah Schakoh*) Mohammedanus, si Indicas voces noluit, menses potiùs Arabicos, *ramazz (d)an schawal, dzulkaedeh, dzulheddjah,* hegirâ consecratos, quàm epoquæ *Yezdedjerdicæ,* vel *Djelaleæ,* debuit adhibere. Disparitatem, ubi de quatuor verbis, quodam modo technicis, agitur, in amanuensem rejicere, minimè criticum est.

Supponendum igitur quatuor illa mensium Persicorum nomina in *Samskretico* authographo lecta. Res in *Indiâ*, si *Oupnek'hat latinum* illùc pervenit (quod exopto), enodabitur.

Interim quasdam cogitationes proponam.

Samskreticam linguam, uti et Indicam relligionem, è septentrionalibus regionibus, *Kaschmiro, Tibeto,* locis *Gangis* fonti proximis, ortum ducere notum est. Indè multa in Persiæ et Indiæ idiomatibus, inprimis veteribus, *Zendico, Pehlvico, Samskretico,* similia. Partes Indiæ boreales, Persiæ orientalibus, contiguæ : et è prioribus, quotannis, commerciales turmæ (*caravanes*) in posteriores commigrant. Ipse, ad *Aurengabad* pergens, cœtui viatorum interfui, qui è locis *Goæ* proximis, merces, boum dorso impositas, ad provinciam *tẽ Decan*, et etiam, ad septentrionales Indiæ oras [1] deferebant. È *Candahar* in *Indiam* brevis et perpetuus, cùm bellatorum, tùm negotiatorum est et semper fuit commeatus : nihil mirum ergò, vetera Persicorum mensium nomina, et plurima alia ex Occidente vocabula, in *Samskreticis* libris inveniri. Omnium linguarum eadem, plus aut minus remota origo; quod docti et critici orbis antiquitatum inquisitoris studium debet excitare.

Dico, *critici,* non, ut eruditus at leviter de omnibus disserens *Sir W.* Jones, qui *Judaicæ* Afghnoarum origini libenter fidem

1. *Zend-Avesta, T.* 1, 1.re *part. p. CCXXII.*

Digitized by Google

præbet [1], nec Persicam linguam, licet corruptam, in eorum sermone agnoscit. Imò « the *Pushto*, language, inquit, of which « I am seen a dictionary, has a manifest ressemblance to the « *Chaldaic.* »

Afghani linguam suam *pukhto*, id est (*Persicè*), *coctam, rectam, perfectam*, nuncupant; *pushto* [2], *corium crudum, non paratum*, vel *humile, abjectum*, est cavillatio *Persica.*

Tò *Pokhto* à Persico, nisi montanâ quadam barbarie ad *Indoustanum* vergente, non differre, statim deprehendet exteris sermonibus assuetus.

Quartam phrasim à D. *Vansittart* allatam hîc tantùm dabo [3].

Aï mirza keda khoui behteri navi
Da sayed tafavat seh daï leh bamehnah

Puriore dialecto : *Aï mirza keh dar khoi behteri nisti*
Dar sayed tafavat tscheh dak be baman.

O Mirza, quòd (*si*) *in indole* (*habitu*) *melius non est* (vel, *non es*),
In sayed differentia quæ in Brahmane?

If the disposition be not good, o Mirza,
What difference is there between a sayed and a Brahman?

Longè aliud de duobus Academiæ *Calcuttanæ* sociis, nempè DD. SAMUEL DAVIS et FRANCIS WILFORD, ferendum judicium. Prioris Dissertationem sat profundam [4], *Of the astronomical computations by the Indus*, in quâ remotissima Indicæ chronologiæ

1. *Asiat. Research. T.* 2, *N.° IV.* HENR. VANSITTART, *The descent of the Afghans from the Jews, p.* 69-74. *Note of the president, p.* 76.

2. „ Their language, juxtà D. *Vansittart*, is called by them *pukhto;* but this word „ is softened, in *Persian*, in *pushto. Ibid. p.* 67. "

3. *Pushto. Ibid. p.* 75.

4. *Asiatic. Research. T.* 2, *p.* 225-287.

Digitized by Google

elementa, principia inveniet; posterioris opus [1], *Of the chronology of the Indus*, ubi quod spectat præsertim ad antè-diluvianorum seu primorum hominum seriem, et præcipua loca antiquitùs ad *Gangem* et vicinos fluvios, rivos, secundùm *Græcos*, *Latinos* et *Indos*, invicem comparatos, sita, ingeniosè tractatur; Asiaticarum rerum peritus, etiam non approbatis omnibus ethymologiis, nec non citatorum, translatorum operum auctoritate, aut antiquitate, cum fructu et non injucundè perleget.

Pag. 389, *lin.* 19, 20, 21, 23: *Pranou* .... quòd prius à cogitatione et mortificatione τῦ *Brahma* (*az feker o riazzat Brahma* .... (*apparentia fuerunt*).

Pranou, *Oum*, quod unum *aïet* est, *Brahm* ipse, priùs a *Brahma*, verbum divinum, æternum, quamvis verbum τῦ *Brahm*, quod originem quamdam includit, semen τῶν *Beid.*

Ibid. lin. 24; *pag.* 390, *lin.* 19, 20; *pag.* 391, *lin.* 4: Et *pranou* hujusmodi res est .... in initio omnium actionum dictum fiat, et in perfectione (*fine*) cujusvis actionis etiam dictum fiat (*dar eptedhaï hameh karha gofteh mischavad o dar atmam hameh karha ham gofteh mischavad*) .... obtinet (*obtinebit*).

Necessitas, tempus τῦ *Oum* pronunciandi, efficacitas istius pronunciationis; magni illius nominis natura.

Veneranda antiquæ devotionis sanctio (*in initio*, in *fine* cujusvis actionis etc.). *Omnia* in nomine Entis supremi incipere, perficere, cùm *omnia*, in naturâ, ab eo incipiant, per id subsistant, in id resolvantur, homo ipsum illud sit, ab eo nunquàm separatus esse debeat, reverà sit, cuncta ejus auspicio, protectione, sacri nominis pronunciatione acquisitâ, peragi, rationi æquè ac relligioni consentaneum.

Verùm, in Europâ, hæc humilis et attenta Creatoris, cuncta

1. *Ibid. T.* 5, *p.* 241-295.

Digitized by Google

nutu moderantis, infatigabili oculo inspicientis, veneratio, servitus repellenda, fanatismus *liberis* ingeniis videbitur. *Materialistas* nihil præter sensus, eorum objecta, ventrem, pensitantes, eò dementiæ devenire mirum non est. Novi *Titanes* Deum ipsum è cælo dejicere, si vis suppeteret, tentarent. At cùm Gallos Ens supremum è politicarum rerum administratione, quasi Ens inutile, otiosum, imò nocens, eliminare considerat, hæret mens stupefacta.

N.° CLXIX.

Pag. 391, *lin.* 7 : *Soudha.*

Samskreticè, *soudhihi*, vir doctus, intelligens.

Lin. 11, 12, 13, 14 : *Oum* ... prius ab omni ... filius magnus (*primus*) ... dictum (*est*). *Peser kalan iaani az afridgar awel az hameh in kalmeh zzaher schod azindjehet peser kalan afridgar goft* (*ast*).

È *manuscripto* nationali desumptum : deest in meo *ms.* AEterna et primaria Verbi divini, filii Creatoris dicti, generatio, clariùs, lucidiùs exprimi non poterat.

Pag. 391, *lin.* 15; *pag.* 392, *lin.* 15 : Cum *τῷ pranou* dixerunt .... forma ipsum est.

Nova belli (*suprà, T. I, N.° V, p.* 16-21) bonorum Angelorum cum malis narratio. Priores *τὸ Oum* pronunciando victoriam obtinent; et eorum exemplo, quisquis *Oum*, nomen Dei, in quolibet opere adhibet, opus illud forma *τῦ Oum* fit, religiosi actûs homo pretium recipit.

N.° CLXX.

Lin. 18, 19; *pag.* 394, *lin.* 5 : principium hujus *kalmeh* quid est? .... appropriationem (*addictionem*) habet?

36 de nomine *Oum* quæstiones, sigillatim propositæ, et curioso modo solutæ.

Digitized by Google

Pag. 393, *lin.* 26 : *Beid khanon ;* lege : *Beid khanan.*

Pag. 394, *lin.* 8, 9, 11 : Principium ejus, *ab* (*aqua*) est .... *av* .... nutritionis.

Suprà (N.° CLXVIII, *p.* 385), à nominis *Oum* figurâ primâ, *Brahma* aquam scivit.

Samskreticè, *ava*, adverbium perfectionis, per : *ava bhutih*, bonus status.

1.° Agitur de *av*, *aou*, prima *verbi Oum* figura.

Significatio ex aquâ (*ab*) desumpta, sensui *p.* 385 indicato, magis convenit.

In margine, pone notam juxtà *principium*, *lin.* 8, 2 *lin.* inferiùs.

2.° *Lin.* 17, 18, 19, 20 : si unam litteram .... si omnes litteras .... sensus superveniat.

Vox, tota, integra, vel una littera pronuncietur, idem erit sensus.

3.° *lin.* 21, 23 : quamlibet litteram .... in *tō pranou* ingreditur.

Id est, sive vocabulo *Oum* littera præponatur, aut postponatur, *Oum* simpliciter pronunciatur; istâ litterâ cum propriâ significatione in *Oum* (ejus sensui aliquid addendo, ut cum *h* præfixo *Oum* magnum) ingressâ. *Pag.* 393, *lin.* 5-7.

4.° *Pag.* 394, *lin. penult. ultimâ :* Et è pronunciatione .... mutatione non est.

Similiter in *ms.* nationali. *Oum*, *lin.* 2, *p.* 395, *et cum masculino* (*genere*) etc. jungendum. Sensus erit : nec pronunciando, sive masculinum, sive femininum efferatur, indè oritur mutatio; tria genera pariter, per pronunciationem, vel adjectiva, voci *Oum* possunt addici.

5.° *Pag.* 395, *lin.* 1 : Id altâ (*voce*) pronunciant.

Transpositione, *pag.* 396, *lin.* 3, respondetur.

Digitized by Google

6.° *Pag.* 395, *lin.* 5 : Id etiam omne ....

Scilicet, singulariter, pluraliter, dualiter (per *omne*), articulo, vel adjectivo, emissum idem semper sensum habet.

7.°-12.° *Lin.* 6-12 : Id, ... dixit.

Septem quæstionibus affirmativè respondetur.

14.° *Lin.* 13 : Relatio.

Nempè, quamlibet rem *ॐ Oum* adjungant, nomen unum et idem, sicut et virtus, influxus.

15.° *Lin.* 14, 15 : Et è mutatione .... *ॅ aleph.*

Suprà, *p.* 394, uberior data explicatio.

16.° *Lin.* 16 : Et è mutatione *ॅ b.*

Vide loco citato.

17.° *Lin.* 18 : Et ex his duobus ....

Indè *Oum* quasi conflatum, trium litterarum vi efficaciâ pollens.

18.° *Lin.* 19 : Et *matraï* ejus tria.

Tria *matra*, tres litteræ.

19.° *Lin.* 20 : Et id cum tribus *mad.*

Hîc clarè à *matra*, litterâ, syllabâ, distinguitur *mad*, quod, ut *medda*, vocalem producit : tria *mad* erunt tria tempora pronunciatione expressa : quod *ॅ mad* proprium *ॅ matra* minùs rectè tribuit eruditus HALHED [1].

20.° *Lin.* 21 : *ॅ nim matraï* quartum .... cum (*sono*) nazali est.

Juxtà Samskreticam grammaticam, à Nath. *Halhed* citatam; « a consonant without a vowel has the *half matrang* (*mad*); » hîc sono nazali juncta; ut suprà, N.° CLXVIII, *p.* 388; *matraï* efficit.

21.° *Lin.* 22, 23, 24 : Cum hac ratione tria .... etc. fiat.

---

1. *A code of Gentoo laws. Pref. p.* XXIV, XXV; suprà, *p.* 652.

Digitized by Google

22.° Quæstio, *cum quâ re conjunctum* (*p.* 393, *lin.* 13), omissa. Responsio, ex *pag.* 400, erit : *aqua.*

23.°, 24.° *Lin.* 24, 26, 27, 28; Eductio ... duo locus (*loci*) .... guttur .... utrumque labium.

È gutture et labiis promit. Hæc duo emissionis *tẽ oum* loca et organa.

25.° *Lin. penultimâ; pag.* 396, *lin.* 1 : Et litteræ .... separatum est .... cum *tῳ̃* conjungere *tò djezm.*

Quæstioni, *litteræ quot,* respondetur : tres separatæ; nec signo *djezm* litteræ *mim* addito, sensus mutatur.

Pag. 396, *lin.* 3, 4, 5 : Et id demissâ (*voce*) ... mediâ ... altâ pronunciavit.

Quæstioni quintæ (*suprà, p.* 395, *lin.* 1) respondetur.

Lin. 6, 8 : Ei super unico, et assimilatione ... (... *dicere*).

Explicatur jam datum quæstioni sextæ (*p.* 395, *lin.* 5) responsum.

26.° *Lin.* 9; *p.* 397, *lin.* 5 : Et magni .... pronunciavit.

Quæstioni, *et modus tẽ enunciare* .... et facientes discere ... (*p.* 393, *lin.* 15), satis plenè et lucidè respondetur.

Lin. 14, 15 : in regno *tẽ Kanoudj,* doctus .... (*facundus*) *Anheh.*

Antiquis istis temporibus, in urbe *Kanoudj,* facundum quemdam virum rectæ nominis *Oum* pronunciationi studuisse, cùm res ad relligionem pertineat, et in duobus mundis tanta indè veniant emolumenta, nihil mirum.

Lin. 21, mali; *lege :* malè.

Ibid. lin. 25; *pag.* 397, *lin.* 5 : hæ sex novæ res .... (*pronunciare*).

Sex novæ illæ pronunciationis nominis *Oum* conditiones sunt : 1.° è locis indicatis suprà, egrediatur; 2.° in operibus initio, fine emittatur; 3.° juxtà grammaticæ leges; 4.° mensuris, *matraï, mad*

Digitized by Google

et significatione cognitis ; 5.° simul ut statutis operum temporibus ; 6.° non perfunctoriè, sed ut debitum officium hoc opus exequendo.

In margine, pone *notam*, à latere vocabuli *pronunciatio*.

Pag. 397, *lin.* 1 : tempora, sit ; *lege* : tempora operum, sit.

27.° *Lin.* 6, 7 : Et mensura ejus, *τὸ kaïtri*.

Mensura, unâ voce *Oum* quandoque constans.

28.° *Lin.* 8 : Et color *τῦ pranou* album est.

Album, à puritate.

29.° *Lin.* 9, 24, 25 ; Modus operum ... in principio ... Et *Oum*.

Modi, quo *Oum* pronunciari debet, pars data est (*p.* 396, *lin.* 9, 10 *etc.*) ; hîc, in quibus operibus, nempè relligiosis officiis, sacris lectionibus, quæ sunt *manthraï*, *kalmeha*, *Brahmen* et ipsa *Beid*, ut dicitur *p.* 399, *lin.* 2 *etc.* ; voces quæ suprà (*N.° CLXVIII*, *p.* 388, 389), nomen primum, 2.um, 3.um, 4.um *τῦ kalmeh* unificationis, hoc ipsum *kalmeh* appellantur, unum *aïet* efficientes ; hoc omne hîc indicatur.

30.° Quæstioni, caput *τῦ pranou*, *quodnam* (*pag.* 393, *lin.* 19), respondetur, *N.° CLXXI*, *p.* 410 : nimirùm, duo capita habet, *alef* ac *vau* (*aou*), et *mim* nazale.

31.°-36.° Quæstionibus (*p.* 393, *lin.* 20-*ultimâ*), *numerus τῦ Oum pronunciare* etc, ; *explicatio ejus in quonam kessah* etc. ; *Beid in quânam litterâ ejus* etc. ; *propter quid in principio omnium actionum ; pronunciant ; o mokel ejus* etc. ; *hora bona* ... etc. *propter τὸ legere* .... (*quænam*) : *pag.* 399-400 responsum datur.

Pro viribus, quæstionibus responsiones aptare conatus sum. Si non omnia optimè concordant, sum quidem in culpâ ; verùm antiquorum Indiæ librorum formæ, genio aliquid etiam tribuen-

Digitized by Google

dum : in iis, plerumquè didacticus ordo nullus ; saltem frequenter turbidus. Hariolandi quandoque necessitas, ut in veteribus aliarum gentium monumentis, excusationem pariat. Unum quid addam. Quoties Indicus liber in manum incidit, ubi presso ratiocinationis, argumentationis serieï congruo ordine materia tractatur, eum recentioris auctoris fœtum tutè dixeris. Cui si attenderent *Calcuttani* Academici, Samskreticis operibus antiquitatis, etiam remotissimæ, larvam minùs facilè imponerent.

Pag. 398, *lin.* 1, 2 : Post à τῷ transire τὸ *Sat djak Teria. Douapar* ... quòd (*djak*) tertium est, plures è τοῖς *rek'heschiran.* (*Baad az goudzaschtan sat djak o teria dar eptedaï duapar ke djak seyoum ast baasi aẓ rek'heschiran.*)

De quatuor Djak (*djog, Yougams*) *Indorum.*

In Historicis et geographicis de Indiâ Disquisitionibus (1 *part.* [1786], *p.* XVIII) Τὸ *Oupnek'hat* dixi τῆ *kal yougam* vel trium aliorum *yougam* nullibi mentionem facere. Hoc rectè, de *Kali yougam ;* de tribus prioribus, partim verum : immensus autem annorum numerus quo constant tres periodi, in *Oupnek'hat,* nullo loco memoratur. Per tria illa *djak,* tria diei *djak* (eodem modo scribitur), seu *korban,* sacrificia intellexi, quorum tertium esset *Douapar, dou p'her,* meridianum. Infrà (N.° CLXXI, *p.* 407), *korbani* τῆ *dou p'her* (*dar vakt korban dou p'her*), et eo tempore τῶν *rek'heschiran, mokelan* congressûs mentio fit ; de *korban* matutino, quod *sat djak* erit, *p.* 403; de *korban* τῆ vesperè (*dar vakt korban scham*), *p.* 408. Mirum autem, si de longissimis Indorum periodis agitur, simpliciter dici *post ;* scilicet : *post transactos, primùm* 1,728,000, *tùm* 1,296,000 *annos, initio* 864,000 *annorum periodi,* plures Indi sapientes, alium celebriorem, dubiorum de lege solvendorum causâ adierint. *Sat djak*

Digitized by Google

noctis ultimo *p'her* [1], primo manè, supposito; *tretia djak* diei primo *p'her*, tertiâ diei horâ; *douapar*, sextâ, meridie, *dou p'her; kal djak* erit horâ tertiâ vel sextâ, vesperè, tertio *p'her.*

Si de temporum periodis in *Oupnek'hat* quæstio est, notæ quatuor celebres apud antiquos ætates; *auri, argenti, æris* et *plumbi. Sat djak*, purum, vel *crita, factum perfectum* (in BALDÆO, *lib. cit. p.* 473 KARTESINGH) [2], primorum parentum antè peccatum, *auream* ætatem; *Trita*, hominum indè ad Diluvium, *argenteam; Douapar, æream*, circà famosam illam certissimis et antiquissimis monumentis confirmatam epocham [3]; tandem *Kaliougam*, nigrum, *yougam, plumbeam* vel *ferream* ætatem, indè à diluvii temporibus, satis aptè referet: quod cum successivâ super terram, virtutis, sanctitatis inter homines diminutione [4], et vaccæ primò quatuor pedibus, deindè tribus, duobus, postremùm uno fultæ allegoriâ apprimè convenit.

Observandum, 1.° antè *Dwapar yougam* Indos doctores de rectâ nominis *Oum* pronunciatione, librorum *Beid* lectione (*p.* 398, *lin.* 10) nihil præcepisse, saltem scripto mandasse: undè hoc relligionis debito perperàm aut non ritè soluto, nullâ Indo merces erat expectanda. Per partes ergò et successivè Indicæ doctrinæ capita etiam maximi momenti, tradita; nec è praxi quæ in Indiâ diutiùs viguisse, è dogmate vel scientiâ quæ antiqua perhibentur, ea semper et ab initio extitisse, concludendum: quod de periodis *Yougam* nuncupatis, quod ad longam annorum seriem quæ complectuntur, merito dici potest.

---

1. *Asiat. Research. T.* 5, *account of the Hindustano Heerometry, by* JOHN GILCHRIST, esq. *p.* 82.

2. D. MAURICE; *Hist or. of Hindost. p.* 359.

3. *Recherch. hist. orig. etc. p. XXXI.*

4. *Ibid. p. XXII.*

Digitized by Google

2.° Cuncta Indicæ relligionis agentia, *Brahma* ipsa, *Beschn, Roudr, Haranguerbehah, Pradjapat,* cœli et terræ *Mokelan*, præfecti, allegorico sensu sumi debere in *Oupnek'hat* pluries et clarè declaratum est. Quare de quatuor *djak,* ut periodis idem sentire non liceret? In MAHABARAT, 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 615 *verso; Sat djak,* id est, tempus boni puri. ID. 1 *Porb. fol.* 55 *verso;* in eo animalia non occiduntur. ID. 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 564 *verso;* semper *sat tschak* foret, si homines viam scientiæ sequerentur. ID. *fol.* 573 *verso;* eo sensu, *sat djak* generaliter tempus est, quo homines relligionis et moralis scientiâ præditi, ad eam vitam et actus componunt. Tres aliæ periodi, *treta, douapar, kaliougam* (*djak*), simili modo, nimirùm ratione ad virtutum vel vitiorum regnum, intelligi queunt [1].

Verùm dato, non concesso, quatuor Indorum *djak* veras esse temporum periodos, licet fictitias, quemadmodùm SCALIGERI periodum *Julianam*, eorum elementa, confectionem inquirere, ingenio Asiaticis opinionibus et scientiis assueto haud indignum videbitur.

Super hac materiâ, in opere citato, sententiam meam exposui [2]; eam paucis hîc iterùm dabo. Indos ab occidentalibus astronomicam [3] suæ chronologiæ summam, 4,320,000 annos, accepisse

---

1. Eamdem ideam præbent τῶ *Menou* instituta, Anglico sermone à celeb. JONES reddita.

301. All the ages, inquit redactor Indus BHRIGOU, called *Satya*, *Treta*, *Dwapara*, and *Cali*, depend on the conduct of the king, who is declared *niturn* to represent each of those ages.

302. Sleeping, he is the *cali* age; waking, the *dwapara*; exerting himself in action, the *tréta*; living virtuously, the *satya*.

THE LAWS OF MENU, SON OF BRAHMA; ch. 9, in the *Jon'es works*, T. 3, *p.* 177.

2. *Recherch. historiq. etc. p. XIX - XXII, XXVIII, XXXI, LVII.*

3. Celebria sunt apud Indos, et nota Europæis illustris *Jessingh*, *Rajah* τῶ *Ambhere*, sive *Djennagar*, exterorum, etiam *Europæorum* (DELAHIRE *Tabulis*) labore,

Digitized by Google

autumo ; cujus radix, 24,000 an. revolutio fixorum, per annum 360 dierum multiplicata, = 8,640,000 an., qui quidem, per 2 divisi, tempore quo calculum Indi adoptarunt, post nonum sæculum, seu itineris *Khalifæ Motawarkel* ad Damas (hegiræ, 243, Christi, 858), quo tempore à primo *arietis* cum mundi initio progressu, astronomicè 4,320,000 annos numerant, τῆ *Brahma* anni, et diei, simul et maximi anni cœlestis, 360 diebus, quolibet .24000 annorum constantis, medietate elapsâ, dant 4,320,000 annos. Hac summâ, in quatuor partes, juxtà quatuor *djak, yougams*, divisâ, à *Kalioujam* diluvii epochæ circiter respondente, cui Khalifæ *Motawarkel* itineris annum affixerant, usque ad primum *yougam, sat djak*, ordine retrogrado, cuilibet *yougam*, tempus postremi *kalioujam*, scilicet, 432,000 annos addendo, totum 4,320,000 annos astronomi et chronologi Indi, Arabum et Persarum hæredes, composuerunt. Hujusmodi *progressionis* explicatio et probatio in libro laudato videri possunt.

Quid quid sit, nono sæculo, quo ALBUMASAR scribebat, quatuor prædictas periodos, nundùm Indos effinxisse, è silentio celebris illius astronomi, qui temporis spatium à mundi initio ad diluvium, juxtà Indos, tradit, ut anno 1786 [1] dicebam, rectè concludi potest.

Angli, rerum summâ, à 40 annis, in Indiâ potiti, et locorum, ubi simul excoluntur cùm prætiosi regionis fructus tùm Brahmanum scientiæ, domini, nihil planum, nihil quod menti paululùm difficili arrideat, hac de re suppeditant.

---

adjuta, ineunte sæculo 18.° (1729), astronomica tentamina. Vide *Asiatick Research. T.* 5, *some account of the astronomical labours of* JAYASINHA, *Rajah of* AMBHERE, seu JAYANAGAR; by *Will.* HUNTER; *p.* 177-211, 181-183, 187, 188, 196, 205-209.

1. *Lib. cit. p.* XX.

Digitized by Google

In *Bagwatgeeta* (*p.* 143), *τῶν djog* generaliter mentio fit, nulla autem annorum quibus constant. « They who are acquainted « with day and night, inquit *Krischna*, know that the day of « *Brahma* is of a thousand revolutions of the *yoogs*, and that « his night extendeth for one thousand more. »

Locum explicans *Charl.* WILKINS [1], « A thousand revolutions « of the *yoogs*, inquit, is equal to 4,320,000 years. An ingenious « mathematician, who is now in India (verisimiliter M. DAVIS), « supposes that these *yoogs* are nothing more than astronomical « periods formed from the coincidence of certain cycles, of which « those of the precision of the equinoxes, and the moon, are « two. The word *yoog*, which signifies a *juncture* or *joining*, « gives good ground for such hypothesis. »

Nulla quatuor *djog* explicatio in *τῆ Code of Gentoo law* præfatione, ubi (*p. XXXVI, XXXVII*) NATH. BRASS. HALHED, annos cujusque *yoog* suo modo refert, librorum in primâ et secundâ periodo compositorum mentionem facit; incerta (*p. XXXIX, XL*), dubia se conciliare, difficilia, ardua, nihil autem quod in Indorum chronologiam lucem spargat, offerendo, arbitratur.

« Though we may come, inquit eruditus at juvenis viator (deinceps « ad *fanatismum* versus. *Prophet. de Brothers* [*tr. Fr.* 1796, *p.* 184]; « *p. XXXVI*), to the perusal of their (*Indorum* et *Sinarum*) records, « armed with every argument, and fortified even to prejudice against « the admission of their pretension (an antiquity infinitely more re- « mote than is authorised by the belief of the rest of mankind), at the « same time, placing the utmost implicit reliance upon the Mosaic « chronology, as generally received; yet their plausible accounts

1. BAGVATGEETA, *lect. VIII*, *p.* 75 (*tr. fr. p.* 85).
2. *Ibid. p.* 142, 143 (*tr. fr. p.* 158, 159).

Digitized by Google

« of those remote ages, and their undeviating confidence in their « own assertions, never can fell to make some impression upon « us, in proportion as we gain a clearer insight to them. »

Re attentiùs consideratâ, auctor sententiam mutavit; quod ejus nomine expressè declarat *Th.* MAURICE, his verbis [1]: « it is by « his immediat request that I announce to the public his altered « sentiments on this point. »

Laudandum profectò, et rarissimum in philosophico sæculo, scriptoris novarum opinionum turbine abrepti, et, postquàm ad saniorem mentem rediit, errorem publicè confitentis, exemplum.

Loquarne de *William* ROBERTSON *Historical disquisition concerning ancient Indiâ* (1791)? Varias quatuor *djog* supputandi rationes affert doctor Anglus; at quâ diligentiâ?

« The duration, inquit, of the *collee yogue* he (*Abr.* ROGER) « does not specifie ... BERNIER, concerning the period of the *col-* « *lee yogue,* like-wise (as ROGER) is silent [2]. »

Abraham ROGER nullam omninò τῆς *kal djogue* mentionem facit : et hæc sunt Gallici viatoris verba : « [3] Le quatrième, qui « s'appelle *kale djogue,* est de je ne sais combien de *lecques* (cent « ans); les trois premiers, ajoutent-ils, et beaucoup du 4.e, sont « écoulés. »

Similiter, de *Colonel* Dow [4]: « according to which the *suttee*

1. *History of Hindostan etc. T. I, ch. 2, p. 89.*

2. *An historical disquisition concerning the knowledge which the ancient had of* INDIA, *with an appendix containing observations on the civil policy,* etc. *the laws and judicial proceedings, the arts, the sciences and religious institutions of* INDIANS, *by* WILLIAM ROBERTSON, D.D. F. R. S. Ed. Princip. of the university, and historiographer to his Majesty for Scotland (1791). *Append. not. X, p. 361.*

3. *Voyag. T. 2, p. 160.*

4. 2.e *édit* (1770), *T. 1, p. 2.*

Digitized by Google

« *yogue* is a period of fourteen millions of years ; the *tirtah yogue*, « one million eighty thousand ; the *dwapaar yogue*, seventy two « thousand , and the *collee yogue* thirty six thousand years. *Histor.* « *of Hindost. vol.* 1, *p.* 2. »

Hæc habet *Colonel* Dow, *libr. citato* : « The Indians divide the « age of the world into four grand periods, each of which con- « sits of an incredible number of years. The last of these, called « the Cal periode, comprehends thirty thousand years ; near five « thousand of which have already elapsed. The *Brahmines* « relate many fictions concerning the former three ; but their « authentic accounts extent no further than the commencement « of the Cal period. »

Utrùm D. *Robertson* epitome è primâ viatoris Angli editione desumpta sit, haud scio.

In *ms.* meo τῦ *Tarikh Fereschtah* ab *Alex.* Dow Anglicè editi, hæc leguntur (*fol.* 5 *recto*) : ***Moddat sat djog hafdeh lak o bist hazar sal motaaref ast .... tretia djog douazdeh lak o navad o schasch hazar sal motaaref ast .... douapar djog .... hascht lak o schast o tschahar hazar sal motadavel ast ... kal djog tschahar lak o si o dou hazar sal motaaref ast.***

In alio ejusdem historiæ exemplari *ms.* (*fol.* 6 *recto*), quod ad me misit amicus meus eruditissimus et veritatis amantissimus Indiæ historiographus, D. Ormes (terrenasne an cœlestes auras spirat?), eadem præcisè : verùm *hascht, octo* post *bist* (28) in *sat djog* addito ; quod rectius.

Ista supputatio ea est, quam in *Recherches historiques* etc. (*p. XXI*) obtuli, quæque generaliter in Academiæ *Calcuttanæ* commentariis reperitur [1] ; nec eam propriè à Bernieri calculo dif-

1. Asiatick Research. T. 2. Sir Will. Jones ; *On the chronology of the Hindus, p.*

Digitized by Google

ferre lector criticus fatebitur : « Sa durée (*du monde*), disent-ils, « referente celeb. viatore (*lib. cit. p.* 160), est de quatre *dgugue* : « un *dgugue* est un certain nombre déterminé d'années, comme « nous dirions un siècle, avec cette différence qu'un siècle n'est com- « posé que de cent ans, et que leur *dgugue* est composé de cent « *lecques*, c'est-à-dire, de cent fois cent mille ans. Il ne me « souvient pas précisément du nombre total des années de cha- « que *dgugue* ; mais je sais bien que le premier, qui s'appelle « *sate-dgugue*, est de *vingt-cinq lecques* d'années ;

Memoriæ lapsu (*il ne me souvient pas précisément*, inquit) 25 *lak*, 17 loco posuerit accuratus alioqui viator ? vel amanuensis errore 25 irrepserit ?

« que le second, qui s'appelle *trita*, est de plus de 12 *lecques* ; « le troisième, qui s'appelle *duaper*, est de *huit lecques et soi- « xante et quatre mille années*, si j'ai bonne mémoire ; et qu'ainsi « le 4.e, qui s'appelle *kale dgugue*, est de je ne sais combien « de *lecques*. Les trois premiers, ajoutent-ils, et beaucoup du « 4.e, sont écoulés, de sorte que le monde ne durera point tant « qu'il a fait, parce qu'il doit périr à la fin du quatrième, toutes « choses retournant à leurs premiers principes. Je les fis chiffrer « et rechiffrer, pour avoir au vrai l'âge du monde, mais comme « je vis que cela les embarrassoit trop, et qu'ils ne convenoient « pas tous précisément du nombre des *lecques*,

Libros legere debebat eruditus philosophus, et non simpliciter quæstionibus Indos *Pandet*, quorum memoria in hac materiâ minùs tenax esse potuit, consulere :

112, 115. — Ibid. Davis ; *of the astronomic. computat. by the Hindus*, *p.* 231, 232, — *T.* 5, Bentley ; *Remarks on the principal æras and dates of the ancient Indus*, *p.* 316, 317.

Digitized by Google

« je me contenterai de vous dire qu'ils le font (*le monde*) étran-
« gement vieux. »

Eumdem annorum numerum præbet Gallica P. BESCHI Grammaticæ Tamulicæ versio (*ms. meo pag.* 99). Vide et BALDÆUM (*libr. cit. Abgötterey, p.* 472), et LE GENTIL (*Voyage, T. I, pag.* 234).

Solus ergò HALHED, à generali in duabus oris et Bengalâ, toto Indoustano, acceptâ quatuor *djog* supputandi ratione (quâ authoritate?) differre, quatuor Indorum *djog*, 7,600,000 annos comprehendere, id est, ferè duplò magis quàm fert opinio communis, asserendo[1], invenitur.

Proindè minùs rectè concludit D. ROBERTSON (*p.* 362): « From
« this discrepancy not only of the total number, but of many of
« the other articles in the different accounts, it is manifest that
« our information concerning Indian chronology is hitherto as
« incertain as the whole system of it is wild and fabulous. To me
« it appears highly probable, that, when we understand more
« thoroughly the principles upon which the fictitious æras or *yogues*
« of the Hindoos have been formed, we may be more able
« to reconcile their chronology to the true mode of computing
« time, founded on the authority of the old testament; and may
« likewise find reason to conclude, that the account given by
« their astronomers of the situation of the heavenly bodies in the
« beginning of the *collee yogue*, is not established by actual obser-
« vation, but the result of the retrospective calculation. »

Hoc indicabam in 1786, libro jam citato[2]. Vera Indorum chronologia è familiarum serie et regnorum numero, non ex æris ab

1. *A code of the Gentoo laws, pref. p.* XXXVI, XXXVII.
2. *Recherches historiq. etc. p.* XXI.

Digitized by Google

eorum scriptoribus recentioribus venditatis, et quæ forsitan duodecimum aut undecimum æræ Christianæ sæculum non præcedunt, est sumenda.

Si D. ROBERTSON (cùm ipse, *p.* 364, P. TIEFFENTHALER citet à D. BERNOULLI editum, *T. I, p.* 316, 347) epistolam *T.* 2 1 *part.* initio insertam attentè legere dignatus esset, quatuor *djog* clavim, originem, efformationem, progressionis modum ex Arabibus et Persis in Indiam asportatam, facilè invenisset; si tamen indè *of the retrospective calculation* ideam (*p.* 362) non hausit, aut saltem ex sequenti D. LE GENTIL textu, cujus nullam facit mentionem. « Le maître que j'avois, inquit viator academico-astronomus [1], me les (les quatre âges) rappelant souvent, « en faveur du système des Indiens sur leur antiquité, je me rappelai de mon côté, que, dans les calculs que j'avois faits sous « ses yeux, il m'avoit fait supposer un mouvement dans les « étoiles de 54″ par an. Je soupçonnai dès-lors que tous ces âges « pouvoient bien être certain nombre des révolutions de l'équinoxe. Je ne fus pas long-temps à m'en assurer. Je trouvai « donc devant mon maître, que les quatre âges de la durée du « monde, dont les Indiens se vantent avec tant d'emphase, ne « sont que des périodes astronomiques, qu'on peut faire remonter à l'infini: car, sitôt que les *Brahmes* supposent la précession « des équinoxes de 54″ par an, la révolution du ciel entier sera « de 24000 ans: or les âges rapportés ci-dessus sont tous divisibles par 24,000; d'où il suit que ce sont autant de périodes « du mouvement des étoiles en longitude. »

En inventionis initium. Cœli, fixarum revolutio, 24,000 annis, per 360 dies, seu annum solarem multiplicata, magnum mundi revolutionis annum, 8,000,000 annorum; cujus media pars in

1. *Voyag. T.* 1, *p.* 336 (1779).

Digitized by Google

quatuor periodos divisa, ultimâ, successim, retrò ascendendo, aliarum radice : hæc omnia ab Occidente, haud remotâ epochâ, accepta, et dogmati mythologico, τῆ *Brahma* annorum, vitæ, accommodata; talis est, ut jam dixi, quatuor magnorum Indiæ cyclorum origo.

Hac de materiâ D. *Maurice* librum (*History of Hindostan, T.* 1; 1795) legere supervacaneum : eruditum opus, pio animo, tuendæ Mosaicæ supputationis causâ, compositum; in quo plura Indicæ mythologiæ capita, acri, solerti ingenio, verbi gratiâ τῆ VISCHNOU incarnationes, τῆ CHRISNA actiones explicantur; verùm, ubi, nimis probando, de primi hominis lapsu, diversæ solis et lunæ sobolis ad Patriarcharum seriem ratione, dictarum *Vischnou incarnationum* tempore, etc. morosus et criticus lector auctorem religiosum nihil probare deprehendet. Eòdem sæpè numerò redeunt, quibus nihil novi præ se fert, ejus super quatuor *djog* cogitationes; ità ut potiùs conceptuum et authoritatum, inprimis Anglicanarum, non semper satis libratarum, collectio, quàm optato ordine digesta docti *Maurice* compositio, magni tamen facienda, dicenda sit.

1.° *Libr. cit. p.* 88 : quatuor ætates Indicas, juxtà D. JONES (*Asiatic. Research*), 4,320,000 annos complectentes, præbet doctus Anglus, immensam istam temporum seriem, ut apud Chaldæos et AEgyptios è *superstitione* et astronomiâ ortam asserens (*ibid. p.* 91-96-101); verùm nihil omninò de periodorum istarum occasione, elementis.

2.° When we bring, inquit (*libr. cit. p.* 371, 372, 373-378), « the *Jugs* to the test of reason and the standard of historical « verity, and when we compare them with the received traditions « of other nations, concerning the early history of the human « species, in the mind that daily attends to all the parallel cir-

Digitized by Google

« cumstances of the case, there can arise little doubt, but that « by the SATYA age, or age of perfection, the *Brahmens* obscu- « rily allude to the state of perfection and happiness enjoyed by « man in paradise. It is impossible to explain what the Indian « writers assert concerning the universal parity of manners, and « the luxurious and unbounded plenty prevailing in that primi- « tive æra, without this supposition ... According to the *Brah- « mens,* during the *Satya,* or golden age, the supreme WESCH- « NOU himself descended at *four* different periods : during the « second, *treta,* or silver age, the deity descended three times; « in the *duapar,* or copper age, the brazen age of the Greeks, « only twice; and in the present *cali,* or earthen age, of 432,000 « years duration, the iron age of the Greeks, earth is only to be « honoured once with his presence, when all the impious are to « be extirpated. »

Hæc omnia sapienter post Calcuttanos Academicos dicta. In eorum scriptis editis et edendis super hac materiâ magnam lucem hausuros se confidunt eruditi scriptores [1]. Ad ipsum ergò fontem ascendamus. *Bengalicas et Baharicas* regiones, tot naturæ donis ornatas, ditatas, novum in terrâ pro homine *paradisum*, invisere semper mihi gratum et amœnum. Climatis, inter 22 et 26.° lat. septent. soli feracis, moderatæ cœli temperiei, terræ et fluminum omnis generis productionum, *Gangis,* ipsius fœcundantis cursûs, interni et externi commercii, indigenarum mitis et hospitalis indolis, solertis ingenii, memor, Gallos ex opimis istis provinciis quasi extorres videns, ingemisco, novum DU PLEIX illos eò rursùs ducturum, et potenti ac firmo brachio stabiliturum, in animo quandòque versare amans. Nunc ad societatem *Calcuttanam.*

---

1. *Robertson, libro cit. p.* 360.

Digitized by Google

Princeps in acie *Sir Will.* JONES, at reverà inermis, quamvis, pro more, Samskreticorum auctorum agmine stipatus. Primò auctor eruditus quatuor Indicarum ætatum seu 12000 *annorum divinorum*, scilicet *unius* Deorum *ætatis*, quæ quidem centies repetita, unum τῦ *Brahma* diem efficit, et eodem modo unam noctem, deindè τῶν *manvantara*, è 12,000 divinis annis per 71 multiplicatis, constantium; et, cum alternatis mundorum creationibus et destructionibus, in immensum renovatorum, mentionem facit. Posteà,

« Such is, inquit [1], the arrangement of infinite time, which the « *Hindus* believe to have been revealed from heaven, and which « they generally understand in a litteral sense : it seems to have « intrinsic marks of being purely astronomical. But I will not « appropriate the observations of others, nor anticipate those « particularly which have been made by two or three of our « members, and which they will, I hope, communicate to the « society. »

Stans proposito, D. JONES aliorum tantùm opiniones et explicationes, inprimis D. *Paterson*, paucis tradit; nihil, præter D. LE GENTIL de 24,000 annis cogitationem (*p.* 115), quod divinæ Indorum ætatis elementa indicet, suppeditat, et ad antiquam eorum historicam chronologiam, diversarum solis et lunæ familiarum expositionem totum se confert. Hujus chronologiæ, quatuor *djogs* (ætates), ad tempora *ante-diluviana* et *post-diluviana*, epitomem, seu specimen comparativum præbet auctor sagax et eruditus (*p.* 147), in *tabulâ* sequenti, à *Menu* 1.° (ætate primâ), quem quidem τῷ *Adam* respondere supponit, ad usque *Nadirschah*, magnum Indiæ invasorem.

1. *Asiat. Research. T.* 2, *on the Chronol. the Hindus*, *p.* 113-116.

Digitized by Google

A CHRONOLOGICAL TABLE

According to one of the Hypotheses intimated in the precedent tract.

CHRISTIANS and MUSELMANNS.	HINDU.	*Years from* 1788 *of our æra.*
Adam,	*Menu* I, age I,	5794
Noah,	*Menu* II,	4737
Deluge,		4138
Nimrod,	*Hiranyacasipa*, age II,	4006
Bel,	*Bali*,	3892
Rama,	*Rama*, age III,	3817
Noah's death,		3787
	Pradyota,	2817
	Buddha, age IV,	2815
	Nanda,	2487
	Balin,	1937
	Vicramaditya,	1844
	Devapala,	1811
Christ,		1787
	Narayanpala,	1721
	Saca,	1709
Walid,		1080
Mahmud,		786
Chengiz (*Gengiskhan*),		548
Taimur,		391
Babur,		276
Nadirshah,		49.

Digitized by Google

Hac de materiâ nihil amplius in a *supplement* to the *Essay on Indian Chronology* (*p.* 389 etc.). Notanda solummodò observatio æquinoctiorum, quæ circiter 1181 antè æram Christianam facta supponitur, in antiquis *Sastras* servata (*p.* 393).

Liceat etiam cum docto Anglo dicere (*p.* 401): « Whatever be « the comparative antiquity of the *Hindu* scriptures, we may safely « conclude, that the *Mosaic* and *Indian* chronologies are perfectly « consistent; that *Menu*, son of *Brahma*, was the *Adima*, or « first created mortal, and consequently our *Adam;* that *Menu*, « child of the sun, was preserved with seven others in a *bahitra*, « or capacious ark, from an universal deluge, and must there- « fore be our *Nòah*, etc. »

Pretiosum hominis minimè creduli testimonium. « Attached « to no systeme, inquit D. JONES, commentationis suæ initio « (*p.* 111), and as much disposed to reject the *Mosaic* history, if « it be proved erroneous, as to believe it, if it be confirmed by sound « reasoning from indubitable evidence, I propose to lay before you « a concise account of Indian chronology, extracted from *Sans-* « *crit* books, or collected from conversations with *Pandits*, and « to subjoin a few remarks on their system, without attempting « to decide a question, which I shall venture to start, whether it « is not in fact the same with our own, but embellished and « obscured by the fancy of their poets and the riddles of their « astronomers. »

Re penitiùs consideratâ, ad conclusionem quam suprà retuli deductus est eruditus JONES, qui primò præjudicatæ opinionis notam reformidans, quamdam, minùs sapienter, animi audaciam (*disposed to reject the Mosaic history*) ostentârat.

Præsidem academiæ *Calcuttanæ* sequatur, ejus collega, D. DAVIS, vir acris ingenii, astronomiæ peritus, cui præcipuorum et

Digitized by Google

prætiosissimorum τῶν *Suria siddhanta,* astronomici operis, divini reputati, cujus auctor *Meya,* desinente *satya yougam,* id est, antiquissimi [1], textuum versionem Anglicam (by the help of a *Pandit,* through the medium of the *Persian* or the *Hindu* language [2]), et doctas, profundas in eos elucidationes debet orbis eruditus. Nunc ejus Dissertationis (*Of the astronomical computations by the Hindus*) ope, abstrusiora astronomiæ Indicæ rimari, scrutari; eclipses, æquinoctia, solstitia, planetarum revolutiones, motum solis, lunæ, cum Brahmanibus, juxtà veteres tabulas supputare facilè poterunt rei siderealis studiosi. At quatuor Indorum periodorum causas; elementa, compositurum, veluti *organisationem,* etiam quasi astronomicam, dare non poterat vir astronomus, qui sic loquitur (*p.* 229): « The division of the *maha-jug* into the *satya, treta,* « *duapar,* and *cali* age, does not appear from the *surya sid-* « *hanta* to answer any practical astronomical purpose, but to have « been formed on ideas similar to the *golden, silver, brazen,* « and *iron* ages of the Greeks. Their origine has, however, been « ascribed to the precession of the equinoxes, by those who will « of course refer the *manvantera* and *calpa* to the same foun- « dation : either way the latter will be found anomalistic, as has « been described, if I rightly understand the following passage « of the *surya siddhanta;* the translation of which is, I believe, « here correctly given. »

Manvatera et *calpa,* suprà memorata, sunt maximæ Indorum periodi, quarum confectionem, utpotè quatuor *djog* et *manvantera* continentem, ex auctore hîc juvat apponere.

---

1. *Asiat. Research. T.* 2, *p.* 234, 237.
2. *Id. p.* 225, 227.

Digitized by Google

[1] *Composition of the* CALPA.

	Years.
Caly (*yougam*), $\frac{432,000}{10}$ =	43,200
Dwapar, $\frac{432,000}{10} \times 2$ =	864,000
Trita, $\frac{432,000}{10} \times 3$ =	1,296,000
Satya, $\frac{432,000}{10} \times 4$ =	1,728,000
Aggregat of *Maha yug*	4,320,000
	71
Manvantera	306,720,000
With a *sandhi* equal to twilight (morn. and evening).	
The *satya yug*	1,728,000
	308,448,000
	14
Calpa	4,318,272,000

	Years.
With a *sandhi* equal to the *Satya yug*	1,728,000
Whole duration of *Calpa*	4,320,000,000

Computation of the period elapsed of the *calpa* at the end of the last *satya* age, when the *surya siddhanta* is supposed to have been written.

Sandhi at the beginning of the *calpa*	1,728,000
6 *manvanteras*, or 308,448,000 × 6 =	1,850,688,000
27 *maha yugs* of the 7.th *manvantera*, or 432,000 × 27 =	116,640,000
Satya age of the *maha yug*.....	1,728,000
	1,970,784,000

Hæc est ad infinitum vergens temporum juxtà Indos computatio. Non minor, contrario modo, eorumdem subdivisio.

The BHAWISHYA *puràna*, inquit D. *Colebrooke* [2], subdivises the *Nimhesa* otherwise.

1 Twinkling of the eye, while a man is easy and at rest, = 30 *tatpanas*, or moments.
1 *Tatpana* = 100 *trutis*.
1 *Truti* = 1000 *sameramas*.

Majus esse non potest Entis æterni, infiniti, existentiæ, ejus ideæ

1. *Lib. cit. p.* 231, *not.*
2. *Asiat. Research. T.* 5, *On Indian weights and measures, p.* 107.

Digitized by Google

humanæ menti primitùs infixæ, et istius mentis spiritualis naturæ, argumentum, quàm immensa illa et penè incredibilis temporis protractio, divisio. Materiæ pars, materiei parti addita, nihil ultrà primum *aggregatum*; eadem pars in particulas divisa, nihil infrà primam *divisionem*, per se indicat, indicare potest. Solidæ partes sunt suo modo finitæ, juxtà positæ, vel à se invicem separatæ, eodem in statu, scilicet *inertiæ*, manentes. Cogitatio, quæ indè *infinitè magnum* aut *infinitè parvum* eliciat, ad ens diversæ prorsùs naturæ, quod è *terminatis haud terminatum* non concludat, cùm res quælibet se majus per se producere nequeat, et proindè à supremo, infinito Agente *plus* (addendum), *minus* (detrahendum) accipiat, pertineat necessum est. Hæc per transennam, sed non absona, cùm de Indorum philosophiâ, ad primum Ens per diverticula ut et directè ducente, semper agatur.

Eadem *τῶν manvantera* et *calpa*, apud D. BENTLEY [1] ac in D. *Davis* Dissertatione, compositio. Altum vero de modo quo quatuor Indorum *djogs* formata sunt, silentium; nisi quòd *poetica* seu fictitia, et *astronomica* seu realia *djogs* supponit; id est, propriè nodum secat, non solvit. Ingeniosum sanè tentamen ulteriore disquisitione, præsertim librorum Samskreticorum lectione innixâ, dignum; licet, primo aspectu, simpliciter et constanter è quatuor *djog* annorum summâ, tres ultimas notas (*zero*) abscindere, et reliquum *reales* annos nominare, arbitrarium quid præ se ferat. Ipsum auctorem systema suum exponentem audiamus.

« At this day, inquit (*lib. cit. p.* 315), it is not easy to discover « the meaning of all the different modes of dating formerly in « use. It appears, however, from historical facts, that they were « mostly, if not all, *nominally*, the same; but essencially dif-

1. *Asiat. Research. T.* 5, *Remarks on the principal æras and dates of the ancient Indus*, *p.* 316, 317-320.

Digitized by Google

« ferent in other respects : they all went unter the appellation « of *yugs*, divine age, *manvantaras* etc. But the *yugs*, divine « ages, *manvantaras* etc. of the *astronomers*, were different in « point of duration, from those of the *Brahmens* and *poets*, and « those of the *Brahmens* and *poets* were, in like manner, dif- « ferent from those of others : here it becomes absolutely neces- « sary that we know the difference between each, that is, the « *astronomic*, the *poetic* etc. etc. from each other, before we « can attempt to analyse the *Hindu* chronology on true princi- « ples. It is from this mode alone that we can discerne truth, « though disguised by *fiction ;* and until the gordian knot made « fast by the hand of modern times, be untied, much will remain « in obscurity. The astronomic *yugs*, divine ages etc. etc. are the « only periods in which the real number of *years* meant are « not concealed : it may not therefore be improper, before I « proceed further, to state what these periods are, and their « duration.

« The *calpa* is the greatest of all the astronomical periods, and « the duration of it is 4,320,000,000 years. This periode is com- « posed, or made up, of the lesser *yugs* etc. in the following « manner : 4 *yugs*, viz, *satya* etc. .....

« ... The *calpa* is an anomalistic period, at the end of which « the *Indu* astronomers say, that the places of the planets « nodes and apsides will be precisely the same as at beginning « of it ; and the commencement of it was when the sun, moon, « and all the planets, nodes and apsides, were in a line of con- « junction, in the beginning of *aries*, or 1,955,884,897 years « ago....

« The ancient astronomers, most probably for the sake of *convenance*, made the present *cali yug* of the *Indus*, of which

Digitized by Google

« there are now (1796) 4897 years expired, to commence when « just the first half, or 216000 years were elapsed of the men- « tioned *cali yug*, of the twenty fourth *maha yug*. And we are « now only in the 4898.th year of the second half of that period. « I shall therefore, by way of distinction, call the present *cali* « *yug*, the « astronomical æra. »

« The *Brahmens* and *poets*, in imitation of the astronomic « periods above given, *invented* others for their history and « poetry. This I shall distinguish by the name of « Poetic ages », « or æras, because they are embellished by fiction, and covered « over with a mysterious veil: nominally they appear the same « as the astronomic periods; but historical facts prove them to « be essentially different in point of duration, an *astronomic* « year being equal to 1000 poetic ones. Hence

	Years.	Real years.
« a poetic *satya yug*	of 1728000, is only	1728.
« *Trita yug*	of 1296000	1296.
« *Dwapar yug*	of 864000	864.
« *Cali yug*	of 432000	432.

Huc usquè meræ suppositiones; aptæ quidem ad conciliandas cum S. Scripturæ chronologiâ Indorum supputationes, sed quæ, quibusdam epochis exceptis, in cursu disceptationis, nec Samskreticorum librorum auctoritate, nec mythologico calculo, ubi Entis superioris dies anno inferioris respondet, nec doctorum *Brahmen, Pandet,* testimonio probantur.

« The first of this poetic ages, or *satya yug*, commenced at « the creation, and the rest in succession, agreable to the fol- « lowing short chronological table, continued down to the pre- « sent time. »

Digitized by Google

CHRONOLOGICAL TABLE OF ANCIENT ÆRAS etc.

	POETICAL ÆRA.		YEARS OF THE WORLD.		ASTRONOMIC ÆRA.	
Satya yug, or golden age.		0	ADAM	0	CAL YUG [1]	0
		1		1		1
		130	SETH born	130		151
		905		905		751
		906		906		823
		1056	NOAH born	1056		824
		1656	Flood	1656		832
		1728		1728	PRADYOTA	1000
Treta yug, or silver age.		1		1729	BUDHA	1002
		59		1787		1043
		177	NIMROD	1905		1101
	ISCHWACHA and BUDHU	179		1907	SISUMGA	1139
		179	ABRAHAM	1948	NANDA	1499
		220	NOAH's death	2006	CHANDRA GUPTA	1599
		278		2044		
		316		2404	PASHPAMITRA	1736
		676		2504	VASU DEVA	1848
		776		2641		
		913		2753		1853
		1025		2758		1920
	RAMA	1030	PARASARA	2825		1920
		1097	YUDHISHTHIR	2825		1925
		1097	VYASA	2830		1930
	VALMÏC	1102	PARICSHÏT	2835		2075
		1107		2980		2119
		1152		3024		
		1296				

1. The cali yug .... commenced in february in the 906th year of the world.

Digitized by Google

CHRONOLOGICAL TABLE OF ANCIENT ÆRAS, etc. continued.

POETICAL ÆRAS.			YEARS OF THE WORLD.		ASTRONOMIC ÆRA.	
Dwapar yug, or brazen age.	CUSHA	1		3025	BALIN	2120
		74		3098	CHANDRA BIJA	2193
		530		3554		2649
		576		3600		2695
		676		3700		2795
		776		3800		2895
		864		3888		2983
Cali yug, or iron age.				3889	VICRAMADITYA	2984
		1		3950		3045
		62		3983	DEVAPALA	3078
		95	CHRIST	4007		3102
		119		4073	NARAYANPALA	3168
		185		4085	SACA	3180
		197		4088		3183
		200		4188		3283
		300		4320		3415
		432		4321	VARAHA	3416
Satya yug, or 11.d divine age.		1		4505		3600
		185		4520		3615
		200		4624		3715
		300		4720		3815
		400		4920		4015
		600		5120		4215
		800		5320		4415
		1000				4615
		1200				
	Curr. year.	1483	Curr. year.	5805	Curr. year	4898

Notandum in *poeticâ* auctoris ærâ quatuor *djog* revolutione

Digitized by Google

absolutâ, novum, scilicet secundum *satya djog*, ab anno mundi 4321 incœptum esse.

« In the preceding table I have placed, inquit auctor, the « beginning of *astronomic* æra of *cali yug*, of which 4897 years « were expired in *april* last, in the 906 year of the world, at « which time 905 years were elapsed of the *satya yug* of the « *poets*, reckoning from its commencement, at the creation; « hence it is self-evident that the notions of the modern *Hindus*, « who have confounded the fabulous or fictitious ages of their « *poets* with the *astronomic* periods merely from a similarity of « names, are not only erroneous, but even quite opposite to the « true intent and meaning of the ancient *Hindu* writers them- « selves, who, it may be proved, have sometimes adopted the « *astronomic* æra of the *cali yug* during the *treta* and *dwapar* « *yugs* of the *poets*; and made use of either æra (astronomic or « poetic, and sometimes both), according as it suited their *fancy*, « for recording not only past events in general, but even one « and the same event. »

In dissertatione legenda sunt, quibus auctor systema suum tuetur, argumenta, sicut et quæ dicuntur de *patriarchis* seu *Munoos* et aliis, quatuordecim *puranic mamwanteras* durante periodo (*p.* 330, 332); et de duabus *solari* et *lunari* lineis (*p.* 334-341): *convenientia, imaginatio, nominum similitudo*, astronomicarum et poeticarum periodorum confusioni in scriptoribus Indis recentioribus et antiquis, ortum dederunt. An solers Anglus filum, cujus ope è labyrintho chronologico-historico exire queant, reverà præbuerit, videat lector criticus et eruditus. Audeam dicere : adhuc *sub judice lis est*; quamvis, libenter fateor, in variis tentamentis acre et profundum ingenium ostenderint *Calcuttani*

Digitized by Google

Academici, minùs tamen, quod dolendum, Indicorum monumentorum, inprimis veterum linguarum cognitione, ut par est, instructi. Verùm sat (non sat, problemate haud soluto, inquiet fortè lector morosus) de *chronologiâ Indicâ*. Nunc ad *Oupnek'hat*.

Pag. 399, *lin.* 3, *ájet;* lege : *aïet.* — *Not.* 1, *lin.* 1, *namizchavad ;* lege : *namischavad.*

Pag. 400, *lin.* 18, 19, 22 : hæc aqua est, quòd, omne quiescens et motum ex eâ cum existentiâ ... venit ... aqua et *Pranou*, unum est.

Aqua, elementum, entium materialium, animâ præditorum, cum vel absque motu, principium ; una cum *Pranou*, scilicet, *Oum*, proindè cum primo Ente, nominis primâ syllabâ, radice, ut et universali rerum productione : substantia cum agente, quod vitam, motum dat, una.

Lin. ultimâ : rak'hi, quòd dies postremus mensis *savan* (*Augusti*) est.

Samskreticè, *rakhai*, munificus, benignus. Suprà (*T. I, Annotation. p.* 612), Augustus et September, menses pluviæ, quâ fecundatur terra æstu solis arida : aquæ et *pranou*, quæ unum sunt, causâ, die *rak'hi*, scilicet *munifico*, *Athrban Beid* accurata, docta, lectio, priusquàm ullum opus aggrediantur, perficiant, præscribitur.

Pag. 401, *lin.* 12, 13 : *Athrban Beid*, sine τῷ *selouk* ..... vestigium largitur.

In omnibus relligionibus (ea est in homine novitatis amor) ultimæ praxes, ordinationes, prioribus excellentiores perhibentur : quo abusu, primâ institutionum origine oblitâ, procul semotâ, cum eodem nomine nova quasi struitur, conditur relligio, mollior semper, humanis affectibus magis indulgens.

Digitized by Google

Reverà librorum *Beid* accurata lectio, pœnitentia, mortificatio fructum producit : at, his omnibus omissis, quartus liber *Beid, Athrban*, solus, vestigium, emolumentum largitur : sic, alibi, *Auxiliatorum* (*Secouristes*), *Cordicolarum*, τῶν *Quakers* etc. *devotio*. Tùm verò, quisquis ad veterem doctrinam, disciplinam revocat, motuum artifex, etiam novator, verbo rei contrario, nuncupatur. Servatâ semper cujusdam severitatis specie, recentem prædicationem adjuvant populi ignorantia et libidinum stimulus : eo modo, temporum malignitate, hominum incuriâ, doli machinatorum astutiâ, audaciâ funditùs evertuntur vetustissima relligiosæ moralis ædificia, monumenta.

Pag. 402, *lin.* 1, 2, 3 : dualitas ... *narbaklap samadeh*, quòd demersio magna est, id est, sine ego et id, *átmaï* purus factus (*homo*) manet. (*Esteghrak bezorg ast iaani bi man ve ou átma khaless schodeh bemanad.*)

Suprà, *T. I*, N.° II, *p.* 11 : *narbaklap samadeh* surgere (evanescere) memoriam, memoratorem, et memoratum.

Samskreticè, *nar*, aqua. *Samádánam*, æqualitas, comparatio.

Si nulla τῶν ego et tu, unius, alterius entis mentio, omne ergò evanidum, universitas quæ indicari, memorari nequit, nihilum verum ens, mare immensum sine rivo, partibus, hoc est, si concipi potest, *átma* purus, talis ab initio et semper existens, quâ ratione hic mundi existit, non existens. Undè, quidquid sensibus contrarium appareat, perfecta, in rerum naturâ, agentis, subjecti et objecti *æqualitas*, identitas.

OUPNEK'HAT 49.um, SCHAVANK.

N.° CLXXI.

Pag. 403, *lin.* 2 : SCHAVANK.

1.° Tẽ *Oupnek'hát* titulus, à nomine τẽ *Schavank rek'heschir*,

Digitized by Google

viri summi, qui (*infrà, p.* 411) illud pronunciasse dicitur. In *Mahabar.* (12 *Porb.* 2 *part. p.* 563 *r.* 570 *r.*) *Savang,* vir summus, tempore τῦ *Rajah* DJAMMEDJEH, abnepotis τῦ ARDJEN, τῦ DJEDASCHTER fratris. Sic ad tempora hujus *Radjah,* 17-19 antè Chr. sæculo, semper referuntur viri, patriarchæ de quibus in *Oupnek'hat* mentio : quod operis antiquitatem adstruit.

2.° De bello, strage, hîc agitur : et Samskreticè, *savanam* trajicere, perforare, transfigere ; *schavam,* cadaver.

Suprà, N.° CLXX, *p.* 398 : *Rek'heschiran* τὸν *Athrbad* initio τῦ *Douapar djak* (*Korban*) adeunt : in hoc *Oupnek'hat,* matutini, meridiani, vespertini *djak* tempore ad *rek'heschiran* et *mokelan-vas* veniunt. Ex istis *djak* (ut jam observavi) forsitan quatuor *djak* (*djog*), seu Indorum periodorum, origo.

Pag. 403, *lin.* 17, 18, 20 : tantumdem guttæ ..... super ignem .... simul via .... vobis ipsis feratis.

Talismani sacri, à rebus in sacrificio oblatis, sumpti, prodigium operantis, vetus exemplum.

Pag. 404, *lin.* 13, futurus ; lege : futurum.

Ibid. lin. 16, 17; *pag.* 405-411, *lin.* 12, 13 : *Pranou* .... magnitudo ejus ab omni major est .... oportet fecit (*facere*).

Novum et magnificum nominis *Oum,* à quo omne incipit, quod omnia continet, ipsa est natura universa, occasione belli τῶν *Fereschtehha* cum *Djenian,* de quo pluries actum, encomium.

Pag. 405, *not.* 1, *lin.* 1 : τῶν *Ghanim.*

In Indiâ, οἱ *Marhatæ,* communi vocabulo *Ghanim,* latrones, ideò vocantur, quòd regiones minùs ad eas occupandas, quàm spoliandas (ut primi Græci, λῃσταί), equestres eorum turmæ pervadant. Quotannis, prædâ factâ, tributo recepto ad propria redeunt. *Mauri,* seu *Mohammedani* principes, duces, quemadmodùm

Digitized by Google

Romani et *Europæi*, prædâ simul et regione potiti, vi rapta non deserunt. Sic conflatum *Mogoli* vastum imperium : sic *Britannico-Indicum*, non diù tamen, si minantibus signis, ex quo in *Peninsulâ Indicâ* tam amplas possessiones Angli adepti sunt, a *Ponto Adami τῇ Ceylan* contiguo, ad *Madras* usque, in *Carnate* toto [1], *Caliagary* et aliis *Indicis* ducibus, ad oram *Malabaricam*, potentioribus etiam *Mohammedanis* ad septentrionem (*Laknau*) motus solummodò pressos excitantibus, renovantibus, credere fas est, duraturum. Anglorum militum inopiâ Angli laborant. 200,300 *Helvetios*, *Cattos*, *Westphalos*, scilicet exteros, *mercenarios*, argento conductos, 15000,20000, indigenis, strenuè, pro solo patrio dimicantibus, opponunt. Vincuntur, vincunt, magno periculo, labore, damno; unius hominis jactura, subsidio non nisi è longè petito, *Indorum* viginti major. Ignis serpit. Incendium magnum paratur : et administratio Britannica, *præsenti* emolumento obcæcata, confidenter super cineres malè sopitos graditur, pristinarum, recentium terrâ marique revolutionum, immemor.

Minùs commodè, apud Europæos audiunt *Marhatæ*, *Arabes Sunitæ*, quasi, qui furto in terrâ furto raptâ vivit, quàm qui, eâ direptâ, proprium solum repetit, aut qui à viatore armatus vectigal exigit, minor *latro*.

Octo *Vas* (*Suprà*, *p.* 2), seu *Beschn*, sunt beneficentiæ, *τῦ* benè esse præfecti.

Pag. 406, *lin.* 28, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 407, *lin.* 1 : omnes figuras suas attraxit, in *τῷ nim matraï* ... sine cornu (*matra*) ....

Oum, quod in *nim matraï*, Ens universale et absolutum, sine partibus, quasi refugit, Verbum est actionem suam in Patre

1. *Moniteur*, 15 *niv. an* 10, *Londr.* 29 *décemb.* 1801, è Morning *chronicle*, *p.* 419; Litter. è *Bombaye*, 27 *mai*, 23 *august.* — *Monit.* 16 *niv. an* 10; *Londr.* 29 *décemb.* 1801, *p.* 423.

Digitized by Google

supremo et universali constanter abscondens, ex eo habens, in eo agens; scilicet, Verbum, sine termino, tectum, invisibile, cujus operationes, existentiam scrutari vetitum.

Pag. 406, *not.* 1, *harf o*; lege : *harf ou.*

Pag. 407, *lin.* 12, 13 : opus *τῦ korban τῦ* manè omne *Pranou* est.

Indè *sat djak*, purum, rectum *djak*, *korban* primum, nempè matutinum vocatum fuerit. (*Suprà*, *N.° CLXX*, *p.* 398.)

Lin. 16, 19 : in tempore *τῦ korban τῦ dou p'her* .... cum harmoniâ pronunciare, ut venerunt, præsentes fiunt (*fuerunt*). (*Dar vakt korban dou p'her ba ahang khandan amadeh hazer schodand.*)

Hoc erit *douapar djak* (*djog*), suprà memoratum, *p.* 398.

Simili ratione, *talisman* ex aquâ in sacrificio fusâ.

Pag. 408, *lin.* 20 : *οἱ Roudr.*

Quemadmodùm *οἱ Vas* propter benignitatem in *Fereschtah*, sic *οἱ Roudr*, ob stragem *τοῖς Djenian* illatam, hîc adducuntur; quique propriis et contrariis operationibus divisi, et nihilominùs, in systemate Indico, ubi omne et nihil unum et idem, communi et vero attributo simul conjuncti tempore.

Lin. 23 : *τῦ korban τῦ* vesperè (*dar vakt korban scham*).

Istud erit *kal djak*, de quo suprà, *N.° CLXX*, *p.* 398, nulla mentio.

Ibid. lin. 27, *pag.* 409, *lin.* 1, 6 : capita cornuum palearum *τῦ korban* ut avulserunt (*sarhaï schak guiaï korbanra kandeh*) ... *djakti* .... *Pranou.*

Agitur de capite spicæ, cujus granum in *korbano* offerebatur, vel herbarum ad sacrificium adhibitarum.

Non additur, ut primo et secundo *korban*, *τῦs Djenian*, tertii hujus *Talismanis* ope, è *Fereschtah* victores evasisse; quippè his mensura *djakti*, cûjus *Pranou*, seu *Oum* initium, in auxilium venit, et summè potenti huic nomini nihil in naturâ resistit.

Digitized by Google

Pag. 409, *lin.* 1 : mensurâ *djakti.*

Observandum mensuras seu formulas *unificationis*, eodem ordine semper memorari (vide *suprà*, N.° CLXX, *p.* 399, 400, *T. I*, N.° LXXVI, *p.* 361), etiam eodem comitatu.

Lin. 20, 21 : cum figurâ totâ (*integrâ*) suâ, quòd (*quam*) in *nim matraï*, duobus vice præcedente (*vicibus præcedentibus*) absconditam ....

Duabus primis vicibus, quasi venerabundum pudore seu zelotypiâ affectum, *Pranou*, *Beschn* et *Roudr* præsentibus, in *nim matraï* sese abscondiderat. Hîc coràm sole luminis, caloris, vitæ naturæ fonte, temporis mensurâ, cum quo harmoniâ convenit, ipse *Brahm* est, tertio *korban* oblato totum se prodit, et *djenian* ad integram perniciem cæduntur. Quo significatur, creatione, conservatione, destructione, partim tantùm operari, et quasi absconditum, tectum, verbum Dei manere; integrum autem universali rerum harmoniâ quale est apertè se ostendere, explicare, expandere.

Pag. 410, *lin.* 12, 16 : Quatuor cornua ejus .... pronunciant.

Vide suprà, N.° CLXX, *p.* 392, 402, partium τῦ *Pranou*, vel *Oum*, et eorum quæ ad illud pertinent, expositionem.

Lin. 18 : septem *sor* (*capite* [*sar*], *quolibet è septem capitibus*).

Rectiùs, *sor*, *sono* (*sonis*), cùm duo capita τῦ *Pranou* anteà nominata fuerint, et hîc de septem modis musicis, *modulationibus*, *schabd*, *Oupneḱ'hat* speciatim loquatur. Indè autem liquet perantiquam, apud Indos, septem tonorum in musicâ esse distributionem.

Digitized by Google

OUPNEK'HAT 50.um, NERSING'HEH ATMA.

Lege ubique *Nerseng'heh*, loco *Narsing'hah*.

Kand primum.

N.° CLXXII.

Pag. 412, *lin.* 2, NERSING'HEH.

Nersingue, 2.ª *rē* TSCHAKDIS apparitio. MAHABAR. 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 562 *v.* (apud ABR. ROGER, *Mœurs des Brahmin. p.* 161), 4.ª *rē Vischnou* incarnatio; — KIRCHER (*Chin. illustr. p.* 216, 218), 5.ª; BALDÆUS (*lib. cit. Abgötterey etc. p.* 484), 4.ª

Samskreticè, *naraha, martyaha*, homo vel femina. *Sinhaha, singham*, leo: nempè, *homo-leo-âtma*, seu *âtma* cum *hominis-leonis* attributo, vim simul et humanitatem exprimente: quo rectè omninò terminatur *Oupnek'hatorum*, viam quâ creatura ad summum omnium opificem et moderatorem perveniat, idem cum eo efficiatur, monstrantium, series.

Lin. 4, 6, 11, 17, 19, 22; *pag.* 413, 416, *lin.* 8: *âtmai* ... *Oum* est ... facias ... *Oum* ... tria corpora ... pes quartus.

Ultimum *Oupnek'hat* claram et didacticam Entis supremi, *âtma, Brahm* essentiæ, et quasi compositionis metaphoricæ expositionem continet.

1.° *Oum* est: 2.° ejus *tria corpora*, scilicet, tres qualitates, creatio, conservatio, destructio, justè temperatæ; tùm elementa simplicia: 3.° elementa mixta; mundus ut nunc existit; cum tribus corporibus, quæ in tribus statibus *djiw âtma* induit, comparatum, unum declaratum.

Lin. 16, relativos; *lege*: relativos (*nesbat*).

Pag. 413, *lin.* 16: Status vigiliæ.

Quatuor *rē djiw âtma* statuum, ejus in istis statibus operatio-

Digitized by Google

num, partium, cum quatuor *τῦ âtma* pedibus, et eo quod quatuor illos pedes sigillatim constituit, comparatio.

Pag. 413, *lin.* 19, 20: quatuor divisiones est.

Quatuor istæ *τῦ djiw âtma*, qui idem ac *âtma* et *Pranou*, *Oum*, divisiones, infrà, *N.° CLXXIII, p.* 419, 420, explicatæ.

Lin. penultimâ, cepit; *lege*: capit.

Pag. 414, *lin.* 23; *pag.* 415, *lin.* 1, 2, 3: Ille mundus .... *lahout* sit .... sine qualitate est.

Quatuor *τῦ âtma* status, metaphoricè. Ejus scientiæ gradus, quorum ultimus, purum gaudium, ens purum sine qualitate.

Pag. 415, *lin.* 4, 5: illi tres mundi .... mundus *τῦ maïa* est.

Id est, in vigiliâ, somno, somno sine somnio, nihil reapsè existit; *τῦ maïa* seductione, captione, spectaculo, ludificatione, extrà ens unicum alia esse creduntur.

Lin. 15: collectio scientiæ etiam non est, cum causâ illâ, quòd divisionis capax non est (*modjmee danaï ham nist bevasteh ânkeh kasmat pedzir nist*).

Ea est solius quod reverà existit, entis unitas, simplicitas; ut illud scientiæ, spiritualium notionum, etiam conceptuum, perceptionum collectionem dicere, sit nefas. Rerum cujuscumque generis aggregationis, formationis, scilicet absolutè partium expers est: quod omnem divisionem, successionem excludit, et totum, in se simul purum, æquale, *homogeneum* unico et indiviso instanti, unico et indiviso loco, seu semper et ubique, universale et concretum, uno et indefesso intuitu cernens, uno et incessabili actu, motu, operans, in constanti, perenni quiete, exprimit.

Verùm hæc verba, sonus. Deus, qualis in se est, sentiri, lumine mentis interno partim adspici potest, definiri neutiquàm: majestatis pondere pressus, vermis, adora et tace.

Digitized by Google

Pag. 415, *lin. penultimâ; pag.* 416, *lin.* 8 : Gradum τῦ *Pradjapat* .... pes quartus.

Quisque τῦ *átma* status superior inferiorem absorbet, et omnia in quartum, *lahout*, quod est ens natura (*djat behab; lego : nahat*), resolvuntur.

Hoc τῦ *Oupnek'hat* 50.[1] *Kand* primum, attentâ dignum meditatione, satis planam, oculo Indicis speculationibus assueto, Entis supremi, in se, et in partes à se prodeuntes quasi divisi, simul et unici, naturæ, essentiæ, expositionem præbet.

Kand secundum.

N.° CLXXIII.

Pag. 416, *lin.* 25, 26 : ab his tribus .... in omnibus statibus æqualis.

Atma, propriè Ens purum, in tribus prioribus imperfectis statibus non est, et tamen cunctis statibus æqualis, par, idem ens absolutum.

Pag. 417, *lin.* 2, 3, 6 : insipientiam (*djehal*).

Atma, insipientia est, sicut et intellectus, scientia; scilicet omne, positivum, negativum : *est, non est*, ut pluriès dictum, *átma* ipse, substantia, existentia unica, supereminenter, transcendentaliter est.

Lin. 14, 17, 19; *pag.* 419, *lin.* 6 : Τὸν (lege : Τὸ) *Pranou*, cum τῷ *átma* et quatuor *matraï* τῦ *pranou* ... pede primo ... *matraï* primo .... quòd, *a* sit .... apparens est.

Subtilis et curiosa quatuor pedum τῦ *átma*, quatuor mundorum seu statuum hominis, cum quatuor τῦ *Oum matraï*, *a, aou; m*, sono nasali, et eorum significatione, cum ipso *Brahm* Ente supremo, comparatio. Sic omnia, in naturâ, ad unum redeunt.

Lin. 22, 23, 24, *penultimâ, ultimâ* : *a*, in omni litterâ

Digitized by Google

est .... etiam prima [omnium] litterarum est .... prima omnis est.

Indè sequitur, 1.° alphabetum samskreticum vetus à vocalibus, quarum prima *a*, ut hodiernum, incepisse; 2.° *A alef*, in quâlibet consonante contineri : proindèque, *ka*, *kha*, *ga*, *gha* etc. *kscha*, pronunciandum. Vide *suprà*, *Annotat. p.* 551.

Lin. 26 : et testis etiam est (*o gavah ham ast;* alibi, *schehed*).

Id est, sui ipsius, entis sui, testis, sponsor, Ens universale, unicum, elementa simplicia, mixta, semen rerum, mundi, qualis oculis apparet, sese exerit, ostendit, manifestat.

Pag. 418, *lin.* 6 : dualitas (*douganegui*).

In nomine *Oum*, *ou* est rerum *dualitas*, è *maïâ* (*suprà*, N.° CLXXII, *p.* 415) orta, cùm mundus *nomen et figura* tantùm sit (*infrà*, *p.* 420, *lin.* 8, 9).

Pag. 419, *lin.* 7, 8; *pag.* 420, *lin.* 15, 28 : Et quatuor divisio (*divisionum*) est .... filum (*stamen*) τὸ texere omne est .... *âtma* habet, *pranou* etiam (*illas*) habet .... secundum non habet.

Quâdripartitâ divisione τῆς *âtma*, cum τῆς *pranou* comparatione, illius entis, in naturâ unici, physica et moralis actio explicata. Prima divisio rerum originem, contextum indicat. Quemadmodùm è stamine et subtemine pannus constat, sic rerum universitas ex *âtma* in eam ingresso : quo non creatio *ad extrà*, sed mundum ipsum τὸν *âtma* constituere, esse, apertè declaratur.

In *nim matraï* propriè quatuor hæ continentur divisiones (*infrà*, N.° CLXXIV, *p.* 421, *lin.* 5, 8, 9).

Pag. 419, *lin.* 14, 15 : seipsum cum quærente .... seipsum donum faciunt (*facit*).

MOYSEM hac de re audiamus. *Cùmque quæsieris ibi* (*inter gentes*

Digitized by Google

dispersi), inquit Legislator, populum Israel alloquens [1], *Dominum Deum tuum, invenies eum : si tamen totò corde quæsieris, et totâ tribulatione animæ tuæ.*

Quod ipsâ Veritate confirmatur. *Quærite*, ait JESUS, *et invenietis* [2] .... *qui quærit, invenit* [3].

Quærite ergò primùm regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia (*victui necessaria*) *adjicientur vobis* [4].

Eadem, ut videre est, apud gentes locis et moribus maximè dissitas, credita et tradita, precum puro, sincero et fidente corde fusarum, maximè, quæ justitiam spectant, id est, ipsum Entis supremi possessionem, efficacia. At de omnibus ferè, etiam Christianis, verum : *populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me* [5].

Pag. 420, *lin.* 20, 28 : et *ghanneh* (*sonus nasalis*) .... secundum non habet.

Subtili modo, cum *nim matraï*, sono nasali, *âtma* collatus. Cùm semel ad *spiritualismum* mentes vertuntur, minima ratio, una littera parilitatis ansa seriò obtruditur. Rident, aspernantur critici, contrario nisu, obtentu disparilitatis, in similem culpam et ipsi labentes. Medium in omni : at quàm rarum, quàm difficile ! È COCCEIO, apud *reformatos*, celeberrimo 17.ⁱ sæculi theologiæ professore, *figurismum*, ut vocant, etiam catholici (DUGUET et ejus

---

1. *Ou bekaschtem mischscham et Jehova Eloheka ou matsata ki tidreschennou bekol lebabeka ou bekol nafscheka.* DEUTERON. *IV*, 29.

2. ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· MATTH. *VII*, 7.

3. ὁ ζητῶν, εὑρίσκει. ID. v. 8.

4. ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ID. *VI*, 33.

5. αὐτὸς ὁ λαὸς τοῖς χείλεσι μὲ τιμᾷ, ἡ δὲ καρδιά αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. MARC. *VII*, 6. ISAI. *XXIX*, 13.

Digitized by Google

systemati adhærentes) hauserunt, magistrum, quem non citant, dedignati : et, in S. scripturæ interpretatione, inprimis, à convulsionum apparitione, ab erudito et sagaci commentatore longè recedentes, vel cunctam, vel nullam, pro libitu, *figurativam* plerique admittunt expositionem.

Lin. 24, 25, in *τῷ hasti* (*existentiâ*) ejus *τὸ nisti* (*non existentia*) mundi est (*dar hasti ou nisti aalem ast*).

Scilicet, Deo existente, nihil aliud existit. *Illi enti ullum secundum non est* (*lin.* 17, *án dzatra hitsch douïoum nist*).

Kand tertium.

N.° CLXXXIV.

Pag. 421, *lin.* 2, 14, 15; *pag.* 422, *lin.* 19 : Littera prima .... (*homo*) .... in se destructum (*annihilatum*) efficiat .... sexdecim fiant.

Quatuor pedes *τῆ átma* cum quatuor litteris *τῆ pranou* (*Oum*) iterùm comparati : cujus objecti profundâ meditatione, omni ad unum redacto, rerum universitatem in se homo annihilare tenetur.

Pag. 421, *lin.* 15; *pag.* 422, *lin.* 19, 20, *ultimâ* : In litterâ primâ *τῆ pranou* .... sexdecim fiant. Quicunque sexdecim res, ... superveniente sit.

Entia, agentia, physica, moralia, etiam librorum divinorum partes, mensuras, formulas, quæ (*suprà*) *T. I*, N.° LXXVI, *p.* 350, 361) solem in cursu diurno, diversis anni tempestatibus, comitantur, triumphalem ejus pompam et incessum efformantur, cum rebus in quatuor *τῆ pranou* (*Oum*) litteris contentis, additis quatuor mundis, uno pro unâ litterâ, et in quoque *matraï* quatuor *matra* suppositis, conferre operæ pretium est. Orbem universum, naturam omnem, totum rerum existentium systema in *átma* contineri apprimè noscere, hæc quasi bucceam absorbere,

Digitized by Google

in seipso deorsùm ferre, supremum scientiæ culmen, à novâ in mundis apparentiâ tutamentum.

Pag. 422, *lin.* 26, *τῷ aoudia;* lege : *τῇ aoudia.*

Lin. 27, *τῇ* dormire; *lege : τῷ* dormire.

Pag. 423, *lin.* 1, 14, 15, 19, 20, 24, 25, *penultimâ, ultimâ; pag.* 424, *lin.* 3, 6, 7, 11 : Primùm oportet quòd .... infrà cordis .... in circulo .... in umbilico ... in corde ... inter duo supercilia ... [et medium] cerebri .... in medio cerebri ... forma gaudii fiat.

Ens unicum et universale cum omnibus divisionibus, cuncta hæc ipse effectus, in quatuor *τῶ pranou* (*Oum*) *matra,* in diversis corporis partibus, indè à sub corde, usque ad intrà duo supercilia, medium cerebri, juxtà tria ejus attributa, tandem ens totum, quod forma gaudii, ejus qualitates, sibi repræsentat Indus altâ immersus meditatione.

Pag. 424, *lin.* 12, 13, 15, 17; *pag.* 425, *lin.* 3, 9 : Post ab illo .... *Brahma* .... *alef maſtouh* .... *nasout* .... *nim matraï* .... *Pradjapat* .... *Haranguerbehah* .... deorsùm ferat (*absorbeat*).

Quâ ratione tria primi ordinis agentia, tres *τῶ pranou* (*Oum*) litteræ, tres mundi seu status corporis, quartum horum, tria hominis, tria mundi corpora, in luce seu formâ scientiæ; id est, ea omnia in se nihil esse apprimè sciens, formam gaudii, scientiæ, lucem deorsùm ferat (absorbeat), sicque Ens ipsum evadat, attentione dignum. Indè patet, ut jam dictum (et sæpiùs certè, quàm vellem, operis naturâ eadem fortè ad nauseam, iterùm atque iterùm, iisdem fermè verbis, stilo rudi, ordine inconcinno, dicere cogor), totam illam Indicæ mythologiæ structuram, in agentia physica, moralia, spiritualia, materialia distributam, sensu allegorico, Ens unicum ejus attributis exprimente, debere

Digitized by Google

intelligi ; verumque Indum, et quemlibet alium hominem, cuncta ad unicam substantiam, quæ substantia ultimò ipse est, quâ ratione in *Oupnek'hat* traditur, reducentem, verum *Brahmanicæ* è *Vedam* deductæ institutionis scopum, supremam in hoc et in altero mundo beatitatem attingere. Hoc nudè et didacticè, arido, ut vocant, simplici, sermone declararent Europæi recentiores philosophi : ambagibus implicatum, comparationibus, sic arbitrantur, elucidatum, spirituali cum materiali, cœlo cum terrâ mixtis, tradunt Indi doctores, communi mentium captui haud idoneam, incommodorum causâ, altiorem, sublimem simul et abstrusam doctrinam exponere metuentes.

Kand quartum.

N.° CLXXV.

Pag. 425, *lin.* 12, 19, *ultimâ* : *âtma* .... (Creator magnus, *afridgar bezorg*) .... *Brahm* magnus .... (*unum*) efficiat.

Quâ ratione *Creator âtma*, *Brahm* dicatur, ex anteà expositis planum. *Creavit*, id est, res quæ non erant, scilicet eo modo quo non erant, produxit : quod quidem verè etiam ex nihilo, sed non sensu communiter accepto, creare est.

Pag. 426, *lin.* 1, 3, 9, 17, 18, 24, 25, 27 : Ipse ille *âtmaï* ... quarto *matraï* ... τὸ ego et τὸ te ... undecim voces ... quòd τὸ *lahout* est .... significatio undecim vocum τῆ *aïet* .... dicens : tu, ego ... unum efficiat.

In quarto τῆ *pranou* (*Oum*) *matraï*, *pram âtma* ; ejus attributa : undecim vocum τῆ *aïet* particularis explicatio.

Omni personalitate semotâ (τῷ *ego*, τῷ *te*), cùm in naturâ, *âtma* sola sit persona, in se existens substantia, et solus in omni τὸ *ego* pronunciet et efficiat, *âtma* illum unicè meditari, seipsum eum esse, firmâ fide tenere Indo præceptum.

Digitized by Google

Pag. 426, *lin. ultimâ*; *pag.* 427, *lin.* 1, 7, 8, 9, 16, 19 : ὁ *maschghoul* ... cum τῷ *schoghl* ... *maïa* ... mendacium est, et mater ... sensuum ... sicut leo, deorsùm ferens (*deglutiens*) omne est.

Τῆ *schoghl*, seu profundæ meditationis modus. *Maïa*, mendacium; id est, res ut existentes, dùm nullæ sunt, ostendens; mater sensuum, qui et ipsi erroris fontes, cùm præter *átma* nihil reverà, absolutè in naturâ, ente proprio subsistat.

Ab attributo primario τῆ *átma*, quod attributum etiam τῆ *Roudr*, *Mahā diw*, est, cuncta, ut leo, devorantis, in se deorsùm ferentis, nomen *Nersing'heh*.

Kand quintum.

N.° CLXXVI.

Pag. 427, *lin.* 22, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 428, *lin.* 1, 5, 7, 17, 18, 24, 25; *p.* 431 : Ipsum hoc *akari* .... *a* cum *maſtouh* ... circumdans ... (*penetrans*) omnes litteras est ... *akari* ... *maïa* ... beneficum est ... *nersing'heh* est ... leo, omne deorsùm fert, ... in seipsis deletum .... *Brahm* factæ sunt.

Trium primarum τῆ *pranou* (*Oum*) *matraï* virtutum, Entis supremi naturam referens expositio.

Primùm *akar*, *a* apertum : ubi leonem, cuncta absorbentem, τὴν *maïa*, illusione, errore, externæ apparentiæ, quasi existentiæ causam, semper in medium adduci advertendum est; et doctorum animas dogma istud apprimè callentes, ipsum *Brahm* effectas, in seipsis deleri, novæ apparentiæ metu liberas. Peculiare τῷ *akar*, omnia circumdare, amicum esse τῷ *maschghoul* : alia, in *aokar* et *makar*, repetuntur attributa.

Pag. 428, *lin.* 25, 26, 27; *pag.* 429, *lin.* 1, 2, 23 : *Brahm* factæ sunt. Ipsum hoc *aokar*, quod *vau mazmoum* (*ou*) est,

Digitized by Google

cum excessu .... magnum .... et cum sensibus (in sensus) non ingreditur : ipsum cum seipso lumen est : et ipsum cum seipso .... apparens est. (*O behavas dar naïad khod bekhod roschan ast o khod bekhod zzaher ast.*)

Eadem ferè τῦ *aokar* et *akari* laus. Priori peculiare, maximum esse, *in sensus non ingredi*, esse lumen per seipsum; quod internam denotat, absque sensuum medio, perceptionem, ipsum Ens supremum, mentibus sese immediatè manifestans. Undè *innatas ideas* antiquitùs apud Indos inveniri rectè concludi potest. Cachinnationi irridentes indulgebunt *Lockiani* et *Condilliaci*, solo *materialismi* jure, nullo verisimili argumento, quidquid in contrarium asserant.

Pag. 429, *lin.* 24, *ultimâ*; *pag.* 430, *lin.* 12, 22, 23: hoc *makar* ... opulentia magna ... cum seipso lumen est ... *maïa* magnum habet .... dicens : ego .... ab *akar* .... ab *aokar* majorem ....

Τῦ *makar* (*mim saken*; suprà; *akar* et *aokar*) encomium : iis majus est. Peculiaris ei *opulentia magna*; testis omnis rei, ut *akar*, est; dicens : *ego*, in cunctâ re, lumen cum seipso, quemàdmodùm *aokar*. At verò τὸν *maïa* magnum habet (*o maia bezorg darad*). Quæ propriè ultima est τῦ *Oum* littera, rerum universalitatem includens, τὸν *maïa* magnum, scilicet captionis, ludificationis fontem habet, errori maximo, falsâ omnis generis existentiarum repræsentatione, larvâ, dans occasionem. Non nisi enim majore *maïa*, quodlibet ens, extrà *átma*, quolibet alio majus dici potest.

Hæc omnia attentè et unicè cogitare, iis mentem fixam habere, supremus beatitatis apex : qui eò pervenit Indus, in se deletus, superstite solâ perceptione, ipse *Brahm* evadit.

Digitized by Google

Kand sextum.

N.° CLXXVII.

Pag. 431, *lin.* 9, 10, 14, 15, 17, 18; *pag.* 432, *lin.* 11, 15, 16, 17, *ultimâ; pag.* 433, *lin.* 5 : *mokelam* sensuum .... Peccatum, quòd *shaittan* est ... è *nim matraï τȣ̃ pranou* (*Oum*) scitum fiat .... quartum est .... quartum non est ... *bahader* ... non *bahader* .... id est, aliquis, quòd, peccatum ... forma *τȣ̃ âtma* fiat .... à non visu .... pes quartus *τȣ̃ âtma* .... è mari dualitatis ut non timuerunt.

Parabola, quâ à peccato victoria reportari queat, seu malum in bonum converti, edocetur.

Ens supremum *nim matraï τȣ̃ pranou* (*Oum*) est; quartum numero, sed reverà, omne. In Ente illo unico, ideò quòd omne est, contraria simul existunt.

Mens, quæ abstrusum istud et primarium dogma apprimè intelligit, undecim voces *aïet τȣ̃ Nersing'heh* callens, quod veræ felicitatis status, peccatum ei peccatum non est; dummodò tamen à concupiscentiâ, cupiditate, appetitu carnali immunis sit. (*Az hamin djehet del har keh az gheir bini pak na schodeh baschad ve az hava ve hers ve schahawat dour mandeh baschad ou baïad ke be nim matraï tschaharom pranou keh tschaharom paï âtma ast ke teria ast az in âïet Nersing'heh keh panzdah* (*ïazdah*) *lafzz darad intschenin âtmara bedanad gounah ou schaittan oust aaïn âtmaï ke hasti o eelm o porserour nour ast mischavad.*)

1.° Ex hoc textu attentè considerato, non de peccato voluntario, sed casu, ignorantiâ, *non visu,* corde non consentiente, patrato, in *Oupneh'h'at* esse quæstionem, rectè concludi potest.

Peccatum, *forma τȣ̃ âtma*, dura sanè locutio est, at systemati Indico congruens, quæque sano sensu, additis addendis, explicari queat.

Digitized by Google

Peccatum, verè *schaittan*, tentator, seductor entis intelligentis, cum sensuum præfectis, seu sensibus ipsis, τῆ *maïa* filiis (*suprà*, N.° CLXXV, *p.* 427), nihil hîc aliud erit, quàm *dualitatis* opinio, *unicitatis* dogmati opposita; illius dogmatis professione sensus victoriam obtinent; peccatum ipsum evanescit, et *Brahm*, quemadmodùm *sensus unitarii*, evadit. Forsitan bellum τῶν *Fereschtehha* (*suprà*, *T. I*, N.° V, *p.* 16, 18; N.° XX, *p.* 89) cum *Schaittan*, qui corpus *átma* esse profitebantur; et priorum, mensuræ *kaïtri*, scilicet unicitatis formulæ, pronunciatione, triumphus, allegoricè ipse ille sensuum cum peccato conflictus est.

Mare dualitatis rerum est existentia, præter *átma* unicum. Hujus metu pulso, sicut et initio *Fereschtehha*, τῆ *aïet* undecim vocum prolatione, οἱ *Mokelan* sensuum peccatum debellant, ad nihilum redigunt.

2.° Persica verba quæ retuli, rectè perpensa, totam moralem disciplinam includunt: excessus enim omnes è carne, cui mens, serva nimis, miserè subjacet. Contrario nisu in adversum tendere, solum remedium.

Superfluo abstinere, temperantis est: *necessario*, quantùm possunt, sapientis, præsertim Christiani. Quod quidem recentibus, elapsis è revolutione, vel primùm ejus præconibus, *moralistis*, qui, infirmitatis humanæ prætextu, verè autem proprii commodi causâ, in *Proverbiis* Salomonis et aliis S. Scripturæ libris, aureæ mediocritatis laudem, uti *Secouristæ*, et generatim in omnibus sectis *non-conformistæ* singularis doctrinæ, disciplinæ, aliquandò etiam spurcitiei exempla quærentes, reperta confidenter efferunt, fortè minùs arridebit.

At verò in scriptis recta et intenta nimis nequit esse norma, quam, in actionibus semper inflectit et incurvat humanus affectus.

Digitized by Google

Pag. 433, *lin.* 22, *ultimâ*; *pag.* 434, *lin.* 1, 14 : Et quisquis illam lucem .... factus, (*sic*) maneat. Et sensus externos .... *Pra Brahm* .... fiat.

Veri *saniasi* (*p.* 433, *lin.* 20, 22, *τῶν Fereschtah*) ad ultimum *abnegationis*, perfectionis gradum perventi, imago, quæ autem, juxtà Indorum opinionem, nimis sæpè ob oculos poni non potest. Ex iteratâ, continuâ praxi, habitus; ex habitu status permanens, velut natura exsurgit. Homine avulso, quasi supernaturalis restat existentia; id est, ens creatum evanescit, solus Creator, *átma*, *Brahm* remanet.

Pag. 434, *lin.* 2, 3 : patientiam et sufferentiam (*tolerationem*) regulam (*consuetudinem*) suam efficit (*tahammel o bardaschtra schiveh khod sakhteh*).

Non hìc vita, honesta quidem, probitate conspicua, at amœna præscribitur. Inter duos mundos eligendum. Vel in præsenti, inferiori, fruendo opibus haud prohibitis, deliciis, degendum : vel ad futurum, superiorem, rejectis istis omnibus blandimentis; labore, patientiâ, molestias cujusvis generis ferendo, anhelandum. Inprimis, cum ætate (vulgus *mutationem* vocat) ascendendum : quæ in quatuor Indi spiritualis statibus observatur gradatio.

De vero *justo* sublimem audiamus philosophum. « *Nudandus* « *ergò*, inquit Plato [1], *omnibus cæteris*, *præterquàm justitiâ*, « *atque ità constituendus*, *ut priori* (ei qui munerum honorum- « que causâ justus est) *prorsùs opponatur* : *ut cùm nihil agat* « *injustè*, *existimetur injustissimè agere*, *ut ad verum germa-*

1. γυμνωτέος δὴ πάντων, πλὴν δικαιοσυνῆς, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ. μηδὲν γὰρ ἀδικῶν, δόξαν ἐχέτω τὴν μεγίστην ἀδικίας· ἵν', ἢ βεβασανισμένος εἰς δικαιοσύνην, τῷ μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς γιγνομένων. ἀλλ' ἤτω ἀμετάστατος μέχρι θανάτου· δοκῶν μὲν εἶναι ἄδικος διὰ βίου, ὢν δὲ δίκαιος. PLAT. *Op. T.* 2, *de Republ. lib.* 2 (1578), *p.* 361, *c. d.*

Digitized by Google

« *numque justitiæ examen sit penitùs exploratus : ac proindè*
« *neque infamiâ, neque omnibus casibus, qui varii et multi-*
« *plices in hanc vitam cadunt, immergatur : neque à propo-*
« *sito tamen ullo modo dimoveatur, sed in eo ad mortem usquè*
« *immotus constansque perduret : licet habitus fuerit injustus*
« *dùm viveret, esset tamen justus.*

Tribulatione ergò, angustiâ, quasi lydio lapide, probari debet patientia. *In tribulatione patientes*, inquit Apostolus [1], qui verum, in Christo, pietatis signum, persecutionem statuit : *et omnes*, ait [2], *qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* : persecutionem, vel internam, à seipsis, affectibus non edomitis ; vel externam, à sæculi asseclis, etiam legitimis dominis, pastoribus, amicis, parentibus. Nedùm igitur fugiantur, ut vera ad Christum via, ipsa pietatis tessera, demissè à supremo Moderatore petito *patientiæ* dono, persecutio, ærumnæ, animi et corporis angustiæ sunt eligendæ, quærendæ.

Petito demissè à *supremo Moderatore patientiæ dono*, non Stoicorum, Pelagianorumque, antiquorum et recentium, alto supercilio, quibus solemne : *contemnamus igitur*, inquiunt, *omnes ineptias (quod enim levius huic levitati nomen imponamus?) totamque vim bene vivendi in animi robore, ac magnitudine, et in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientiâ, et in omni virtute ponamus* [3].

Lin. 16, 18, 21, 22, *penultimâ, ultimâ; pag.* 435, *lin.* 1, 2 : cornua cum sine cornu .... Significatio τῆ *Nersing'heh* .... *Nersing'heh* est .... duo cornua τῆ *djiw âtma* .... *Brahma*,

1. τῇ θλίψει ὑπομένοντες. Rom. XII, 12.

2. καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. 2 Timoth. III, 12.

3. Cicero; *Tusculanar. Question.* (1562) *lib.* 1, *fol.* 62 *recto.*

Digitized by Google

et *Beschn*, et *Mehisch* .... quietem sumunt (*âram miguirand*) .... trium qualitatum .... figurarum.

Djiw âtma cum duobus cornibus, *pram âtma* sine cornu; hæc tria, scilicet particulare cum universali, unum efficere jubetur. Mystica τῦ *Nersing'heh*, et trium agentium, *Brahm*, *Beschn*, *Roudr*, expositio. Tribus prædictis ad unum redactis, nulla trium hominis statuum, creantis et creati differentia. Tres cognitæ, suppositæ in naturam primariæ operationes è medio tolluntur; quod his verbis, *Brahma*, *Beschn*, *Mehisch*, *quietem sumunt*, expressum.

Systematis Indici struem theologicam allegorico modo significare; ultimò ad unum redire diversos hominis physicos et morales status, lectorem antiquarum opinionum studiosum observare non pigeat.

Kand septimum.

N.° CLXXVIII.

Pag. 435, *lin.* 9, 18; *pag.* 436, *lin.* 3, 4, 11, 17; *pāg.* 439, 440, *lin.* 4 : littera prima .... littera secunda .... Littera tertia .... totus leo deorsùm ferens fiat .... lumen efficitur .... unum faciat.

Tres τῦ *pranou* (*Oum*) litteræ adhuc explicatæ, vocibus Samskreticis, attributis Ens supremum referentibus : undè tribus istis litteris in unum coactis, *totus leo*, *sing'heh*, deorsùm ferens, omnia absorbens; qui Indicæ hypotheseos scopus, hominem ad quartum, seu *hasti*, existentiæ, statum deferendo, efficitur.

Pag. 436, *lin.* 20, 23, *penultimâ*, *ultimâ*; *pag.* 437, *lin.* 1, 2, 8 : ipso hoc modo .... *aham alef maſtouh* .... *alef maſtouh* est .... è τῷ *alef maſtouh* .... quidquid visum fiat, omne *Brahm* est .... illius (*rei*) intrat.

Digitized by Google

Quâ ratione *aham*, samskreticè, ego, nomen omnis entis factum : undè *alef maſtouh*, prima τῦ *aoum* littera, quæ in *aham*, nomen omnis rei fiat, *âtma* sit; ex eo *âtma* quærendus.

Formâ syllogisticâ : quidquid visum *Brahm* est; atqui *Brahm* figura τῦ *hasti*; ergò omne visum, proindè mundus, visu, intellectu cognitus, *Brahm* est. Materiale est et spiritale, τὸ videre de quo hîc agitur.

Pag. 437, *lin.* 7, 12, 14, 15, 18, 20, 21, 22, 24, 25, 26, 27; *pag.* 438, *lin.* 1, 3, 6 : scientia ... *anobhou* ... *vadjan* .... oculum texit .... sensibile est .... sensibile non est ... *Brahm* .... *Oum* .... pronunciet.

Primas rerum ideas, seu metaphysicæ principia, apud Indos sapientes tradendi methodus.

Oculum tegere, comite silentio, rem sermone declarari non posse, signum.

Samskreticè, *vaschanam*, verbum, vox : *vaschani vrouttihi*, silentium. *Vagbandaha*, præstigium, incantatio ad os occludendum, imponendum silentium.

Cùm autem rubrâ notâ verbum *vadjdan* in textu non signetur, ad Persicam linguam, *deri*, in quâ, *be vadj goſtan*, *in silentio*, signorum ope, ore operto, labiis compressis, ut *Parsiân*, statis temporibus, loqui est, videtur referendum.

Sensibile et non sensibile, *hasti*, *Brahm* est. Ratione *m* finalis, *Brahm* et *Oum* unum et idem.

Existentia, scientia, res incognitæ, quæ verbis exprimi nequeunt.

Pag. 438, *lin.* 7, 8, 11, 17 : tempore quòd .... aliquid petunt .... *alef maſtouh* .... lumen fiat.

Τῦ *Oum* litterarum cum *Brahm* connectionis ratio, sensûs identitas; è verbi *Oum* significatione affirmativâ. Hujusce modi scientiâ, homo perfectè liber redditus.

Digitized by Google

Pag. 438, *lin.* 17, *penultimâ*, *ultimâ*: Hic totus mundus ... omne *Brahm* est .... in omni, is est.

Tẽ *Brahm* et mundi attributorum corelatio, identitas.

Pag. 439, *lin.* 5, 13, 25, 26, 27, *penultimâ*: Tempore quòd .... (*his immiscet*) .... hunc *djiw âtma* .... *mim saken* ... *alef maſtouh* .... *vau mazzmoum* .... lumen fiat.

Quandò homo, somno vel meditatione immersus, versùs mundum non tendit, de eo non cogitat, mundus totus, *Brahm* est, evadit : experrectus autem, aut ab attentâ perceptione avulsus, rebus externis redditus, intentus, eminenti istâ, quâ *Brahm*, mundus erat, existentiâ privatur : τὸν *Brahm*, sub ratione τẽ *mim saken* (*m*), cum *alef maſtouh* (*a*), et *vau mazzmoum* (*ou*) considerando; id est, *Pra Brahm* cum *djiw âtma* simul juncto, ad ultimum beatitatis, perfectionis gradum evectus, in seipso lumen fit.

Pag. 440, *lin.* 1, 4 : *cornu*(*a*) .... cum hoc [cornu] (*vau*) unum faciat.

Theologicus ille litterarum nominis *Oum*, dicerem, ludus, est simpliciter trium ejus caracterum, *a*, *ou*, *m*, quorum priores duo dant cornua, simul junctorum, et sic integram vocem *Oum* efformantium, prolatio : cui quidem junctioni, propria cuilibet litteræ virtus communicatur : undè *Brahm* ipse, Ens supremum exsurgit.

Kand octavum.

N.° CLXXIX.

Pag. 440, *lin.* 7, 8, 13, 17, 26, *ultimâ*; *pag.* 441, *lin.* 1 : *nim matraï* .... stamen subtemen .... secundum non habet .... funis [(*in*) corollam precariam] .... *Oum* .... loquela .... è loquelâ.

Digitized by Google

Trium vocis *Oum* litterarum virtute traditâ, ad *nim matraï*, sonum nasalem auctor transit. *Atma* est, rerum stamen, subtemen, in eas, sicut funis in corollam precariam, ingressum, unicum, sine secundo. In omni quæstione, affirmando vel negando, *Oum* respondetur : eo modo *Oum* principium loquelæ, extrà quam nihil sit; proindèque *nim matraï* τῦ *Oum* complementum et substantia.

Oum et *âtma; âtma* et *Brahm* unum : undè *Oum* et *Brahm*, Ens supremum, unum et idem.

Suprà (*T. I, N.° IV, p.* 15, 16), à nominis *Oum* expositione, incipit primum *Oupnek'hat :* ejusdem nominis, quod omnia includit, Entis primi et unici attributa, qualitatibus et virtute ultimum *Oupnek'hat* rectè terminatur.

Pag. 441, *lin.* 5, 10, *pag.* 442, *lin.* 5; *pag.* 443, *lin.* 1, 2, 3 : Hoc secretum cum excessu tegendum est ... mundus cum Domino magno mundi unum fiat.

Super hoc dogmate, nempè, mundum cum Domino magno mundi unum esse, altissimum injungitur secretum.

Pag. 441, *lin.* 11, 13, 15, 21, 26, 27, 28; *p.* 442, *lin.* 1, 6, 20, 21, *ultimâ : Atma* donum faciens seipsum est ... Hæc omnia animantia à seipsis vitam non habent (*in hameh djandaran az khod hiat nadarand*) .... non potestas dixit ... [quòd ...] frustum totum .... factus ... seipsum cum quo (*cui*) det? ... *Oum* forma scientiæ est. Et omnis mundus etiam forma scientiæ est .... hic mundus, quòd, scientiam et animam non habet (*ve in aalem ke eelm o djani nadarad*) ... tempore quòd ... hic *âtma* forma scientiæ .... loquela etiam *Oum* est ... omnes res approbatum facit ... sine metu fiat.

Expressiùs entia omnia vitam non ex se, in se, sed ex Ente supremo habere, dici non poterat.

Suprà (*N.° CLXXIX, p.* 440), cum filo, quòd corollam pre-

Digitized by Google

cariam ingreditur, *âtma* comparatus est; hîc de eo contrarium: similiter aliæ qualitates affirmantur, negantur. Sic procedit Indicum systema. De Ente supremo, nec, *est*, nec, *non est*, nec, ulli communicatum, cùm solum omninò sit, dicere vetitum.

Mundus iners, sine intelligentiâ, animâ, et tamen, ut *Oum, âtma*, forma scientiæ, loquelæ causa; cuncta hæc ab *âtma*, quocum unum fit, accepit. Indè, ultimò, omnia unum; scilicet, *Brahm, Oum*, mundus; quæque forma scientiæ.

Sublimis at non vulganda doctrina; quam qui rectè tenet, intelligit, ità ut ullam, extrà *âtma*, entis particulam non agnoscat; alioquin mille frusta fiat; vitâ functus, è morte liberationem non obtineat; homo iste *Brahm* sine metu efficitur.

Kand nonum.

N.° CLXXX.

Pag. 443, *lin.* 26; *pag.* 454, *lin.* 7: hoc *Oum* .... cum eo (*ad eum*) perveniat.

Tẽ *Oum*, quod forma τẽ *âtma* est, essentiam edoceri, à *Pradjapat* οἱ *Fereschtehha* postulant. Agentis istius, τẽ *âtma*, leonis cuncta deorsùm ferentis, in se demergentis, unici, natura, attributa; τῷ *maïa*, secundum quid, præter *âtma*, *Brahm*, in rerum universitate, errore, seductione monstrante, cùm omne unum sit, separatum apparens. Quidquid de *maïa* (*T. I*, N.° LXXXVI, *pag.* 405, 406; *Annotat. p.* 639-642: *suprà*, N.° CXXX, *pag.* 215, *not.* 1; *Annotat. p.* 628) dictum est, huic loco apprimè convenit. Denuò legendum repetere rei abstrusæ, obscuræ, novam fortè caliginem effundere foret; saltem esset actum agere.

Pag. 444, *lin.* 5, 6: hic *âtma* leo .... existentiam apparentem non habet (*taaieni nadarad*).

Scilicet, quæ sensibus percipi possit, existentiam,

Digitized by Google

Pag. 444, *lin.* 17, 18, 19, 23, 24 : res alia .... cum seipso (*per seipsum*) intellectus fiat .... quidquid longum .... non potestas intellexit .... et à τῷ scire et non scire .... cum puro *vadjdan* acquisitus fiat. (*O baraï fahmanidan in tschiz diguer der kar nist khod bekhod fahmideh mischavad az in djehet ke har tscheh ttoul o arzz o djesm darad be nazzer o del dar miâïad tschoun in âtmâ az hameh inha manzeh ast oura behistsch tschiz natevan fahmid ve az danestan o nadanestan ham manzeh ast o bemahazz vadjdan iafteh mischavad.*)

Ens supremum nullam dimensionem habet, nihil quod sensus queant apprehendere; per seipsum, lumine intimo, intelligitur : propriè loquendo, nec scitur, cùm vera scientia entis essentiæ notitiam includat, quam infima creatura, quandò de supremo Creatore agitur, assequi posse dicere nefas : nec nescitur; siquidem ejus existentiam, quam comitatur ipsius naturæ qualiscunque adumbratio, mens humana cognoscit. Sermone autem id declarari, idoneè exprimi omninò impossibile.

Lin. 26, 27, 28 : *maïa* figura caliginis et non scientiæ est ... ipsum ... (*quod*) scit (*lege :* dicit), quòd ego non scio ; ipsum hoc (τὸ) non scire, *maïa* est. (*Keh khod migouïad ke man namidanam hamin nadanistan maïa ast.*)

Id est, reverà quidem verbis τὸν *maïa* explicare, exponere, haud pote : quí tamen se nescire fatetur, eum indicat, cùm *non scire, maïa* sit.

Lin. penultimâ, ultimâ, pag. 445, 446, *lin.* 3, 4, 14 : *Maïa* apparens faciens ..... errorem ..... multiplicitatem ..... filius et pater ipse est .... trium qualitatum, quòd, τὸ *eidjad* ... cum figurâ τῆ *Mehisch*, apparet.

Fusa τῆ *maïa* expositio, quâ, cuncta Indici systematis agentia meros ejus, scilicet erroris, esse fœtus, ipsum *maïa* non semper

Digitized by Google

fuisse, producentem esse et productum, tribus naturæ operationibus separatum, diversum, multiplicem apparere; verùm unicum Ens, *átma*, cujus figura, ut *Brahma, Beschn, Mehisch* (*Roudr*), per tres animi et orbis universi dispositiones, in orbe operationes, ad intuitum venit, existere demonstratur.

Conceptus istos, communi vinculo (primario Indorum dogmate) concatenatos hîc indicare sufficiat : profundæ meditationi, si vacat, connexionis ratio, expositio est committenda.

Pag. 445, *lin.* 7, 8, 9 : et ipse hic *maïa τὸ* electum (*voluntarium*) sine electione (*involuntarium*) ostendit, et *τὸ* sine electione, electum (*ve hamin maïa mokhtarra biekhtiar minomaïad o biekhtiar mokhtar*).

Maximi momenti effatum. Errore, quod reapsè voluntarium est, esse involuntarium ; et è contra ; homo arbitratur. Ratio est transcendens, quâ res ut sunt in se, sunt ; at humanæ menti, luteo hoc in orbe, caligine (*τῷ maïa*) obvolutæ, tales apparere nequeunt. Indè difficultates de naturâ et origine boni et mali, et quæstiones, quæ ad abstrusam istam, nec unquàm solis animi viribus explicandam materiam pertinent. (Vide *suprà, T. I, Annotat. p.* 568-587 ; *suprà, Annotat. p.* 471-519.)

Lin. 20, 21; *pag.* 446, *lin.* 3, 4 : servum (*servientem*) .... cultum (*adoratum*) .... filius et pater .... trium qualitatum.

Errore, servus, serviens à culto, adorato : filius à patre ; tres qualitates, *creatio, conservatio, destructio*, à se invicem distinguuntur : omne unum et idem.

Pag. 446, *lin.* 12 : in divisione *τῆ temouguen*, cum figurâ *τῆ Brahma*. ... (*Dar kasm rad ouguen be ssourat Brahma o dar kasm satguen bessourat Beschn o dar kasm tamouguen bessourat Mehisch minomaïad.*)

In primariarum naturæ operationum ejus agentibus BRAHMA,

Digitized by Google

BESCHN attributione, idem ordo ac suprà (*N.° LXVII, p.* 316; *Annotat. p.* 590) hîc servatur : communiter de *satguen*, creatione, BRAHMA dicitur; de *Radjouguen*, conservatione, BESCHN.

Pag. 446, *lin.* 18, 20, 21, 22, 23, 25, *penultimâ* : differentia inter animas et *Haranguerbehah* .... seipsum collectionem animarum ut scivit, τὸ ego : dicit .... tres figuras habet .... *eidjad* ab (*per*) *Haranguerbehah* .... apparens fiat.

Haranguerbehah, collectionem elementorum simplicium esse notum est; hîc, animarum, et ut persona unica, τὸ *ego:* dicit : tres qualitates primariorum agentium, et actionem induit; per eum Creator operatur.

Sic, in systemate Indico, entia, agentia permutantur : quo quidem ea omnia meras esse *relationes*, quasi unici Entis agentia, modificationes, in promptu est.

Pag. 447, *lin.* 5, 6, 24 : *âtma* .... *djiw âtma* .... quatuor statibus .... *nasout* .... ab omni superior est.

Τῶν *âtma* et *djiw âtma* identitas : *djiw âtma* in quatuor hominis statibus : τῷ *âtma* qualitates, attributa.

Lin. 26, illorum; *lege :* illarum.

Lin. 27, 28 : et eum cum indicio digiti, (quòd) cum latere suo (*versùs seipsum*) facit, facit intelligere (*ve oura be eschareh angoscht be djaneb khod mifahmanad*).

Id est, ad seipsum intentus, versus, suo ipsius intuitu, τὸν *âtma* homo, quasi digito indicatum, in seipso cernit, intelligit.

Lin. ultimâ, p. 448, *lin.* 1, 2, 3, 4 : cum omnibus sensibus .... quidquid existit .... τὸ *hasti* ejus .... quidquid ab omni longè prius est, etiam is est.

Scilicet, cùm *âtma* omne sit, omnium ope, visu, sensu percipi potest.

Digitized by Google

Pag. 448, *lin.* 8, 24; *pag.* 449, *lin.* 5 : testis omnis (*entis*) est (*schahed hameh ast*).

Testis est eo sensu, quòd omnia entia existere, et tali modo, testimonium perhibet, cùm in illis existat, eis esse tribuat.

Pag. 448, *lin.* 9, τὸ; lege : τὴν.

Lin. 15, 16 : *Djibril*, et *Mikaïl*, et *Asrafil*.

Tria agentia (*pag.* 446), *Brahma*, *Beschn*, *Mehisch*, hìc ab interprete Mohammedano nominibus *Alkoranicis* decorata. Sic in vetustissimorum monumentorum versionibus quædam, memoriæ lapsu, vel mente minùs attentâ, quæ remotam eorum ætatem minimè labefactant, impugnant, inseri potuerunt.

Ibid. lin. 26; *pag.* 449, *lin.* 2, 3, 4, *penultimâ*, *ultimâ* : fundi aridi .... sine animâ .... quidquid ab eo cum τῷ *âtma* quam relationem habent? .... ab *âtma* [apparens] factum .... forma ejus est (*har tscheh az ou* [*zzaher*] *schodeh ast aain oust*).

Omnia, etiam insensibilia, ab *âtma* : undique, ubique ejus forma. Veritas, dogma, de quo dubitare nefas : quod dicam in eâ (*responsione*) dubium non est; *pag.* 449, *lin.* 1. (*Ke migouiam dar an schak nist.*)

Pag. 449, *lin.* 13, 16, 22, *ultimâ* : illud, quòd fluere .... *djiw âtma* .... *pram âtma* .... illud etiam vos estis.

Τῆ *djiw âtma* et τῆ *âtma*, in homine, qui ille (*âtma*) ipse est, cessat differentia.

Socraticæ institutionis modus (*pag.* 449-453) observari potest: interrogandò, τὸν *Fereschtehha Pradjapat* edocet, informat.

Lin. 14, 15 : testis (*cautio*) omnium sensuum est (*gavah hameh havas ast*).

Djiw âtma, cautio, testis sensuum, quo spondente, providente, existunt, facultatem sibi propriam recipiunt, exerunt, agunt.

Lin. 17 : ut secundum : *lege* : et secundum.

Digitized by Google

Pag. 450, *lin.* 18, 19 : hoc quantùm ipsi scivistis, quòd, nos nescimus, ipsum hoc scientia est. (*In kader khod danested ke namidanim hamin danaï ast.*)

Scire se nescire, scire est : subtilis, ut aliàs observavi, sed recta ratiocinatio.

Pag. 451, *lin.* 5, 6 : ipse hic intellectus (*fahmidegui*) vester .... *Brahm* est.

Inquisitione, argumentatione, verificatione, *âtma* comprehenditur : ipse intellectio, intellectus, per se, hominis est, sese mentibus infundens, suî imaginem, formam, entis communicatione, animis impertiens, imprimens.

Lin. 15, 16, 17 : cum τῷ *Oum* τὸν *âtma* videtis : in hoc verbo ullum dubium non afferatis ... et *Brahm*, *âtma* est, et *Oum*, *âtma* est.

Indici systematis dogma fundamentale, sine dubitatione tenendum : *âtma* et *Oum* ejus nomen, verbum, unum et idem ; scilicet *Brahm*, Ens supremum.

Lin. 19, 26, *ultimâ*; *pag.* 452, *lin.* 3, 8, 12 : Hic *âtma* in vocem ... *pran*, et *apan* ... sine simili .... cum τοῖς *Oupnek'hathaï* .... *hens* .... *adjpa* .... videatis.

Nec sensu, nec intellectu, ut jam dictum, solâ τῇ *Oupnek'hat* lectione, meditatione *âtma* cognoscitur.

Pag. 452, *lin.* 6, (*pro*); lege : (*præ*).

Lin. 8, 12 : *hens* .... *adjpa* .... videatis.

Samskreticè *hens*, anima, flatus. Hîc *hens adjpa*, *pran*, spiritus, halitus est, cujus sonus graficè exprimitur.

Respiratione vivunt omnia animantia ; respiratio *âtma* est. Per *âtma* ergò fluentia sunt ; mystérium his verbis redditum : *ego id sum; id ego sum* : scilicet, adspiratio et expiratio.

Digitized by Google

Pag. 452, *lin.* 23, 24, 25 : quidquam acquisitum non est .... benè invenistis.

Scilicet, propriè nihil ab *átma* provenire, eum unicum esse, existere, cognoscendo.

Pag. 453, *lin.* 7, 9, 10 : quòd, videmus, à τῷ expositum facere illud timemus .... quæstiones multùm fecerunt, considerationem faciunt.

In disceptationibus, Indi modum interrogandi servant, etiam responsis non contenti, novis quæstionibus abstinent, nisi magister ad id eos incitet, hortetur. Merces ab Indis exquirunt Europæi; temperantiam, placidum animi habitum, urbanitatem dedignantur avidi mercatores, aut bellatores quæstuosi.

Lin. 17, 18 : *átma* .... Proindè *átmaï*, quòd, scientia pura sit .... quo loco.

In Ente supremo, substantia et qualitas, attributum, unum quid. *Atma* nullo loco; proindè scientia pura, quæ *átma* est, etiam loci expers.

Lin. 23, 24, *ultimâ*; *pag.* 454, *lin.* 7 : *pranou* etiam quatuor status habet; et *átma* etiam quatuor status habet ... seipsum est, sciat .... cum eo (*ad eum*) perveniat.

Τῆ *átma* et *pranou* (*Oum*), nominis Dei, secundùm eorum quatuor status, comparatio. Quatuor τῆ *pranou* (*Oum*) *matraï*, distributivè filum quo omne in naturâ, textum; ens seipsum dans; scientia, sine secundo; vicinum, testis.

N.° CLXXXI.

Pag. 454, *lin.* 9, 10, 11 : cum absolutione (*ad finem*) pervenit [*Oupnek'hat*] *Nersing'heh átmaï*, quod excessum (*infinitatem*) temporis habet (*ke nehaïet vakt darad*), et terminus

Digitized by Google

graduum unificationis, et scientiæ mysticæ .... est (*o montehaï marateb tohid o tossouf ast*).

Agiturne de materiâ in *Oupnek'hat Nersing'heh âtma* tractatâ, vel de ætate compositionis? primum, ab origine mundi: secundum, antiquissimum, sed è tribus primis *Beid* excerptis posterius; cùm quatuor *Beidha* ultimum sit *Athrban Beid*, undè *Nersing'heh âtma* desumptum.

At verò τῶν *Oupnek'hat unicitatem* Entis docentium catalogo[1] isto τῦ *Nersing'heh âtma*, leonis omnia deorsùm ferentis, in se absorbentis, nullum aptius, rei convenientius finem poterat imponere: nec mirum in *Institutes* of MENU, antiquissimo monumento, generaliter τὰ *Oupnek'hata* sæpiùs laudari, ut opus sacrum inprimis legendum commendari. « With various modes « of devotion, inquit τῶν *Institutes* redactor[2], and with austeri- « ties ordained by the law, must the whole *Veda* be read, and « ABOVE ALL THE SACRED UPANISHADS (OUPNEKHATS), by him, « who has received a new birth. »

Qui enim mysticam et contemplativam τῶν *Institutes* partem attentè perpenderit, cum *Oupnek'hat*, præcipuè quod ad entis *unicitatem*, et intimam hominis cum unico Ente communionem,

---

1. De Ente illo supremo, cuncta in se absorbente, Indi intelligerent, quod sic dicitur, in cœlesti prece, supremo magistro edocente, de *Patris regno : Pater noster .... adveniat regnum tuum .... panem nostrum supersubstantialem da nobis hodiè* (πάτερ ἡμων .... ἐλθέω ἡ βασιλείά σῦ .... τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. MATTH. *VI*, 9, 11.) Deus primùm, solùm : cætera, homini, hoc in mundo, necessaria, secundùm, subsidiaria, verè nulla.

2. INSTITUTES *of Hindu law or the Ordinances of* MENU, *according to the Gloss of* CULLUCA, *comprising the Indian system of duties religious and civil; verbally translated from the original Sanscrit, with a preface, by* SIR WILL. JONES, *Ch.* 2, *on education; or on the sacerdotal class and the first order. Edit.* 1796, *N.*^os^ 165, 140, *p.* 38, 35, *Works of* JONES, *T.* 3, *pag.* 106, 102.

Digitized by Google

in id demersionem, istius pretiosi libri doctrinam apprimè concordare, facilè deprehendet : quemadmodùm quatuor sensus à criticis S. scripturæ commentatoribus admissos; scilicet, *litteralem, allegoricum, moralem* et *anagogicum* (quo ea, quæ fiunt in terris, significant ea, quæ fiunt in cœlis [1]), in *τῶν Beidha*, et eorum

---

1. Nic. Le Gros, *S. T. D. et Eccles. Rhem. Canonici, Tractatus Theologicus de scripturæ sacræ sensu multiplici* (1760), *p.* 4, 17, 19, 20, 22, 25. Opusculum aureum, sicut omne quod è pii et docti illius theologi manu egressum : in quo clarè et dilucidè veram Ecclesiæ, SS. Patrum, ipsius S. scripturæ, in textûs sacri interpretatione tradit methodum; modo quidem *scholastico*, proindè *asperiusculo*, sed qui objecta et responsa, ordine, pressim, litterariâ quâdam adhibitâ, verbis *technicis*, luctatione, offerendo, discutiendo, obscuritatem, caliginem, *didacticâ* ratione, tutiùs, longiùs pellit, solidamque rerum notitiam menti altiùs imprimit.

Brevis istius *compositionis* versionem Gallicam cum notis, utile visum est, ad calcem addere ejusdem theologi operis eximii, latinè scripti anno 1728, et editi (*Tractatus dogmaticus et scholasticus de Ecclesiâ*, 2 *Tom. in*-8.°) anno 1782; quod jam, quatuor constans voluminibus in-4.° (unoquoque 600 circiter pag.), typis mandari queat, sub titulo

„ Traité dogmatique et scholastique de l'Église, *traduit du latin de M.* „ Le Gros, *Chanoine de l'Église de Reims, Docteur de la faculté de théologie de* „ *cette ville, et Professeur en théologie au séminaire du clergé de Hollande à* Amers- „ fort :

„ Augmenté de quelques additions de l'éditeur (ex apographo abbatis Du „ Pac de Bellegarde,) et accompagné de notes théologiques, historiques „ et critiques; dans lesquelles les *questions* traitées par l'auteur sont présentées „ sous un nouveau jour, ses *raisonnemens* développés, et qui offrent sur la matière „ de l'Église, pour l'*Orient* et l'*Occident*, au *sacré* et au *prophane*, touchant les „ *faits* et les *opinions*, un ensemble qui renferme 1800 *ans*, par Anquetil du „ Perron, *disciple de l'auteur, en* 1750, *à* Rhinwyck, *près d'Utrecht, en Hollande;* „ *depuis, voyageur aux grandes Indes, ancien pensionnaire et directeur de la ci-devant aca-* „ *démie royale des inscriptions et belles-lettres.* (Quo semel est imbuta recens servabit „ odorem Testa diù. Horat.) " *Tractatus theologicus* duobus primis voluminibus continetur; *notæ*, duobus ultimis. Extincta fermè dici possunt, in Galliâ, mores

Digitized by Google

doctrinæ; datâ in *Oupnek'hat* expositione, reperiet genuinæ Indicorum monumentorum significationis et notionis sedulus, eruditus, sagax et sapiens inquisitor.

Coronidis loco sit quod in iisdem *Institutes* legitur: [1] « Thus the « man, who perceives in his own soul the supreme soul present « in all creatures, acquires equanimity towards them all, and « shall be absorbed at last in the highest essence, even that of the « almighty himself.

« Here ended the sacred instructor, and every twice born man, « who attentively reading this *Manava sastra*, promulgated by « BHRIGU (è primoribus Indorum doctoribus), shall become « habitually virtuous, will attain the beatitude which he seeks. »

Mihi autem veritatis inprimis studioso, viriumque debilium conscio, cum oratore philosopho, qui quidem peragenda an-

---

et relligio. In *Bacchanalibus* anni 1802, tribus ultimis diebus (*dominic. lun. et mart.*), vestitu, gestu et cantu, modò ecclesiastico, modò turpi et obscæno, à larvatis, tuente militari *politiæ* turmâ, ipsa etiam *Christianismi sacra* (Eucharistiæ distributio) mimicè et publicè, per compita et vicos, Parisiis fuerunt simulata et derisa. Mali excessus aliquandò finem prænuntiat. Deus semper idem, summè potens, et summè benignus. Nil proindè desperandum. At spissis involuta tenebris jacet Ecclesiæ materia, præsertim quod ad *hierarchicam administrationem*, *curiæ Romanæ prætentiones*, *schisma generale vel particulare*. Luctuosis istis temporibus, ubi duplici servitute, *temporali* ab administratione, *spirituali* à curiâ Romanâ (*vide allocutionem* [28 maii 1802] PII VII. MONIT. 19 *prair. an* 10, *p.* 1065), pressa gemit Christiana relligio, ubi doctor nullus, nullus propheta in Israël, nihil fortè magis ad bonum publicum, reipublicæ pacem, veterum principiorum reditum, faceret, quàm fidi æquè ac eruditi theologi D. LE GROS, qualem propono, de Ecclesiâ tractatus. *Manuscriptum*, *curas meas*, *laborem meum* simpliciter offero, nihil indè *lucri* sperans, nihil absolutè requirens. Relligiosum, pium aliquem animum ad faciendas *impressionis impensas*, incitare dignetur DEUS O. M!

1. IBID. *ch. the* 12, *on transmigration and final beatitude*, *N.*^os 125, 126, *édit.* 1796, *p.* 362. *Works of* JONES, *T.* 3, *pag.* 461, 462.

Digitized by Google

nunciat, ego autem peracta commemoro, liceat hic dicere [1]: τὰ *Oupnek'hata ut potui explicavi, nec tamen quasi Pytius Apollo, certa ut sint et fixa quæ dixerim, sed ut homunculus unus è multis, probabilia conjecturâ sequens : ultrà enim quò progrederer, quàm ut probabilia viderem non habui. Certa dicant ii, qui et percipi ea posse dixerint, et se sapientes esse fuerint professi.*

Parisiis, 8 martii 1802.

---

1. CICERO, *Tusculan. quæstion. lib.* 1, *cap.* 9 (1562), *fol.* 12 *verso.*

Digitized by Google

ANIMADVERTENDA ET CORRIGENDA QUÆDAM IN ANNOTATIONIBUS.

Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur [1].

Isto Apostoli verbo *Retractationum* librum incipit, eruditus æquè ac profundo ingenio, acri et certo judicio vir, magnus *Augustinus* [2]. Hîc propriè de *retractationibus* non agitur, sed de nævis, spalmatibus, omissis, soli auctori, fortè minùs attento, plerùmque tribuendis, quæque lector diligens rerum indagator, accurationis amans, in opere philosophico correcta ut inveniat semper *optabit.*

Pag. 458, *lin.* 23-26 : quatuor lineæ caractere communi, non italico, exceptis agentium nominibus, scribendæ.

Pag. 461, *not.* 1, *lin.* 1, *Haarets;* lege : *haarets.*

Pag. 467, *lin.* 16, *daroust;* lege : *doroust.*

Pag. 478, *lin.* 2, quoad; *lege :* quod ad.

Ibid. lin. 22, naturalia; *lege :* moralia.

Pag. 531, *lin.* 13, dentes; *lege :* [dentis]; *lege*, dentes.

Pag. 534, *not.* 1, *lin.* 3, *vaiehiken;* lege : *vaiehi ken.*

Pag. 537, *lin. penultimâ*, abstringeretur; *lege :* astringeretur.

Pag. 543, post lin. 3 *adde : Pag.* 77, *lin.* 23, quòd; *lege*, *quòd.*

Pag. 546, *lin.* 16, et malum; *adde :* (*infrà p.* 693).

Pag. 550, *lin.* 19, tres; *lege :* Tres.

Ibid. lin. 27, *Bramt scheker;* lege : *Brahm tschekr.*

Pag. 559, *lin.* 15; 112, 3.... lege: 112, *lin.* 3.

Pag. 563, *lin.* 16, *bona opera; lege :* bona opera.

Pag. 567, *lin.* 13, *cui;* lege : *ceu.*

Pag. 570, *lin.* 21, conjunctum *adde not.* [1]

[1] Hîc in memoriam redit Apostoli effatum : *Sive prophetiam, se-*

---

1. εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. 1 Cor. XI-31.

1. *Oper.* (1679), *T. I, col.* 1.

Digitized by Google

cundùm rationem fidei. εἴτε προφητείας, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Rom. *XII*, 16.

Pag. 582, *not.* 3, *lin.* 6, ὄψουται; lege : ὄψονται.

Pag. 586, *post lin.* 16, adde : *Pag.* 128, *lin.* 7, *khindi;* lege, *kindi.*

Edd. pag. 586; *lin.* 20, duribus; *lege :* duris.

Pag. 604, *lin. penultimâ, ultimâ :* tribus (Baldæus .... *p.* 438); adde : *suprà* N.° CLXII, *p.* 356.

Pag. 605, *lin. penultimâ,* comparatione : *lege :* comparatione; scilicet, ignem è duobus lignis .... eliciendo, *maschghouli* exequendi modus datur.

Pag. 609, *lin.* 15, babulci; *lege :* bubulci.

Pag. 624, *lin.* 26 : *Lin.* 11; lege : *Pag.* 209, *lin.* 11.

Pag. 630, *lin. penultimâ, ultimâ : Ektesis;* lege : *Extesis* (Monit. 17 *germ. an* 10. Conseil d'État, *p.* 794, N.° III-VI).

Pag. 634, *lin.* 1, *a dzekr a madzkour ieki schavad;* lege : *o dzekr o madzkour ieki schavad.*

Pag. 636, *post lin.* 8, adde : *Lin.* 18 : retinere sensus prævalens ....

Fortunatos sæculi, desideriis, necessitatibus expletis, sensibus immersos, nihil nisi præsens attendentes, sapientem Indum irridere video. O miseram, exclamat scabiosus, speciem humanam, quæ titillationis acumen non sentiens, remedii, scalpendo, voluptatem nescit degustare!

Lin. 19, *âtma,* adde : (*suprà,* N.° XCIII, *p.* 27; N.° XCIV, *p.* 29).

Lin. 20, *p.* 154); adde : N.° CLXII, *p.* 356).

Pag. 693, *lin.* 16, *kanir;* lege : *khamir.*

Lin. 20, *schiscehra;* lege : *schischehra.*

Lin. 22, *namuodeh;* lege : *namoudeh.*

Pag. 640, *lin.* 8, septem sonorum; adde not. [1]

[1] Sic de septem Indorum sonis loquitur celeb. Jones, qui eorum systema musicum, τῷ Rama ætate inventum, perhibet [1].

---

1. *The musical modes of the Hindus, written in* 1784, *and since much enlarged, by the president* (Will. Jones); *Works, T. I, p.* 433.

Digitized by Google

« Their [1] (of the *Hindus*) language readly supplied them with names for the seven *swaras* (sour), or sounds, which they dispose in the following order, *shádja*, pronounced, *sharja*, *rĕshaba*, *gándhára*, *madhyama*, *panchama*, *dhaivala*, *nishada;* but the first of them is emphatically named *swara*, or the *sound*, from the important office, which it bears in the scale; and hence, by taking the seven *initial letters* or syllables of those words, they contrived a notation for their airs, and at the same time exhibited a gamut, at the least as convenient as that of GUIDO : they call it *swáragrámá* or *septaca*, and expresses it in this form.

« *Sa*, *re*, *ga*, *ma*, *pa*, *dha*, *ni.*

« Three of which syllables are, by a singular concurrence, exactly the same, though not all in the same places, with three of those invented by David Mostare, as a substitute for the troublesome gamut used in his time, and which he arranges thus :

bo, *ce*, *di*, *ga*, *lo*, *ma*, *ni.*

Pag. 642, *lin.* 25, *djar;* lege : *djor.*

Pag. 643, *lin.* 24, *tschaharum;* lege : *tschaharom.*

Pag. 644, *lin.* 15, *badanad;* lege : *bedanad.*

Pag. 649, *lin.* 4, *n.* 3); *adde* not. [1].

[1] *Duæ habitationes*, ait S. AUGUSTINUS (*primo loco cit.*), *una in igne æterno, alia in regno æterno. Puta quia in* IGNE ÆTERNO, *aliter ille, aliter ille torquebuntur : ibi erunt tamen; ibi omnes cruciabuntur, minùs ille, plus ille.*

ID. (2.° *loco*) « *Hoc novum in Ecclesiâ, priùs inauditum est, esse vitam æternam præter regnum cœlorum, esse salutem æternam præter regnum Dei. .... Venturus Dominus, et judicaturus de vivis et mortuis, sicut Evangelium loquitur, duas partes facturus est, dextram et sinistram. Sinistris dicturus* (MATTH. XXV, 33, 34, 41) : Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo et angelis ejus. *Dextris dicturus :* Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis

1. IBID. *p.* 425, 426.

Digitized by Google

paratum est ab origine mundi. *Hâc regnum nominat, hâc cum diabolo damnationem.* NULLUS RELICTUS EST LOCUS, UBI PONERE QUEAS INFANTES .... *Ergò qui non in regno, procul dubio* IN IGNE ÆTERNO .... *Quandò confiteris* PARVULUM *non futurum in regno, fatearis futurum* IN IGNE ÆTERNO. *Regnum enim cœlorum est vita æterna.*

Pag. 650, *not.* *, *lin.* 1, *lisne*, lege : *lifne.*

Pag. 651, *not.* 3, *lin.* 2 : ἀιὀδοὶ; lege : αἱ ὁδοὶ : *lin.* 4, καὶ δι' αὐτοῦ ὅτι ἐξ αὐτοῦ; lege : ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ.

Pag. 653, *lin.* 18, per agendum; *lege :* peragendum.

Pag. 655, *lin.* 13, *pag.* 225), adde : et *infrà*, SUPPLEMENTUM, *N.° IV.*

Pag. 656, *lin.* 9, gerens; *lege :* gerit.

Pag. 662, *lin.* 22, (*fuerint*); lege : (*fuerunt*).

Pag. 664, *lin.* 21, *korbam;* lege : *korban.*

Pag. 665, *lin.* 3, 6, *spinosismus* .... Indico tamen modo intellectus, *adde* not. [1].

[1] SPINOSAM facilè suum Indi agnoscerent, qui [a], *unam* tantùm *substantiam* ac varios ejus *modos* in naturâ admittens, et peccatum merum quid *negativum* asserens, nihilominùs rerum ordinem servat, jura entium tuetur. *Quantùm ad politicam spectat*, inquit subtilis iste philosophus [b], *discrimen inter me et* HOBBESIUM *de quo interrogas, in hoc consistit, quòd ego* NATURALE JUS *semper sartum tectum conservo, quòdque supremo magistratui, in qualibet urbe, non plus in subditos juris, quàm juxtà mensuram potestatis quâ subditum superat, competere statuo, quod in statu naturali semper locum habet.*

Indè ipsi præcepto, ac proindè mercedi superiores SPINOSA homines agnoscit; scilicet, *omnes* [c] *qui sunt suprà legem, hoc est, qui virtutem non ut legem, sed ex amore, quia præstantissima est, sequuntur.*

---

a. Oper. posthum. (1677), *Ethica*, *part.* 1, *p.* 1, 2, 4-7, 11, 12, 13, 19, 23-49. *Epist. et ad eas respons. p.* 398, 466, 478, 483.

b. ID. *Epist.* 2 *jun.* 1674. *Hag. Comit. p.* 557.

Vide ejusd. *Tractatum theologico-politicum* (1670), *cap.* 16, *p.* 175-179-181-186.

c. ID. *Oper. posthum. p.* 481. Quemadmodùm in *Spinosâ*, sic plura in *Kabbalistis* fortassè ex Indiâ petita, præsertim quæ ad rerum originem pertinent, suo calculo

Digitized by Google

Quòd si rationem, qualis in homine, cum ratione, qualis in Deo, conciliare, aliquandò difficile videatur, nihil tamen indè eruet, quod societati, relligioni, moribus obesse queat, intrà limites præscriptos stare sciens, rectus æquè ac sapiens animus. Aliud est *metaphysicum*, aliud rectorem, administrum, simpliciter hominem agere. Doctè qui-

---

probarent *Brahmanes*, alienarum opinionum hostes minùs, quàm incuriosi, et à sententiâ persæpè voluntatem, opus ipsum longè distare optimè scii.

Inter philosophorum istorum scripta eminet liber ZOHAR (*splendor*), ubi *de Deo, ejusque essentiâ et attributis, sive nominibus; de .... angelis bonis et malis, nec non de animâ hominis, ejusque origine et statibus* (KNORR. à ROSENROTH; *Kabbala denudata*, *T.* 2 [1684], *Præfat. p.* 5, §. 8), sermo est; antiquus et famosus in quinque libros MOSIS, commentarius, auctore (ut perhibent, 1.° ær. Chr. sæculo), saltem quod ad præcipuam partem, R. SIMEON *ben* (filio) JOCHAÏ (*lib. cit. p.* 3, 4, §. 4, 6), quo continetur *Doctrina Hebræorum transcendentalis et metaphysica, atque theologica. Opus istud antiquissimæ philosophiæ Barbaricæ variis speciminibus refertissimum cum Oupnek'hat*, vero *Zohar Indico* (uti et ipsum *Zohar Judaicum Oupnek'hat* rectè diceretur), *Kabbalisticæ*, *Rabbinicæ*, etiam *Gnosticæ* formæ, indolis (S. IRENÆI *Oper.* [1710] *contrà hæres. lib.* 1, *cap.* 1-7, *p.* 5-35) rationem habendo, conferre, arduum quidem incœptum foret, at utile, et solidè rebus, scientiis, opinionibus erudito, haud inficetum.

Sufficiat nunc prætiosum istum Judaici ingenii fetum, MANTUÆ, an. 1558, in-4.°; CREMONÆ 1559, in-folio; inprimis autem AMSTELODAMI (1728), integrum, 4 vol. in-8.°, Hebraico-rabbinicè typis mandatum, et varia KABBALÆ DENUDATÆ vel ex ipso ZOHAR, vel ex aliis rabbinicis tractatibus desumpta loca (*Præfat. p.* 8.), in quibus de materiâ suprà dictâ agitur, hîc indicare. In vasto, caliginoso, difficili mari, insulas, quasi specula, mansiones sparsas, quandoque offendere viatori, itinere fesso, solatium est.

ostendant (illud operentur); et hæc quàm multa opera τὸν GUERHEST *oportet (facere); flore odorem faciat (flores odoretur), et super caput (illum) percutiat (capiti imponat); et ornamentis ex inauri, et annulo, et metacarpi (manili), et aliis, permissum est (convenit) quòd opertus fiant (fiat), et vestem pretiosam induant; et oleo super capite et corpore obliti fiant; saltationem faciant, et cantum loquantur; et diversa instrumenta pulsent; et intuitum super res, quòd visus ex iis lætitiam obtineat, fecerint; et fructus amœnos comedant, et edulium amœnum, sicut carnem, et oryzam, et alia, et (cibum) stupendum comedant; et res quòd cum τῷ lambere eam oblectati fiant, ut mel et alia, lambant; et aliquid quod sugunt, ut arundinem saccaream et* ANBEH *(manguè), et alia sugat; et bibendum, sicut* SCHERBET, *et lac, et simile iiis bibat; et commercium cum feminis habeat, et omnem voluptatem quòd velit, et cum mulieribus legitimis suis contentum (se) faciat, et cum mulieribus extraneis cum intuitu cupiditatis carnalis (eas) non intueatur: et* GUERHESTI, *quòd meritum (opera mercede digna), et opes, et desiderium (suum) acquisitum fecerit, is etiam in hoc mundo quietem (beatitudinem) facit (obtinet), et etiam in illo mundo locum obtinet, quòd puri illic obtinuerint, et* GUERHESTI, *quòd illecebras (cibum) è carne super habet (auſert),* DEHRAM *suum servatum habet, desiderium cordis omne derelictum facit, cum* SOURK *(ad cœlum, paradisum) ire ei difficile non est.*

Tertius (status) BANPEREST, *illud est, quòd, posteà quàm cum modo τῇ* GUERHEST *vita ostensa fuerit, cum* TIRTHA *(ad loca devotionis) eat, quod meritum multum habet, et cum (ad) maria (flumina) celebria, et fontes magnos, et cum (in) loca inculta (deserta) vadat, quòd nomina illorum in loco suo dictum est, illius modi deserta, quòd in illic cervus, et bos et bufalus, et sus et sturnus, et elephantes silvestres multùm; ut, cum (hoc) loco ut iverit, servitium (cultum) et pœnitentiam faciat, quòd animalia et herbæ in illo sint; et vestes et cibum, et alias res, quæ in loco culto productum sit, derelinquat, et granum et fructum, et radicem herbæ, et folium arboris, quod in deserto productum sit, comedat, sed parùm; et super terrâ som-*

Digitized by Google

num faciat, sine illo quòd quidquam extendat, qualia folia et herbam, et super lapidem, et arenam, et cinerem recubitum faciat; et indumentum è bove sylvestri et pelle (animalium), et pelle arboris conficiat; et capillos capitis, et barbam, et mystacem, et ungues, et capillos[1] *axillæ et umbilici, omnes derelinquat (negligat), et quoque die tribus vicibus lavationem faciat; et* POUTSCHA *(sacrificium floribus, suffimento) et* HOUM *non prætereat; et reptile et lutum ipse auferat, et locum suum scopis purget (verrat): et oportet quòd à calore et frigore et pluviâ in corpus ejus vulnera cadat (cadant), et pellis findatur; et (per) genuum flexiones (humi dejectione) diversi generis, et pœnitentias duras pellis super corpore et sanguis in venis ejus siccum effectum sit, et pellis et ossa (solùm) maneat: et forma (corpus) ejus cum vi studii et rectitudinis super pede sit (firma stet); et cum hoc vitæ modo, quòd (Deus) benignus statutum dederunt, quisque* BANPARASTI *quòd vitam ostendit, peccata et offensiones suas hoc modo comburit, quòd ignis festucas; et illa persona mundos victos facit, quòd ulla persona super illos mundos prævalens non venerit.*

Quartus status SAÑIAS *est, et quicunque gradum tẽ* BANPARAT *ut peragratum fecit,* SANIASI *sit, oportet, quòd primùm ignem et opes et mulierem, et illud quod necessario requisitum his quibusque tribus est, seipsum ab (isto) omni liberum faciat, et laqueum addictionis ab omni abrumpat; illo tempore viam tẽ* SANIAS *antè capiat, et luti gleba et aurum antè eum æquale sit; et cum re aliquâ, quod ex opibus et merito et desiderio acquisitum fiat, cum ullo quocunque illorum operum cor non liget; et amicus et inimicus, et ille qui non amicus et inimicus, juxtà eum æqualis (par) fiat; et cum ullo animanti è familiâ animalium et filiarum cum corde et linguâ, et animal rapax malum non meditetur et malum non pervenire faciat; et uno loco stationis locum determinatum non efficiat, et mansionem non faciat, quin imò in montibus et littore marium (fluviorum) versatus sit, et in umbrâ (ad umbram) arborum, et protectione* Bot

1. IBID. *fol.* 431 *verso.*

Digitized by Google

khanha (*idolorum domuum*) *iter factum fuerit; et si transitus ejus in urbem cadat, plus à* (*quàm*) *quinque noctibus in illic non sit, et in pago plus ab unâ nocte non maneat: et in domibus* (*ad domos*) *τῶν* BRAHMNAN *puro opere sanctificatorum cum modo mendicationis eat, et super portâ domûs ejus* (*eorum*) *stet, et petitionem non faciat, si aliquid ex edulio propter eum afferunt, quantitatem sufficientem ex eo comedat; primùm invidiam et iram, et cupiditatem, et superbiam, et addictionem, et avaritiam, et astutiam, et hypochrisim, et falsitatem, et opprobrium homini facere, et malum cum aliquo facere pervenire, hæc reliqua* (*postrema*) *profectò à se longè faciat; et quisque* SANIASI *qui talem procedendi modum ostendit, quòd quisquam ab eo non timeat, is etiam à quoquam non timebit; et quemadmodùm τῷ* BRAHM TSCHARI, *et* GUERHEST, *et* BANPEREST *servitium ignis jusserunt,* ὁ SANIASI *hunc ipsum ignem interiùs servatum habeat; et ex edulio quod cum mendicatione sine petitione acquisitum facit,* HOM *faciat; et* SANIASI *qui talia opera facit, is in* BRAHM LOK *vadit, et quisque* SANIASI *cum procedendi modo quod memoratum est vitam* (*qui*) *ostendit, et puritatem ostendit, et desideria cordis præterit, in* BRAHM LOK *cum luce purâ conjungitur, quod in colore* (*specie*) *ignis est, sine fumo et in illic ullum malum non est.*

Vide, super quatuor perfectionis statibus, eundem librum MAHABAR. *fol.* 409 *r.* 412 *r. v.* De GUERHEST dicitur (*fol.* 412 *r.*) : *Quandò robur cum perfectione advenit, et gradus pubertatis manum dat, mulierem solidam et nobilem, capite firmato, puro corpore et morum habitu, quæ è familiâ magnâ sit, velis* (*voca, quære*), *ab illâ muliere prolem provenientem fac, quòd animæ majorum lætæ fiant; et nomen cum puritate super afferat.*

Cùm autem verus SANIASI et DJOGUI unum sint, hujus perfectionis gradûs fusiorem expositionem dare operæ pretium duco. Sic legitur in *Mahabar.*[1] : *BRAHMEN BHIGAM dicit quòd SANK, quòd dominus sit, τὸ DEHIAN TSCHOGUE in BEID τὸ SANIAS dicunt: et τὸ SANK O TSCHOGUE duæ viæ sunt, quòd plures cum illis opus faciunt* (*eas sequuntur*),

1. 12 *Porb.* 2 *part.* 436 *v.*

Digitized by Google

et plures non faciunt; et illud quod ex his duabus viis à scientibus auditum esse (est), quòd, quisquis τὸ SANK *et* TSCHOGUE *scit, cor ejus quietem et stabilitatem habeat, et super halitum (*NAFS*) victor (superior) sit, et rectum dicat, et honoratum ignem faciat, et à productione (creaturâ) longè sit, et cor suum perpetuò in memoriâ Dei junctum det, et ab omni (quòd) non oportet longè sit, et patientiam omnis rei faciat, et artem (modum) aliorum destructam non reddat, et malum non dicat; et parum comedat, et parum verbum loquatur, et in gravitate (gravis) sit, et si tam multas artes considerat, hæc omnia unus modus τῦ* TSCHAK *(sacrificii) est, et hæc* PAR (PRA) PRAT TSCHAK *dicunt : et nunc* PARPRAT TSCHAK *dictum fiat; et illud id est, quòd, cùm* BRAHM TSCHARI *perpetuò in memoriâ Dei* MASCHGHOUL *(meditans) sit, hæc opera ab eo super latere efficiatur (semoveantur), et illæ res quòd ei præceperunt, quòd oportet fecit (faciat), in hoc* TSCHAK *singulas præterit (illas omnes supplet); et post ab invenire* MARK PRAK, *id est, benedictionem, plures res* BAKT *et plures* ABAKT *fiant, id est, manifestæ et occultæ; et propter hunc modum primùm sedis locum bonum (habere) oportet, et super illam terram herbæ monticulum (fasciculum) extendat, et in medio interstitiorum digiti manûs etiam monticulum consideratum habeat (intueatur), et somnum etiam super monticulum faciat, et seipsum cum monticulo operiat, et sic sit, quòd in medio monticuli absconditus efficiatur : et delicias sensuum quinque,* NEMESKAR *(oratione) dictâ, abjectas faciat, et oportet quòd ullum vestigium ex illis in corde servatum non habeat, et cor super fixum (stabile) habeat, et petulantiam non faciat, et cor collectum ut reddidit, conatum faciat, quòd* PRHAMROUP *perveniat, et* AFSOUNI *(incantationem, precem, formulam), quòd cordi ejus gratum veniat, illud ipsum continuam occupationem suam reddat, et* DEIOUTEH, *quòd* MOKEL *(præfectus) super illam incantationem est, amicum ut quæsivit, protectionem cum (ab) eo ferat; et cor rectum reddat, et cum continentiâ et pœnitentiâ super sensus præpotens veniat, et à* DOUIKEH O KAM [1], *id est, malum in-*

1. Samskreticè, *doueschi*, inimicus; *douescham*, odium, asperitas; *douescha karanam*, odisse; *douhoukam*, contristari, gemere.

Digitized by Google

ferre cum aliquo, et cupiditatem suam transire faciat; et è lætitiâ et mœrore transeat; et talis [1] *sit, quòd ex adversitate mœrorem capiens non efficiatur, et cum acquisitione desiderati lætus non fiat; et cum ullâ re appropriationem non sumat (nulli rei hæreat), quin imò in tristitiâ (afflictione) et felici statu, unico modo maneat; et è* KARM [2] *et* KAREH [3]*, id est, è turbido et alkali, et simile illis ullam rem non faciat; et cor cum proprio aspectu, quòd illud* AHENGAR *dicunt, non det (tradat); et opes et magnificentiam derelictum faciat; et cum ullâ personâ, in conventu et reliquo (loco) contemptum non advenire faciat: et semper cor super immersione in memoriâ veri excelsi (Dei), quòd illud* DEHIAN *dicunt, ponat; et cùm τὸ* DEHIAN *in opus adducit, illo tempore sciens peritus efficitur; et certam scientiam suam in* DEHIAN *recto habeat, et postremò eundo, eundo (progrediendo), sic sit, quòd à* DEHIAN *etiam separatus maneat, et in ente (substantiâ) veri Domini supremi annihilatus efficiatur, quòd illud in linguâ* INDI SAMA DEHAN [4] *dicunt; et cùm hic status facilis sit, illo tempore propter derelictionem omnium rerum quietem totam (integram) obtinet, et ullum desiderium in corde non manet; et illa persona in hoc situ et statu si moriatur, habilitatem illam habet, quòd ad gradum (præstantiam) τῦ* BRAMHA *perveniat, et* BRAMHA *sit; et si cor ejus hunc gradum etiam non vult, et passum è* BRAHM LOK (τῦ BRAHM *paradiso) anteriùs ponit, et in mundum* ABAKT*, quòd illum* PRAM BRAMAH *etiam dicunt, pervenit, et merces ejus hæc est, quòd posteà non moriatur, et nata non fiat, et illo tempore cor in Deo habeat, et immersa fiat, ità ut ab ullâ re nisi à Deo nuncium non habuerit, et creaturam omnem miseriam et morbum sciat; et oportet quòd illud, quod impressum (è)* RADJOUGUEN *est, à se sic longè reddat, quòd vestigium illius ullo*

---

1. MAHABAR. *fol.* 437 *r.*

2. Samskreticè, *karma*, remedium, secretum, remediorum compositio; *karma karanam*, remedii sumendi modus : *karma janyâ tischayaha*, bona vel mala fortuna, sors.

3. *Kharvaha*, vel *vamanaha*, parvus, collectus, contractus. *Vamanam*, vomere, vomitus. *Vamana kriya*, vomitum excitare. *Vamana vidya;* quædam magiæ species. Scilicet chimicis et magicis operationibus non incumbat.

4. *Suprà*, *T. I*, *N.° II*, *p.* 11.

Digitized by Google

modo in eâ non sit; quandò cum hac qualitate prædita fiat, probata ROUB ANAMAN *obtinet, et omne illud sit.*

Prolixam istam quatuor perfectionis Indicæ statuum descriptionem si cognovissent, et attentè perpendissent Europæi missionarii; spalmata quæ in Indorum doctrinâ occurrunt, vitia quibus inquinantur diversæ eorum sectæ, etiam vita communis, tutiùs et leniùs increpassent: cùm, quibusdam nominibus mutatis, nihil hîc appareat sublimioribus et severioribus relligionibus indignum, et quod ad praxim ubique contrà suam fidem, conscientiam agat imbelle, dicamne falsum, humanum genus.

Absolutâ τῇ OUPNEK'HAT versione, et ad finem perductis, quæ opus illud, è quatuor BEID extractum, illustrant, commentariis, ut certius orbi erudito, quid, indè ab initio, meum propositum fuerit, innotescat, et juvenum Orientalis litteraturæ studio, nec non antiquorum monumentorum inquisitioni, quin et periculosis, longinquis itineribus, rei solius amore, sibi ipsis præsertim, non autem administrationis, protectorum, etiam academicorum promissis fidendo, firmiter, solidè deditorum, quæcumque sit natio, doctum ardorem foveam, iis animos, stimulos addam, duas hîc indicabo epistolas, ad illustrissimum Comitem de CAYLUS, præstans R. Inscript. et human. litter. Academiæ membrum, strenuum et munificum scientiarum cujusvis generis fautorem, à me directas; quæ quidem in libro, ubi certè non quærendæ forent[1], reperiuntur.

In primâ, *Orient.* 15 *decemb.* 1754, scriptâ, τῆς *Brahmanas* invisendi, cum iis colloquendi firmum consilium; in secundâ, *Suratæ*, 19 *jun.* 1759, *Zorastris libros è Zendicâ* linguâ Gallicè versos, et libros VEDES quærendi, eosque Gallicè reddendi propositum annunciabam.

Utrumque, quemadmodùm è patriâ solvens, promiseram (*Extr. du*

1. *Lettres inédites d'Henri IV, et de plusieurs personnages célèbres, tels que* FLÉCHIER, LA ROCHEFOUCAULT, VOLTAIRE, LE COMTE DE CAYLUS, ANQUETIL DUPERRON, etc. (*Ouvrage dans lequel se trouvent éclaircis plusieurs points d'histoire très-curieux, et devant faire suite aux œuvres de ces hommes illustres*); imprimées sur les originaux, avec des notes et une introduction. Par A. SERIEYS, Bibliothécaire du PRYTANÉE. PARIS, an 10 (mars 1802). LETTRES *de divers savans et gens de lettres au comte de* CAYLUS: *Lettr. X, XI, p.* 218-224.

Digitized by Google

journ. des Savans, juin. 1762, *vol.* 11, *p.* 4 *etc. Zend-av. T.* 1, 1.re *part. p.* 3, 6, 11, 478), *Legislatoris* Persarum operibus, et è quatuor Indorum BEID desumpto *Oupnek'hat*, Europæo sermone publicatis, propriè, saltem quasi peractum est.

Quo labore, *leges* quæ *antiquitùs*, præter *Mosaicas*, à mari *Mediterraneo*, per 52 grad. *longitud.* ad *Kamtschatka*, *Japoniam* et insulas adjacentes; à *Comorino* promontorio, *Malacano* freto, *Sumatra*, *Java*, per sex grad. latitud. meridional. ad *Tartariæ* septentrionem, per 50 grad. latitud. boreal.: id est, in *regionibus*, ab occidente ad orientem, per 3000 fermè leucas, à meridie ad septentrionem plus 1400 leucas extensis, *præcipuè* regnabant; quarumque *celebriores* in *majore* istarum regionum parte immediatè aut mediatè, puræ, integræ, vel usu aut alterarum legum, consuetudinum, opinionum, relligionum mixturâ alteratæ, adhuc dominantur; orbi erudito obtuli.

Undè concludere est, quanti momenti esse debeant, queis continentur monumenta.

Studia, ut optimè ait Orator philosophus [1], *adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.*

Hæc omnia, excepto, *secundas res ornant*, grato animo fateor, expertus sum. *Parisiis*, 20 april. 1802.

---

1. CICERO, *orat. XXVI, pro* ARCHIA *Poëtâ; oper.* (1606), *T.* 3, *col.* 546.

FINIS TOM. II.

Digitized by Google

ERRATA ET PAUCULÆ ADDITIONES.

TOM. I.

TITUL. *lin.* 16, 294, *lege* : 293, et *not.*

INDEX SECTIONUM, *p.* 24, *lin.* 24, *Gallica;* lege : *Gallicæ.*

PRÆFAT. INTERPRET. PERSICI, *p.* 5, *not.* 2, *lin.* 2, non inveni; *adde* not. ' :

' Reperitur, ut mihi indicavit D. DESACY, in *Suratâ* 56, *vers.* 79-81 (MORACCI, *Alkoran* etc. *p.* 697, 698). Verùm ibi de *unificatione* non agitur. A Persico interprete verba *Alcorani* sensu, quem theologi *accommodativum* vocant, usurpantur. Manet ergò integra, alia *Alkorani* loca revocans, observatio.

Tom. 1, *p.* 207, *lin.* 14-22, [octo] *Beschn* : T. 2, *p.* 97, *lin. ultim.* octo *vas*); adde not. ' :

' Octo primarum τῦ *Beschn* (*Vischnou*) *Incarnationum*, Indicorum metaphrastum fecundâ mythologicâque imaginandi vi amplificatarum, origo. Quâ ætate *Oupnek'hat* compositum, *nona* (præsens, τῦ *Boudha*. Mœurs des Bram. *p.* 167), ut *decima*, sub formâ equi, nondùm inventæ. Indè τῦ *Oupnek'hat* antiquitas, et nova systematis Indici clavis.

Id. ANNOTAT. *p.* 622, *not.* 1, *lin* 12, theologus; adde : et *secreti* doctrinæ fautor. (*Explicat. des Maxim. des Saints* etc. AVERTISSEM. p. 1, 4.)

ANNOTATIONES; *p.* 423, lin. 20, *ignorantia.* Adde :

Ignorantiam dico, rerum quæ cognosci, percipi queunt, non autem *inscrutabilium*, qualis est rerum cujusvis ordinis essentia, quale entium intimæ et veræ inter se rationis mysterium. Nec tamen idcircò rejicienda, in obscuris et salebrosis istis quæstionibus, externa etiam ac adventitia adjumenta.

Sic, illæso, ut par est, Christianæ ac cœlestis relligionis jure, ex ejus armamentario, quædam in Indianismi auxilium (et vice versâ) depromere, haud esset absonum, aut actum irreverenter.

Ad subtilia et recondita Indorum dogmata; nempè, *substantiæ unitatem in naturâ; hominis, creaturæ cum Ente supremo, Creatore, Brahm, Atma, unionem; nihilum absolutum*, si non intelligenda, saltem præsentiscenda, viam sternere possent altioris et abstrusæ doctrinæ libri; scilicet, *de Trinitate*, S. HILARIUS (*Oper.* 1693, *col.* 766-1144); S. AUGUSTINUS (*Oper. T. VIII, col.* 710-1004); S. THOMAS, *de Incarnatione* (*Summ. part.* 3, *quæst.* 1-59) : tùm ÆSTIUS, *de Deo, Patre, Filio, et Spiritu S.* (*in* 1 *Sententiar.* [1697], *T. I, Distinct.* 1-37, *p.* 1-108); *de Incarnatione* (*in* 3 *Sententiar. Distinct.* 1-22, *p.* 1-62) : WITASSE, *de Trinitate* (2 *part. vel Tom.* 1718); *de Incarnatione* (2 *part. vel Tom.* 1719); TOURNELY, *de Trinitate* (1746); *de Incarnatione* (1727) : et duo sublimes et profundi tractatus; 1.us, *Instructions sur tous les mystères de N. S. J. C. et pour les fêtes de la Ste Vierge qui y ont rapport, tirées des plus beaux endroits de l'Écriture S.^te^ et des SS. Pères*, auctore D. GAUDRON, uno è piis et doctissimis *Portûs Regii Theologis* (1719, 6 *Tom.*); alter, *Élévations à Dieu sur tous les mystères de la religion chrétienne, opus posthumum* Magni BOSSUETI (1727, 2 *Tom.*).

At verò cuncta, in S. JOANNIS Evangelio, divini Magistri verba, pio, fideli, demisso et constanti animo versanda; sic : *In illo die cognoscetis, quia ego sum in patre meo, et vos in me, et ego in vobis;* ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ

Digitized by Google

πατρί μου, κἀγὼ ἐν ὑμῖν (Joann. XIV, 20, 23; XV, 4-8; XVI, 28; XVII, 8, 21, 23 [*Consummati in unum*, τετελειωμένοι εἰς ἕν], 26): similiter et illa (Luc. XVII, 21): *Ecce enim regnum Dei intrà vos est;* ἰδοὺ γὰρ ἡ Βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν: *nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare:* οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐ δὲ τὸν πατέρα τὶς ἐπιγινώσκει, εἰμὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι (Matth. XI, 27): nec non verbum Apostoli (2 Cor. III, 18): *Nos verò omnes, revelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur* (1 Joann. III, 2), *à claritate in claritatem, tanquàm à Domini spiritu;* ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δοξαν καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. — *Divinæ consortes naturæ*, ait Petrus (2 Ep. I, 4), θείας κοινωνοὶ φύσεως.

Legatur itidem attentâ et rectâ mente S. Augustini, Volusiano, circiter anno 412, respondentis, epistola (*Oper. T.* 2, *n.ⁱ* 5, 6, *col.* 403, 404). Hùc redit sagacis et sublimis ingenii ratiocinatio. Omne ens, ac proindè agens, in seipso tantùm est, tantùm vivit; nec agit nisi in seipso, in seipsum: porrò sensibus, mente homo extrà se positâ videt, audit, considerat, intelligit, in eâ agit; proindè in iis vivat, necessum est: *quomodò anima sentiat ubi non vivit, aut quomodò vivat ubi non est* ....« Hæc « omnia, inquit magnus et sapiens metaphysicus, mira sunt, nihil horum affirmari, « sine quâdam velut absurditate, potest: et de sensu loquimur morticino. Quid igitur « est ipsa anima, præter corporis sensum, id est, in mente, quâ ista considerat? neque « enim sensu corporis de ipsis sensibus corporis judicat. Et putamus nobis de omni- « potentiâ Dei incredibile dici aliquid, cùm dicitur Verbum Dei, per quod omnia « facta sunt, sic assumpsisse corpus ex Virgine, et sensibus apparuisse mortalibus, « ut immortalitatem suam non corruperit, ut æternitatem non mutaverit, ut potesta- « tem non minuerit, ut administrationem mundi non deseruerit, ut à sinu Patris, « id est, à secreto, quo cum illo et in illo est, non recesserit? »

Intereà tutior, in omni hujus generis quæstione, ejusdem sancti doctoris et summi philosophi sententia. *Non enim*, inquit, *parva est inchoatio cognitionis Dei, si antequàm possimus nosse quid sit, incipiamus jam nosse quid non sit.*

Oper. T. 2; *epist.* 120. Consentio *ad Quæstion. de Trinitate sibi propositas circà* 410, *n.ⁱ* 13, 14, *col.* 350, 352.

Mirum enimverò quantùm *revolutio*» refrixerit ipsis è fontibus haustæ relligionis studium. Opes quoquo modo conquirunt, munia ambiunt, viles adulatores ad genua dantis, quem herì despiciebant, provoluti: ad se redeundi, de se cogitandi vix tempus: et adest mors inexpectata. Indè, etiam inter homines pridem relligioni addictos, opinionum autem et sectarum conflictu collisos, *Sociniani*, *Fratres Poloni* plures, *Latitudinarii*, *semi-Deistæ* (*Theistæ*), *Christianismi skeleto*, brevibus et paucis quibusdam fidei articulis, paucioribus *mysteriis*, sacramentis, humanâ seu philosophicâ morali contenti, neglectâ, posthabitâ *Ecclesiæ*, *Traditionis*, *Conciliorum* (Tridentinum *Concilium* rabiosè discerpunt), *SS. Patrum*, quandòque etiam *S. Scripturæ* auctoritate, facto exteriùs

Digitized by Google

solitarum cæremoniarum officio, *indifferenter pacis* servandæ, *scandali* vitandi causâ, fallentes aut falsi, diem supremum opperiunt et explent[1].

Qui autem, inquit CHRISTUS, *seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit; et sollicitudo sæculi istius, et fallacia divitiarum, suffocat verbum et sine fructu efficitur*: ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λογον ἀκούων. καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. MATTH. *XIII*, 22.

Quòd si nomen se indè adepturos sperant, delusi et infelices! en stupendum famæ vanitatis exemplum:

Extincta est octavo die mensis augusti 1802, 91 annos nata, capite fruens libero, ac sensibus vividis, MAR. AN. LE PAGE DU BOCCAGE, mulierum (fortè et virorum) litteris, poësi, in Europâ deditorum, *Decana*, formâ decorâ, spectatis moribus, sanâ et æquâ mente, recto judicio, amœno et eleganti ingenio, nec non linguarum peritiâ et compositionibus, solutâ et ligatâ oratione, percelebris. Schedis statim distributis, decimo ejusdem mensis die exequiæ factæ. Pompam funebrem agebat insignis defunctæ carissimus nepos, strenuus miles LE HAYER DU PERRON, olim castrorum Præfectus (*Maréchal de camp*), regnante *Ludovico* XVI, optimo principe, justo, benigno, at faciliore, et probis quidem verùm debilibus freto ministris, debilioribus exercituum primis ducibus. *Tertius* ego consuetudine devinctorum, *solus* autem *academicorum*, professorum, litteratorum cujusvis generis, primorum et illustrium, inter exteros et indigenas *cives* qui, florente dominæ DU BOCCAGE, vergente, etiam ingravescente ætate, domum, mensam ejus *obsidebant*. Venerandum, at *inutile* corpus, primò ad templum catholicum (*Conceptionis ecclesiam*), ubi sacra solemniter celebrata; deindè ad communem et profanam sepulturam, à 41 annis amicus, pectore mœrenti, justa peragens, *solus*, audiant posteri, *solus* ego sum comitatus.

Ingrati animi monstrum! Nempè *convivium post funus*, in schedâ funebri annunciatum opportuit?

Pag. 428, *not.* 4, *lin.* 1, *caracter.*; lege: *Samskreticum* (AMARASINGHEB), *caracteribus.*

Pag 524, *lin.* 24, reciproquo); *adde*: *Ibid. lin. penultim. ultim. p.* 209, *lin.* 1-12; rursùs petiit: ille unus .... faciunt. (*Baz poursid ân iek o katsri* [ms. nat. *iek degueri*, *unus alius*, amanuensis, qui *d* pro *vau*, et *gueri*, absque tribus punctis, pro *katsri* legerit, errore] *kedam ast goft badi ke mivazad poursid bad ieki beisch nist tschegouneh oura iek o katsri tavan goft Djaknoulak goft morad az katsri harkat bad boudeh ke az harkat hamin bad djamiee djanduran ziadeh schodeh and baz pourrsid ân ieki az hameh gouzirter gofti kedam ast goft hamin* PRAN *ast ke an* BRAHM *ast fereschtehha dar eebarat talfatz nast ke hemaani houdadast taabiresch konand*).

Pran unus, *Brahm unus*, ex operationibus, productionibus *multitudo* dicitur.

Pag. 581, *lin.* 2, *adde not.*:

[1] Vota expleta! in scholis Gallicis reviviscit, priscâ et rectâ methodo, scilicet per

1. Vide paganici Pastoris, Deistico-catholici curati, philosophicam effigiem, *in Journ. des défens. de la patr.* 6 *fruct. an* 10, *feuillet. p.* 2-4.

Digitized by Google

ex classes, sibi, à sextâ ad primam, trium annorum spatio, succedentes, quoque professore duabus vicibus, quoque die, nempè matutino et pomeridiano tempore, officii munus exequente, linguæ latinæ studium, et in quoque Lyceo unus à sacris minister. Journ. *des déf. de la patr.* 24 *frim. an* XI (15 *déc.* 1801), *Par.* 23 *frim. pag.* 3, 4. Act. du Gouvernem. Arrêté (des Consuls) *du* 19 *frim. an* XI, art. I-III-IV-VII, XXVIII.

Primo Consuli Bonaparte decernenti, et Ministro Chaptal referenti, ex animo, pro facto et faciendo bono, grates ex animâ!

Pag. 615, *lin.* 19, mense *aprili; adde* : Vide et *Lettres sur Constantin. par M. l'abbé* Sevin (1802) ... *Mém. de Const. Jos.* Beschi *sur le Calend. de l'int. de l'Inde* ... *p.* 386, 395, 398.

TOM. II.

Oupnek'hat. *Pag.* 41, *marg.* *XCXVIII*, lege : *XCVIII.*

Pag. 215, *lin.* 2, 12, *Anand sroup* (*et p.* 335), adde *not.* [1] :

[1] Forma gaudii Ens supremum nuncupatur. *Gaudium*, id est, *felicitas;* locutio Orientalis. Sic Matth. XXV, 21, 23 : *Intra in gaudium Domini tui;* εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Joann. XV, 11, XVII, 13.

Pag. 239, *not.* 3, 8 granis; *lege* : 8 granis (16 gran. *Ayeen Akbari*, *T. I*, *p.* 38).

Pag. 286, *lin.* 12; post *atap lok*, adde : *satou lok.*

Pag. 247, *lin. ultimâ*, augustia; *lege* : angustia.

Annotationes. *Pag.* 487, *lin.* 16, materialistæ philosophi; *adde not.* [1] :

[1] Vide *Principes de la philosophie naturelle*, *dans lesquels on cherche à déterminer les degrés de certitude ou de probabilité des connoissances humaines* (1787). Opus D. de Condorcet tributum, in quo animi operationes, quæ sunt, juxtà auctorem, meræ *sensationes*, earum *intensitas*, *remissio*, effectus, algebricis formulis exprimuntur. 1.re Part. *Disc. prélim. p. XVII*, *Op.* 1 Part. *ch.* 1, *p.* 2; *ch.* 3, *p.* 13, 15, 17, 19, 21; *ch.* 4, *p.* 23; *ch.* 5, *p.* 41, *et n.* (*a*); 42, 43, 44; *ch.* 6, *p.* 64, 66, *et n.* (*a*) (*b*); *p.* 68, 69, *et n.* (*a*); *p.* 70, *et n.* (*a*); *p.* 72, *et n.* (*a*); *p.* 78, 86, 92; *ch.* 7; *p.* 93, *et. n.* (*a*); *p.* 96, 98, 99; *ch.* 8, *p.* 134, 135, *et n.* (*a*); *p.* 142; *ch.* 9, *p.* 146, *et n.* (*a*); *ch.* 10, *p.* 181, *n.* (*a*). 2.e Part. *ch.* 1, *p.* 6; *ch.* 2, *p.* 17; *ch.* 3, *p.* 20; *ch.* 4, *p.* 27 *et n.* (*a*); *p.* 29; *ch.* 5, *p.* 38, *et n.* (*a*); *ch.* 11, *p.* 322, 327; *ch.* 15, *p.* 453, 454, 466.

Rara, si quid nunc rarum, *paradoxis* (ut non dicam stultis) et *animalibus* (1) cogitationibus productio. Omnes hucusque receptas de entium naturâ, rationibus, officiis, sententias quassans, evertens, solamque actuum, id est *sensationum* normam, solum orbis, societatis vinculum, sensam, perceptam cuique beatitatem statuens, auctor, merè *materialista*, unus generis entia, ipsum *ego* atomum solidam intelligens, *superius ens*, *agens*, si existit, inquit, ut corpus extensum, solummodò admittens, nihil ratione, cui tamen tantùm innititur, parùm sibi constans, probatum, ruderum quæ

(1) « Il (l'homme) marchoit *à quatre pattes* dans ces premiers temps, ainsi que le font presque tous « les singes; pour lors il s'appuyoit sur les orteils . . . . . Sa tête étoit oblique à l'épine, et sa face « toujours à peu près perpendiculaire à l'horizon . . . Il s'éleva ensuite quelquefois sur les pieds, pour « atteindre à une plus grande hauteur et prendre quelques fruits : cette attitude, répétée souvent, lui « devint familière, et il ne se tint plus autrement, etc. » *Lib. cit.* 2 *Part. ch.* 13, *p.* 360.

Digitized by Google

aggessit, loco erigit. Imò, sæpiùs se nescire fassus, et nihilominùs hoc *nescito* systemate superstructo, ad destruendas suas opiniones ansas ipse dat.

In hoc verò tentamen utile : 1.° cuncta diruendo, fundamenta, principia, quædam quasi relligiosè, mathematicè, servata, communi ruinâ involvit.

2.° Gallicorum motuum semina attento lectori præbet, ostendit : nihil aliud enim, propriè, quàm auctoris, de cognitionis fonte, morali relligione, regimine, educatione, legibus, asserta, aut dubiè, probabiliter, analogicè proposita præ se tulit ominosa Galliæ *revolutio*.

3.° Rerum existentiæ, ordinis, temporis, certitudine, cœlo et terrâ, sublatâ, ad *unius* entis in naturâ, et *nihili*, si dici fas est, scientiam, facem, licet caliginosam, potest prætendere.

Rationis trutinâ, cuncta, manu sapienti, sunt ponderanda. *Conveniunt, per se certum est*, inquit pigrum et ignavum ingenium ; inquirit et quandòque reperit, alacre, sagax et strenuum. Circumscripti et restricti conceptus plerùmque steriles ; expansi et diffusi, sæpè aliis gravidi.

Pag. 497, *lin.* 21, PORTUS REGIUS, adde *not.* [1] :

[1] Minùs reverenter, minùs dignè, sapientium judicio, de eximio illo relligionis asilo et propugnaculo sensit et locutus est, pristinæ, eheu ! institutionis immemor D. CAMUS, cùm (*Decad. Philosoph. n.°* 17, *an* 10, 2.° *trimest.* 20 *ventos.* ADMINIST. HOSPIC. *lettre de* CAMUS *aux Rédact. Par.* 1 *vent. an* 10 [20 *févr.* 1802], *p.* 457-465), novi *Portûs Regii* domo in *Brephodochium* versâ, ex unâ parte, illustrem abbatem S. CYRAN ; ex alterâ, D. VINCENT DE PAUL : prioris asseclas, ARNAUD, summos P. R. Theologos ; posterioris familiam, LAZARISTAS : sanctas P. R. VIRGINES ; nec non CHARITATIS SORORES ad libellam quasi respondentes exhibuit : et (*p.* 459) *sectæ* nomine utriusque magistri discipulos contaminavit.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames ! VIRGIL. ÆNEID.

Quid non, muniorum acquirendorum cupiditas, homini veris relligionis documentis imbuto, nimiùm timenda *mundanorum* societas !

Pag. 544, post *lin.* 22, adde *notam* [1] :

[1] *Propter fornicationem autem*, ait APOSTOLUS (1 *Cor. VII*, 2), *unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat.* διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω.

Alia nubendi ratio (vitandæ fornicationis causâ) à relligiosâ morali petita ; quam sanè non percipiunt, nec magis se *divortio*, ac solemnium Ecclesiæ, conciliorum, quorum auctoritas vix agnoscitur, decisionum despectioni, rejectioni, viam sternere advertunt, qui *matrimonio sacramenti nomen ac dignitatem* auferendo, conjugalem in Domino nexum elevant. Attamen, quidquid imprudenter effutiant *neoterici dogmatistæ, curiales Patroni*, semper fuit, est et erit, in Christianâ relligione, verum, ut *baptisma*, novæ legis *sacramentum*, legitimus conjugalis nexus cum *nuptiali benedictione*, Christi ipsius cum Ecclesiâ, cum animâ fideli *unionis* symbolum, nec non gratiarum, quas

Digitized by Google

divinus ille sponsus in dilectam sponsam effundit, signum et canalis. *Sacramentum hoc magnum est*, inquit APOSTOLUS (EPHES. *V*, 32; 1 COR. *XI*, 3, 11), *ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ* : τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. HEBR. *XIII*, 4.

Pag. 554, *lin.* 15, eorum gratiâ, *adde* not. [1].

[1] *De cuneatis inscriptionib. Persepolitanis lucubratio. Auct.* O. G. TYCHSEN, Rostock (1798).

Versuch über die keilförmigen Inschriften zu Persepolis, von D.r FRIEDERICH MUNTER, Kopenhagen (1802).

GEORGII FRID. GROTEFEND, *collaboratoris scholæ Göttingensis, Prævia de Cuneatis, quas vocant, Inscriptionibus Persepolitanis legendis et explicandis relatio. Göttingæ, a. D.* 11 *septemb.* (1802) *manuscr.* — *Göttingische gelehrte Anzeigen unter der Aufsicht der königl. Gesellschaft der Wissenschaften*, 149 *Stück, den* 18*ten Septemb.* (1802); *Göttingen, p.* 1481, 1484-1487.

(*Pag.* 1481.) « In eben der Versammlung der königl. Societät der Wissenschaften « (4 Septemb.), ein Aufsatz des Herrn GEORG FRIEDRICH GROTEFEND, collaborators an « hiesiger Schule, vorgelegt, mit der Aufschrift : *Prævia* etc. *relatio*; dessen Inhalt etc. »

SYLVESTRE DE SACY (Parisiis), *olim è R. inscriptionum etc. Academiâ*, NAKSCHI ROUSTOUM inscriptionum explicatione (*Mém. sur divers. Antiquit. de la Perse* etc. [1793], p. 1-124,) celebris.

Ad metam perveniet, trahentibus strenuis quatuor et vividis equis, currus *Persepolitanus*. Sagaci doctorum illorum ingenio, subtilibus aptissimisque methodis plaudo lubentissimè. Tùm *Ægyptiacos* campos percurrent; et eâ ratione, forti, tenaci ac felici nisu, antiquissima enucleatuque difficillima patefient (falce messus temporis, mirando spectaculo non fruar) orbis monumenta.

Pag. 581, *lin.* 7 : adde *not.* [1] :

1. Collegium Marchianum (*de la Marche*) de novo, quod ad studiorum genera, institutionis methodum, uti ante revolutionem erat, instauratum. JOUAN. *des défens. de la patr.* 16 *fruct. an* 10 (3 *sept.* 1802) *p.* 4, *feuillet.*

Pag. 650, *lin.* 17, là elle s'arrête ; *adde not.* [2] :

[2]. Fœdus idem Semi-Deistarum, nempè veterum et recentiorum Pelagianorum error, Apostoli verbo (EPHES. 11, 3) : *Et eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri* (καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί), condemnatus, apertè jam (misera et luctuosa tempora!) apparuit in intempestivo opusculo, circà 1796 impresso, cui titulus : *Mes pensées et ma déclaration sur la religion*; par ARMAND GASTON CAMUS, *Représentant du peuple; Par. imprim. Chrét. p.* 7, 8.

Pag. 680, post *lin.* 22, adde : *Satou lok* : Samskreticè, τῦ *Parkrat*, τῦ *Beschn*, mundus; vel *Sat lok*, optimus, quietis, τῦ *Tschakdis*, mundus.

Pag. 705, *lin.* 2, *obtentus, adde* : not. [1] :

1 Christi in cœlo gloriam describendo, diversos potestatum, potentiarum, virtutum, dominationum, nominum, præsentium et futurorum enumerat S. PAULUS (EPHES. *I*, 21, COLOSS. I, 16. ROM. *VIII*, 38); quos pedibus ejus submittit, ipsumque corporis

Digitized by Google

Ecclesiæ caput declarat. Porrò corporis et capitis idem status; et, si attentè legatur Apostolus, corporis, membrorum Christi etiam nunc viventium.

Deindè, cùm beatorum felicitatis effigiem dare S. S. Patres conantur, cunctas animæ et corporis facultates, luce, splendore, quiete, gaudio, quod verbis exprimi nequit, repletas, perfusas : hominem ipsâ divinitate imbutum exhibent. *Vita ipse Deus*, inquit S. Aug. (*Op. T. 5, serm.* 297, *col.* 1206, *n.°* 8. *Serm.* 170, *col.* 823, *n.°* 9; *T. 4. Enarrat. in Ps.* 110, *col.* 1243, 1244; *n.°* 1); ejus ad Deum rationem cum unione Christi hypostaticâ quasi comparant, eâ effectam dicunt (ὅλοι θεοειδεῖς, ὅλῳ θεῷ χωρητικοὶ καὶ μόνου .... τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. *Toti deiformes, totiusque ac solius Dei capaces ..... omnia et in omnibus Christus.* S Gregor. Naz. *Op.* [1630]; *T. I. Or.* 36, *p.* 581); et statum illum, sicut et Christi mysterium, menti humanæ impervium. (S. Aug. *T. 4; Enarrat. in Ps.* 35, *col.* 250, 251, *n.°* 9; *T. 5, Serm.* 236, *in Paschal. col.* 992, 993, *n.°* 3. 1 *Cor. II*, 9, 14, 16; *III*, 16, 17.)

Hac de materiâ legantur *Instruct. sur les mystèr.* (1719): *T. 4*, Ascension. *p.* 235, 293, 465; *T. 5*, Fête-Dieu, *p.* 176, 197, 198. Quamvis, ob nimium cuncta scrutandi, exponendi studium, erudito auctori (D. Gaudron) aliqua fortè (ut *T. 4*, Résurrection; *p.* 122, 128, 148), saltem in verbis, excidere potuerint spalmata.

Apud Indos diversi etiam reperiuntur cœlestium gaudiorum, scilicet agentium, iis fruentium, gradus (*Suprà, T. 2, n.° CLVIII, p.* 335-337); simul et quinam beati in futuro mundo, et justi in præsenti, ad istos gradus evehantur, expressè edocetur; *ipsum Deum* (*Brahm, Pram âtma*) *fieri*, ultimus est, et felicitatis culmen : secretum, frequenter repetitur, abscondendum.

Quid autem, ipsum *Brahm*, Deum esse? in hoc aqua hæret, cùm spissâ tegatur caligine rerum natura, essentia, et producti ad producentem, creaturæ ad Creatorem, materiæ ad spiritum, finiti ad infinitum, singularis ad universale, substantiæ, seu entis in se, per se, ad modum, accidens, nempè ens in alio, per aliud, ratio, nec non eorum quæ existunt initium, duratio, finis, sublatis ad materiam, corpus, humanam agendi rationem accommodatis conceptibus, phantasiis, *philosophicè* ignorentur.[1]

Pag. 775, *lin.* 19, *Sunitæ*; lege : *Scenitæ.*

---

1. Rei abstruæ, at menti profundis meditationibus assuetæ, et à præjudicatis opinionibus liberæ, haud inaccessæ, qualemcunque liceat hîc dare expositionem.

In *sensatione* ac perceptione consistit entis ratione præditi beatitas. Actus uterque, in animâ et ab animâ, sive materialis objecti occasione, sive spiritalis, idem est, ejusdem generis et naturæ. Sola in quantitate, *intensitate* differentia : nempè, ubi *partim* tantùm, deliciis, gaudio, delectatione fruitur, imperfecta est; perfecta autem, ubi integra, *tota*, ità ut alteri rei attendere nequeat, potitur, eâ omninò capitur, occupatur.

Pauper ergò, miser exteriùs, dolore, cruciatibus, tormentis pressus, quem Ens supremum suî cognitione perfuderit, eâ, eo plenus, terrâ, cœlo, cum gaudiis externis aut internis ad illa loca pertinentibus, felicior; dùm nihil nisi Deum cogitat, spirat, in eum transfusus, eo penetratus, immersus, non corporum, materiæ modo, scilicet partium, cum nullæ sint, contactu, adhæsione, misturâ; undè una substantia exurgit; sed mentium ratione, nempè spiritali *apprehensione*, infusione, *unicitate*, idem omninò, unus, *ipse Deus* efficitur. Hæc, fateor, sensu interiori vix percipi queunt, verbis autem declarari, nullo modo.

Digitized by Google

Not. 1, *lin.* 3, adde :

Jam patet Anglorum longè antè præconceptum τῦ *Carnate* occupandi consilium. « Le gouverneur-général de l'Inde, dans une lettre écrite le 21 octobre 1801, « au comité secret de la cour des Directeurs, après avoir félicité le comité sur l'ac- « quisition du *Carnatic*, s'exprime en ces termes : C'est pour moi une bien grande « satisfaction d'avoir enfin rempli un objet *si vivement désiré depuis long-temps* par « l'honorable compagnie, et qui m'avoit été si expressément recommandé par la « cour des Directeurs, lorsqu'on me fit l'honneur de me conférer cette importante « place. » *Journ. des défens. de la patr.* 5 *Fructid. an* 10, *pag.* 3. VARIÉT. 11 *brum. an* 11 (21 *octob.* 1802).

Indè iræ, insidiæ, veterem amicum falsò insimulare, novum spoliari aptum, malè, durè habere, etiam incommodum trucidare. (Obiit 6.° april. *Carnati Nabab. Journ. des défens.* 27, *vend. an* 11, 19 *oct.* 1802.)

Pag. 801, *lin.* 5, ratiocinatio, *adde* :

Simile quid videre est in *Evangelio* S. JOHANNIS, *IX*, 40, 41 : *Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, et dixerunt ei : numquid et nos cæci sumus?*

Et dixit eis Jesus : si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc verò dicitis : quia videmus : peccatum vestrum manet.

Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες μετ' αὐτῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν ;

εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν. ἡ οὖν ἁμαρτια ὑμων μένει.

ANIMADVERTENDA. *Pag.* 810, *not. b.* 186; *adde* : Vide et BENED. DE SPINOZA *adnotati. ad Tractat. Theologico-Politic. ..... edid.* CHRISTOPHOR. THEOPHIL. DE MURR (1802).

Pag. 812, *not. lin.* 24, *post* detineamus, *adde* : umbrarum Sinensium, Egyptiarum, *Fantotschini* (exclamat Præco), quinque, decem millium etc. armatorum ludo, *magnorum, bonorum* oscillorum (*marionnettes*), ignavo et hianti populo, quoquo mense spectaculum demus. Dùm necessaria desunt, superflua, quotannis, in Lupensibus nundinis, ut artis miracula, sumptuosè ostentemus. Histrionibus publicis et privatis, scilicet nugis ac oblectamento, etiam fallaci, eget populus hebes et deses, verè ursus, qui non saltat nisi ore ligato, capistratus; non autem agyrtis, multò minùs clepantibus.

Pag. 813, *lin.* 26, pueri nativitate : *adde* : not. [1] :

[1] Mos idem, 5.° sæculo à S. LEONE explosus (*nec de stellarum potestate, quæ nulla est. Oper.* [ed. pio et docto Theologo P. QUESNEL 1700]; *Serm. V, de Quadrages. cap.* 2, *p.* 107), viget adhuc in Europâ. « Sur le soir, » inquit diarium LE DÉFENS. *de la patr.* 28 *thermid. an* 10, *p.* 2; Par. 27 therm. (15 août 1802), festum publicum hujus diei describens, « brilloient au sommet de la tour de Notre-Dame une étoile, et dans « son centre le signe du Zodiaque la VIERGE, constellation qui (sumpto videlicet « horoscopio) a présidé à la naissance du premier Consul [1] » (constituti, 15 aug. 1802

1. *Qui Virginem aut Pisces horoscopium habent, ii potestatis suæ causa erunt.* PTOLOMÆI *centum dicta, sivè fructus librorum suorum, ad* SYRUM *fratrem,* JOVIANO PONTANO *interprete; Centiloq.*

Digitized by Google

perpetui, cum successoris tùm nominandi, tùm revocandæ nominationis potestate [1]); « au centre de cette étoile brilloit le signe sous lequel s'élève le 15 août, jour de « la naissance du premier Consul. » Id. 30 *thermid. Paris* 29 *thermid. p.* 3.

Pag. 814, lin. 25, addè *notam* ** :

** Præsenti anno, 22, 24 mensis Julii, novum opus legi, sic inscriptum : *Voyage dans la haute Égypte, pendant les campagnes du général* Bonaparte, par Vivant Denon (1802), 2 *vol. in-fol. form. atlas.* T. 1, qui itineris textum præbet, *pag.* 135 *et seq.* 210, templi *Tintyræ* (*Denderah*), à Nilo unâ leucâ distantis (*p.* 136), *Planispheri et Zodiaci* Ægyptii datur descriptio; *T.* 2, *Tabul.* 38, 39, 40, 132, *n.*° 2.

Ultimæ hujus *Tabulæ*, *p. XLIII*, traditur explicatio, in quâ istud, et nihil amplius, dicit viator : « le soleil placé au signe du Cancer, peut servir d'époque à l'érec- « tion du bâtiment : » id est, *æquinoctiorum præcessione*, ultrà octo, decem annorum millia monumenti ætatem protrahit. At Zodiaci istius, simplicis *Talismani*, inspectione, magna illa antiquitas, ab impiis et ignaris tantoperè decantata, protinùs evanescit, *Mosis*, scilicet S. scripturæ chronologiam eversura, et eodem ictu, cùm sacrorum librorum auctoritatem, tùm Christianam relligionem, iis innixam, profligatura.

Duobus pluteis, semi-circulorum loco, constat *Tentyranus* (τῶν *Denderah*) Zodiacus, ex adverso dorso ad dorsum, super laqueato porticûs templi tabulato, è longè oppositis. Quisque pluteus duas partes, superiorem et inferiorem, habet (*Tab. A B. a. b.*) : primam *a*, *Signa*, ad Orientem versa, et Ægyptiacis figuris comitata, occupant; secundam *b*, cymbæ, naviculæ, cum figuris pariter Ægyptiacis. *Crescente* super duarum figurarum capite, in utriusque plutei parte superiore; in inferiore, disco septem figuris super posito, planetæ et stellæ fixæ designari possent.

Quemadmodùm in *Talismanis Persicis*, *Syriacis* [2] etc., *Cuneati Persepolitani* characteres, simplices aut vario modo copulati adhibentur; sic in *Ægyptiacis*, veteres, præcipuè quod ad caput caninum, propter *Caniculam*, quo tempore maxima Nili exundatio, indè etiam antiqui Ægyptiorum canicularis anni initium.

Quisque pluteus sex signa continet, et ipse magnâ feminæ figurâ, panno indutâ, longis brachiis instructâ, involvitur. Cujus figuræ caput in priori pluteo, *A*, *Amphoræ* respondet; pedes, *Cancro* : caput, in posteriore pluteo, *B*, *Capro*; pedes *Leoni*.

Ut autem Zodiacus integer efficiatur, ambo plutei, seu semi-circuli, jungendi, *C.*

38, *fol.* 34 *verso*, 57 *recto. Norimberg.* 1535. οἱ ἔχοντες ὡροσκόπον τὴν παρθένον ἢ τοὺς ἰχθύους ἴσοντας αἴτιοι τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας.

È genethliacâ et *fatalisticâ* istâ, apud optimates communi *, summi et unici Viri, præstantibus suffultâ animi dotibus, opinione, orta in Galliâ, quod ad *temporale* et *spiritale*, magna et avidè expetita, extremam et diù expectatam, augustæ B. stirpis et domûs restitutionem annuncians, rerum mutatio.

1. *Sénatus-Consulte organique de la Constitution, décrété par le Sénat conservateur, dans sa séance du* 16 *thermidor, an* 10, *Tit. IV, art.* 39, 42, 46, 48.

2. Vid. *a Dissertation on the new discovered Babylonian Inscriptions*, by Jos. Hager, D. D. (1801) (*Pref. p. XV, XVII; Dissert. p.* 38, *pl.* 1, *p.* 51, *et not. pl. II, p.* 52, *et not.* 2, 3, *pl. III, p.* 56, 59, *pl. IV, p.* 60, 62; pl.). Erudita, et animum detinens, lucubratio. *Versuch über die keilfærmigen Inschriften zu Persepolis, von* D. Friedr. Münter (1802), *p.* 77, 78, 80, 132-134, *Tab. II.*

* « On connoît la question que ne manquoit jamais de faire le cardinal Mazarin, lorsqu'on lui proposoit quelqu'un pour les « affaires : est-il heureux ? » *Princip. de la philosoph. natur. II* Part. *ch.* 1, *p.* 4, *not.* (*a*).

Digitized by Google



I.us PLUTEUS.

A.

ZODIACUS TENTYRANUS.

B.

II.us PLUTEUS.



C.

Ambo plutei simul juncti, Zodiacum planum formantes.



D.

Zodiacus Tentyræ talismanicus, duabus longis figuris circumdatus.



Digitized by Google

Digitized by Google

Indèque basis (Zodiacus, planus) emergit, circulum *D* Zodiaci repræsentans ; in quo primæ figuræ pedes, secundæ pedibus opponuntur, et cujusque figuræ caput initium et finem Zodiaci indicat.

Ex pluteorum et magnarum figurarum ad invicem positione, sequitur :

1.° Zodiacum istum, anni, cujus menses signis repræsentantur, imaginem, à primo pluteo, et signo *Amphoræ*, loto Nili flore, coronatæ, incipere ; quod signum hiemis, scilicet mensium decembris, januarii, seu solstitii hiemalis [1], et pluviarum in montibus, Nili incrementi causæ, indicium est : dùm æquinoxio autumnali, 24 septembris, fluvius iste decrescere incipit [2], et sic usque ad Junium :

2.° Semper eodem sensu, nempè ab Oriente ad Occidentem, huic primo pluteo, cujus ultimum signum, *Cancrum*, superiùs, magnæ figuræ femorum juncturæ respondentem, præcedit *pyramidalis et luminosa massa*, *o* ; disco suprà, hominis capite, seu vultu infrà, terminata, solis locum altissimum, mensibus *Junii et Julii*, seu solstitium æstivum 3, *Nili* exundatione Ægypti fœcunditatis fontem denotans. Huic pluteo addendus, unà et eadem lineà, secundus pluteus à 2.° *Cancro*, inferiùs, magnæ figuræ femorum juncturæ adhærenti, et à *Leone* initium ducens ; duo *Cancri*, ob duplicem solis cursum, dùm ascendit et descendit :

3.° *Pyramidalem massam*, disco terminatam, licet *Cancro* vicinam, è medio *Zodiaci* surgentem, *æquinoxium vernum*, undè monumenti confectionis epocha erueretur, indicare non magis valere, quàm discum cornibus *Tauri* contentum (quod 4000 millia annorum daret), discum in medio *Libræ* situm (quod Zodiaci ætatem ultrà 14,000 annorum millia ferret), nec unius figuræ Geminorum capiti impositum (undè 6000 anni) et alios variarum figurarum capiti impositos : proindèque nihil omninò ex isto *Zo-*

1. « Les montagnes (d'Abyssinie), qui traversent le pays des Pasteurs, divisent les saisons si exacte-« ment par une ligne tirée tout le long de leur sommet, que tandis que le côté de l'Est, faisant face à « la mer, est inondé de pluies pendant les six mois qui font notre hiver d'Europe, le côté de l'Ouest « jouit d'un soleil toujours pur et d'une végétation toujours active (*et vice versâ*). » *Voyag. en Nubie et en Abyssinie etc., par* Bruce (1790), *T.* 1, *p.* 447. -- « On ne connoît guères que deux saisons « en Égypte, l'hiver et l'été. L'hiver commence en *décembre*, et finit en *mars*. » *Relat. d'un voyage fait en Egypte, en l'an* 1730, *par* Granger (1745), *p.* 23.

2. « Le 24 de septembre, temps de l'équinoxe, le Nil commence à baisser, et va toujours en diminuant « jusqu'au mois de juin . . . . En février, les eaux sont si basses que les plus petits bateaux échouent « plusieurs fois, pendant les voyages qu'ils font de Damiette ou de Rosette au Caire, où le Nil est moins « bas que dans la haute Égypte. » Granger, *lib. cit. p.* 17, 18.

3. « On dit dans ce pays que le *Nil* commence à croître, et que la peste cesse, quand la *goutte* tombe. « C'est une erreur vulgaire qui procède de la double signification du mot *Nokta*, qui signifie *goutte* et « point. L'ignorance a fait qu'on l'a pris dans la première signification : cependant le mot de *Nokta* est « donné, dans le cas dont il s'agit, pour le *solstice d'été*, c'est-à-dire, pour le point le plus haut où « arrive le soleil, et où il s'arrête pendant quelques jours. C'est en effet dans ce temps-là que le vent « du Nord souffle, qu'il rafraîchit et purifie l'air de l'Égypte (ce qui y fait cesser la maladie), et qu'il « porte la pluie dans l'Abyssinie et l'Éthiopie ; ce qui fait croître les eaux du Nil. » *Ibid. p.* 15, 16.

« Ce sont les pluies qui tombent dans l'Abyssinie et dans l'Éthiopie, qui font la croissance et l'inon-« dation de ce fleuve (le Nil) ; mais on doit regarder le vent du Nord comme cause primitive (de la crue » du Nil), parce qu'il chasse les nuages qui portent cette pluie du côté de l'Abyssinie. » Ibid. *p.* 13.

« Il pleut beaucoup sur ces montagnes (celles qui avoisinent le Nil) pendant l'hiver, et les torrens qui « en découlent fournissent beaucoup d'eau au Nil. « Ibid. *p.* 18.

Digitized by Google

diaco, puro, et recenter pro Nili incremento confecto, *Talismano*, (undè Græcis et Latinis, nec non Arabibus viatoribus, historicis [2] pariter ignotus, saltem ab his non memoratus, et fortè similes in Europâ invenirentur) concludi posse; quidquid mussitent impietati mancipati, senes aut juvenes astronomi, astrologi, mathematici.

De templo *Esne*, ad dexteram viæ *Harment*, in campis (*Voyag. p.* 231), sic loquitur Gallus viator (*p.* 148): « On y remarque (in Porticu) un Zodiaque »; at *Tabul.* 54, ubi porticus iste, nec ulla Zodiaci figura, nec, in explicatione (*p. XVI*), ulla Zodiaci mentio.

Hîc pauca ista sufficiant: in peculiari dissertatione res, si necesse, cum viatoris Fourrier super Egypti Zodiacos laboris examine (Monit. 25 *pluv. an* 10, 14 *febr.* 1802, *p.* 581, 582), fusiùs tractabitur.

Pag. 820, *lin.* 7; Worcks; *lege*: Works.

Pag. 823, *not. lin.* 15, in versum; *lege*: inversum, vel *tamou*, *Tam* attributum τῷ *Mahâ Deo*, et unum ex ejus nominibus. *Suprà*, *T. I*, *n.*° *LXVII*, *p.* 316, 317.

Pag. 824, *lin.* 1, lucubrationes; *adde not.* [1]:

1 Vide *Specimen artis ratiocinandi naturalis et artificialis, ad Pantosophiæ principia manu ducens* (1684). *Part.* 1, *p.* 14, 15, 33, 35, 42, 47, 52-55, 66, 91, 95, 102-103, 110, 119-127, 136-138, 148, 149, 170-173-180, 188, 197-202, 205-208-214, 221-228-230, 255, 258.

Opus rarum et profundum, typis Hollandicis, non Hamburgensibus, ut fert titulus, excusum; cujus auctor Abrah. Jo. Cuffeler, J. U. D. De eo consuli possunt Placcius; *Theatr. anonymor. fol.* 34. — Jac. Staalkopf; *de Spinosismo post Spinosam* (quem Cuffeler elucidat). — Vogtius, *Catalog. libror. rarior.* (1753), *p.* 226 etc.

Doctor Cuffeler, pulsâ præjudicatarum, usu receptarum opinionum rubigine, at salvâ semper *fide*, utpotè sacris Christi initiatus (*p.* 75, 93), scissis aut solutis difficultatum vinculis, ipsa *principia* manu certâ et sapienti contrectat, ac liberali argumentatione, attenta, recta, firma ingenia ad abstrusa et intricata excitat, mentes ad sublimia evehit.

Dogmata præcipua quibus auctoris philosophia nititur, sunt:

1.° (*Part.* 1, *p.* 12.) « Nos unum genus rerum concipere primariò et per se (nempè « Deum, *p.* 115), adeò ut in tali conceptu neque ei præcedat, neque involvatur, neque « conjunctus sit alter quidam conceptus, à quo conceptus iste primarius formari de- « beat et dependeat: alterum genus rerum nos concipimus non primariò et per se, « sed secundariò et per aliud (scilicet, res particulares seu à Deo productas, *p.* 115), « adeò ut in tali conceptu involvatur, eique precedat vel conjunctus sit alter qui- « dam conceptus, à quo conceptus hic secundarius formari debet, et quasi dependet: « atque ità rerum genus, quod priori modo concipitur, jure merito vocari poterit

1. *Aux Rédacteurs de la Biblioth. Britannique.* Réflexions *sur les* Zodiaques *trouvés dans la haute Égypte, par* G. A. De Luc, *Genève* 10 *mai* 1802, *in Biblioth. Britannic. T.* 27, *flor. an X* (*mai* 1802), *N.*° 153, 154, *p.* 94, 96. Falsam *Zodiaci Tintyrani* antiquitatem feliciter impugnant Itali; inter eos eminet *Dominico* Testa, logicæ et methaphysicæ in Collegio Romano professor, cujus tentaminis mentionem facit diarium *Journ. des défens. de la patr.* 20 *thermid. an* 10. Variétés, *p.* 4. Vid. et Nouv. eccles. *utr.* 27 *mars*, *p.* 27 etc.

2. Vide Abulfed. *Descriptio Ægypti, Arabicè et Latinè; ex codice Parisiensi edidit, latinè vertit, notas adjecit Jo. David* Michaelis, etc., *professor philosoph. Gœttingensis* (1776).

Digitized by Google

« *substantia* ..... alterum verò rerum genus, secundo modo conceptum, appel-
« landum erit *substantiæ cujusdam modus.*

(*P.* 11.) « *Omnis res vel est substantia, vel substantiæ modus quidam, seu omnis res*
« *est in se vel in alio* ..... ut in subjecto.

2.° (*P.* 248.) « *Existentiam* (*Dei*) *necessariam nobis intimè exhibet idea Dei, menti hu-*
« *manæ à Deo immediatè impressa, quam possumus cognoscere solo intellectu, et nullo*
« *modo imaginatione aliquâ nobis exhibere.*

3.° (*P.* 189.) « Mens omnes suas ideas veras producere debet ab ideâ Dei, qui menti
« imprimendo ideam Dei, eatenùs etiam censendus est cæterarum idearum auctor.

4.° (*P.* 206, 207.) « *Tum enim dicimus rem cognoscere, quandò ejus causam cognos-*
« *cimus.*

5.° (*Part.* 3, *p.* 3.) « *In rerum naturâ non dari nisi unicam substantiam, ejusque modos* ..... *corpus esse unum ex substantiæ modis, seu rem singularem actu existentem.* .....
« (*p.* 6) *Motum esse unum ex modis qui corporis actualem existentiam, certo atque deter-*
« *minato exprimit*, vel potiùs solum et unicum modum .... imò *motum esse ipsissi-*
« *mam corporis actualem existentiam* ..... nempè *per motum est quòd corpora existant*
« .... (*p.* 10) Ideam motûs et ideam quietis nobis repræsentare non nisi unam
« eandemque rem, nempè pressionem, quâ *corpus aliquid à vicinis diametraliter op-*
« *positis corporibus premitur.* »

Quæ omnia, quemadmodùm quosdam alios auctoris, peracris ingenii viri, conceptus, leviter concedere, aut, re maturiùs non expensâ, statim inficias ire, haud prudentis foret animi.

Et nil dubii quin indè systemati Indico aliquid auxilii peti queat. Sic Ens unum, per se, *Âtma*, et ex eo *Djiv âtmaha;* simili ratione, è *Pran* universali, *Pranha* singularia in seipso Indus videt, concipit.

In systemate Indico, cuncta ad absolutam in primo, uno Ente (*Maha div*) vertunt destructionem, annihilationem : quod et in regno intellectuali, per *maschghouli*, omnibus, cujusvis gradûs agentibus, ipsi *Brahma*, coram *Brahm* de se meditanti, sese altissimè deprimenti injunctum, peragitur.

In antiquis et recentibus, quaquà versùm religionibus, *sacrificium*, scilicet rerum existentium, si materiales, destructione ferro vel igne, mutatione : holocaustum, in quo victima tota consumebatur, Numini gratissimum : si spirituales, profundâ animi demissione, in Deum demersione, sacra oblatio, solum primæ omnium causæ, supremi dominii, semper et ubique, habitum est verum agnitionis signum. (GAUDAON, *Instructions et pratiques etc.* T. 2, *p.* 260, 263, 291, 293, 295, 352-363.)

Duo dogmata, posterius ortum è priori ; aut potiùs unum et idem, diversâ ratione traditum : nempè, ultimò unicum restans Ens universale.

In religione autem Christianâ, omnia ut ab uno veniunt, ità ad unum redire, imprimis est attendendum. Audiamus Apostolum (1 *Cor. XIII*, 12) : *Tunc autem* (*in cælo*), inquit, *cognoscam* (*Deum*), *sicut et cognitus sum* : τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπιγνώσθην ? Deo *totus* homo nunc cognitus ; beato Deus ergò tunc *totus* cognos-

Digitized by Google

cetur. Porrò Deus solus seipsum propriè percipit; proindè nisi *uni* cum eo, nulli Deus in cœlo, qualis est, percipiendus : indè, si prophanum cum sacro conferre liceat, unio, unitas, Indicæ haud absimilis : *ut sit Deus omnia in omnibus* (1 *Cor.* XV, 28); ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι.

Ut, quæ rationem superant aut ei adversantur, Indorum dogmatum, si non consuetudinem nanciscantur, saltem ea mens minùs exhorrescat, illa quæ de *Trinitate* et aliorum, etiam *naturæ* (1 *Cor.* XV, 36-39) mysteriorum *incomprehensibilitatem* disserunt SS. Patres et probati theologi, legere ac meditari, ut jam dictum, forsan non erit inutile.

Istis cogitationibus solidè dedito, vel Indo, vel Christiano, orbis theatrum est, ubi, quasi è *laternâ magicâ*, regiones, imperia, urbes, successivè prodeunt. Quisque verus *histrio*, à rege, dictatore, consule, principe, ad servum, suam, prout spectaculo convenit, tragicam, aut comicam gerit personam; hodiè actor, cras spectator. È se, quasi è cistâ ductili, *oscilla* ista educit, promit, agitat supremus motor invisibilis. Scenâ peractâ, veluti funè omnia in se retrahit, solus remanens. Quàm miserè mortales deludis, crucias, vana rerum species!

Quandiù ludi perdurant, summum illum motorem intueri, ei soli adhærere, simul et ad concomitantia ac paria oscilla animos attendere debet homo, oscillum *liberum et intelligens*. Ex quo fluit relligiosus, moralis, et politicus rerum ordo, officiorum in societate, et debitorum series.

Pag. 824, post *lin.* 10, *adde :*

Non omittendi novissimorum *Illuminatorum*, qui quidem ANABAPTISTARUM (*Hist. des Anabaptistes, contenant leur doctrine ... sectes ...* etc. *depuis* 1521 (1700); seu MENNONISTARUM et QUAKERORUM (*Hist. abrégée de l'origine et de la formation de la société dite des Quakers .... leur principe fondamental etc. par* GUILL. PENN. *tr. de l'angl.* 1790), nec non HERNUSTARUM soboles reformata, quasi expurgata haberi possunt, libri (*les Manifestes. — Disc. sur l'union de Dieu et de l'homme, ou l'avénement spirituel du Verbe; son incarnation dans l'homme*), quibus, sublato omni externo cultu, visibilibus sacramentis, omni quod ab homine est, regimine ecclesiastico, etiam Christiano, tandem, ubi ultimus perfectionis gradus adeptus est, ipso Christo homine, ad *internam vocem*, scilicet ipsum Dei verbum mentibus illabens, ad *inspirationem*, *pœnitentiam*, *contemplationem*, *è corde adorationem*, Christianus, sic dicitur, quasi corporis expers, unicè revocatur. Spiritualismum istum expositum et refutatum vide in opere cui titulus : *Du Christianisme et de son culte, contre une fausse spiritualité* : par CH.*** (ASSANI, mort depuis peu); 1802, an X.

SUPPLEMENTUM. *Pag.* 827, *lin.* 6, τῆς; lege : τῆς. — *Lin.* 17, TSCAK; lege : TSCHAK.

Pag. 828, *lin.* 4, quinti; *lege :* quini.

Suprà, pag. 871, *not.* 2, *lin.* 2, *adde :*

De itineribus loquens jussu regis in *Africâ*, observationum causâ, conficiendis, « Si « j'en crois les gens de ce pays, » inquit D. LIRONCOURT (*Lettres sur Constantinople, par. M. l'abbé Sevin* . . . etc. [1802]; *Lettre de M.* DELIRONCOURT, *écrite du Caire, au comte de Caylus, le* 5 *mars*, 1749, *p.* 43, 44, 45, 46, 47), « et gens de

Digitized by Google

« toute espèce, on n'y (in superiori Egypto) voit partout que ruines aussi majestueu-
« ses dans leur genre que les pyramides. Ce sont des palais, des portiques, des
« tours, des monumens, des statues colossales sans nombre, aiguilles, obélisques,
« sphinx, chemins, canaux, labyrinthes ; enfin on pourroit encore retrouver jus-
« qu'aux alignemens de la fameuse Thèbes.....

« L'astronomie d'abord pourroit y (in superioris Egypti itinere) trouver son compte.....
« L'Égypte invite aux observations. On y reprend le fil de celles d'*Hypparque* et de *Ptolo-*
« *mée* à Alexandrie; et quant au Tropique lui-même (*du Cancer*, qui passe à SYENNE
« dans la haute Égypte), on m'a assuré qu'il y a eu une observation faite à *Syenne* par
« un astronome Arabe, en l'an 83 de l'Égire (702 de l'ère ch.). Je fais chercher cette
« observation, et je compte l'avoir..... On m'assure qu'il y a dans les seules ruines
« de Thèbes plus de 3000 inscriptions cophtes, phéniciennes, grecques ; sans parler
« du Cufite..... des hiéroglyphes, sur l'intelligence desquels tant d'inscriptions, en
« quelque manière corollaires et simultanées, pourroient donner quelques lumières. »
Certum *Neoterismi Zodiaci Tentyrani*, vel saltem eum, quo tempore D. LIRONCOURT scribebat, *astronomicum* non reputatum fuisse, argumentum. De observationibus in Africâ factis, et sanè de monumentis astronomicis antiquis aut recentibus ibidem existentibus inquirit peritus et curiosus (*p.* 44, 49) Gallus. *Zodiacum Tentyræ* simul cum *porticibus*, *inscriptionibus* et *observationibus* anni Egyræ 83, imò, præ illam, ei indicassent rerum Egyptiarum gnari, *si tunc astronomicus habitus fuisset* iste *Zodiacus* : secùs autem, si, ut probatum, purè est *talismanicus*.

Idem dicendum de silentio eruditi æquè ac sagacis viatoris, P. SICCARD, qui tamen templi *Tentyræ* mentionem facit (*Nouv. mém. des miss. de la comp. de Jés. dans le Levant. T.* 5 [1725]; PLAN D'UN OUVRAGE SUR L'ÉGYPTE ANCIENNE ET MODERNE, *ch.* 10, *p.* 221-223, *T.* 7 [1729]; DISC. SUR L'ÉGYPTE, *ch.* 7, 8, *p.* 165, 167).

μελέτη τὸ πᾶν. *Industriæ nihil impossibile.*

PERIANDER.

Ma nassibet bedjaï khod kardim	*Nos bona consilia suò loco dedimus,*
Rouzgari darin besar bourdim	*Et bonam vitæ partem huic (operi) impendimus :*
Gar naïaïad begosch raghbat kas	*Si quis ea pronis auribus non admiserit,*
Bar resoulan peiam baschad o bas	*Vates officium fecit, si monuit.*
Ia natzra fieh sal ballah marhemateh	*Tu verò, qui librum hunc inspicis, Dei misericordiam ora*
Aaley almossannaf ve esteghfar le katbeh	*Autori, et criminum remissionem exscriptori (typographo).*
Ve attlab lenafsak men kheir tarid beh	*Ora tibi ipsi quoque bona, quæ desideras,*
Men baad dzak ghafrana le ssahe beh	*Postremò libri possessori divinam gratiam.*

SCHEIKH SAADI, *Goulestan*, ad calc. edit. et interpr. GENTIO (1651), *p.* 530, 531.

Har keh khanad deaa ttamee daram	*Quisquis legit, (ejus) faustæ apprecationis appetens sum ;*
Zankeh man bandeh gouneh garam	*Ex eo quòd ego servus peccator sum.*

SCHEIKH SAADI, *Bostan.* Ms. ad calc.

Tamm alketap beooun almalek alvahhab. *Finitus est liber ope* Regis (Dei), *omnium bonorum datoris.*
GENT. *loc. cit.*

FINIS.

Digitized by Google

AD TRIUM GALLICORUM DIARIORUM EXCERPTA RESPONSUM.*

Si bona est reprehensio, valeat; si mala, transeat.

Censura perit, scriptum manet.

TRES præcipui, in Galliâ, de τοῦ *Oupnek'hat* Tomo I.°, duo, brevi, unus, longo sermone egerunt diariarii.

I.^us^, metaphysicæ cultor et peritus, at materiam propriè solam ubique videns, ad sensum suum, qui non τοῦ *Oupnek'hat*, super primâ rerum causâ, spiritûs et materiæ naturâ, agentibus secundariis, elementis, homine, animâ, corpore etc. Indicum systema aggreditur et exponit.

Vide MONITEUR, 10 *thermid. an* 10 (29 *juill.* 1802), LITTER. ORIENT. *p.* 1270, 1271. Urbano et erudito redactori, D. TOURLET, licet in eo quod rectè *Oupnek'hat* significat, ab illo discrepem, gratias amplissimas.

II.^us^ diariarius, Instituti nationalis, novorum philosophorum, recentium observationum, revolutionis generationis vindex, opus et auctorem acerbè tractat.

DÉCADE PHILOSOPHIQUE, *n.°* 2, *an II*, 1 *trimest.* 20 *vendém.* (12 *octob.* 1802), *Littér. p.* 91-96.

Redactor, D. L. V. satis lepidè, *Alcoranum* mutat in *Homerum*, cujus occasione (non est ergò typographi error) *Iliadis* laudat elegantiam, venustates, lepores, (*les beautés*) [1]: *Duodecim aut quindecim* nova τοῦ *Oupnek'hat* volumina, cùm alterum solummodò (quod prioris sors manet) auctor annunciârit, reformidat (*p.* 96). *Oupnek'hat*ne legit? Si legit, voluit, potuitne intelligere (*p.* 93-94)? Saltem memoriæ lapsu tituli vocem *Indico-pleustæ*, *Indici* (*ad Indias*) *navigatoris*, et litteram R. (*regiæ*) Gallicè non verterit peritus quidem et non timidus excerptor, minimè verò *Orientalis*, nec magis sublimium amans conceptuum; cæterùm difficilium osor, in citatis parùm fidus (*unitas Dei*, pro *unicitate entis; intelligentia, respirationis, halitûs* loco; *circà duo millia annorum*, vice *longè antè duo annorum millia*, etc., *p.* 93-96; *Oupnek'hat*, *p.* 23, 42, 43, *Monit. p. VII*) etc., (absque *fastidiosâ morositate dictum*) quandòque nimis dicax, et subiracundus.

Grates nihilominùs D. L. V. qui, fortè asperiùs carpendo, eâ est indole, levi et amœnæ Galliæ parti ponderosum et inficetum *Oupnek'hat* notum facere non dedignatus.

Prælusit auctor decadarius: nunc ad censuræ finem.

« Environner, inquit (*p.* 96), de tout l'appareil de l'érudition des contes très-in-

---

1 « Sic doctus Maraccius *Alcorani* textum orbi litterario explanavit, versione Latinâ rudi, sed Arabicum « sermonem pressiùs referente. Sic versiones biblicæ interlineares, et ipsa interdùm Vulgata, textum Hebrai- « cum fideliter expressum exhibent. *Oupnek'hat*, *T. I*, MONIT. *p.* 11-111.

« M. ANQUETIL s'étaie de l'exemple des auteurs de la Vulgate, des versions littérales d'*Homere*, etc. « Il nous semble que ces auteurs se sont conformés, nous ne dirons pas au génie, mais à la syntaxe « de la langue dans laquelle ils écrivoient; et certes, la poësie des *Hebreux*, ainsi que les *beautés de* « *l'Iliade*, compteroient moins d'admirateurs parmi ceux qui en jugent sur leur parole, s'ils les « avoient interprétées de cette manière. *Décad. Philos. etc. p.* 92.

Digitized by Google

« férieurs aux *mille et une nuits*, et des raisonnemens qui valent encore moins [1]; s'en « prévaloir pour traiter avec une *morosité dédaigneuse* des écrivains qui ont dit *élo-* « *quemment* des choses *sensées;* en prendre occasion de taxer *d'ignorance* et de *bar-* « *barie* une *génération* qui cherche à s'éclairer, et une *compagnie savante justement* « *honorée dans toute l'Europe;* voilà ce qu'on n'auroit attendu de personne, et ce « qu'a fait M. *Anquetil* dans les notes qui accompagnent sa traduction. »

Indè iræ. Institutúmne affectaret adulator criticus?

« Heureusement il y a lieu de croire qu'elle ne fera pas oublier les *auteurs illustres* « contre lesquels il se déchaîne; qu'on applaudira davantage aux *découvertes de l'Insti-* « *tut national*, qu'à la sagesse *du Pradjapat;* et que, si on continue d'imprimer les « *douze* ou *quinze* volumes de *l'Oupnek'hat*, dont nous sommes encore menacés, de « bons esprits continueront en même temps, et avec plus de succès, de travailler à « la propagation des lumières. »

Partes suas egit strenuus *philosophico-decadarius* : nunc ego meas. Suis asseclis mundi quisquilias, opes, munera, honores, ut lubet, largiatur *Caco-dæmon* (MATTH. IV, 8, 9); paucissimo contentus, humi, ne cadam, jacens, Indorum more, brevissimo, quod superest, vitæ curriculo, nullo vinculo adstrictus, crede, non invideo. Ubi de veritate, morali, hominum jure et commodo, relligione Catholico-Christianâ, cui unicè servio, actum est, agitur, agetur, *populorum*, *generationum*, *principum*, *cœtuum*, *famarum*, *nominum* rationem nunquàm habui, numquàm, Deo juvante, salvâ semper debitâ cuique reverentiâ, etiam laude, sum habiturus.

Dicteriis, si placet, me aggrediantur lacessiti : quanquàm reverâ conqueror, tantùm, non malignè carpo; in me nulla invidia, nullum insectandi studium. Si facta ipsa arguunt, objurgant, cum eis, non cum referente litigium. Prodeant *illustres illi auctores*, *qui res sanas eleganti sermone* tradiderunt: videlicet, *S. Roch et S. Thomas*, *Satyre par* ANDRIEU, de l'Institut national (1802), *Mémoire en faveur de Dieu*, *par de l'Ile* DESALLES, *de l'Institut national* (1802); *Præmium ab* INSTITUTO propositum (20 vendém. an, 11, 12 octob. 1802), SUJET DU PRIX D'ANALYSE DES SENSATIONS ET DES IDÉES; *Déterminer* (more *Condiliaco*) *comment on doit décomposer la faculté de penser*, *et quelles sont les facultés élémentaires qu'on doit y reconnoître* (*merces*, *circà* 1700 #); *Rapport du physique et du moral de l'homme*, par CABANIS, de l'Institut national (1802), etc. Mira moralis, relligionis, veræ philosophiæ fulcimenta; materiam seu pulveris acervos, cogitationum causas et elementa esse docere!

Generatio quæ, destructo relligioso cultu, avulsâ cognitionum radice, fontibus exsiccatis, ruderibus lanceâ, cui pileus libertatis impositus, infixâ, faces omnes extin-

---

1. Mirum quòusque mentes et ingenia deprimat, et angustet humile et arctum novorum philosophorum systema, qui quidem extrà, suprà sensus, affectus, materiam, nihil verum aut gratum, nihil sublime reputant; nihil, nisi quod ex his, si non spuriis, saltem abjectis fontibus ortum, in naturâ, hominis cogitatione dignum arbitrantur : animam, quàm vituli jecur, perdricis alam, pluris non facere, Volteriano de grege Gallum Indicum se dicere, magnus sanè ingenii nisus! Quæ non intelligunt homulli isti despiciant, licet. Vulpis uvam

Quam tangere non potuit, discedens ait :
Nondùm matura est; nolo acerbam sumere. PHÆDR. *lib.* IV, 3.

In rebus litterariis, ut et politicis, tædium, fastidium, operis neglectum, derelictionem parit animi debilitas, tarditas : quod quidem minoris studii, contemptionis è rei naturâ, aut ingenio philosophico, ortæ, sibi ipsis placendi, gratulandi causâ, sorte suâ qualitercunque contenti, nomine insigniunt.

Communior, at prava et nocentissima, in rebus, indoles, ingenii forma.

Digitized by Google

guendo, orbis historiæ scientiarum primordia anno 1790 affligendo, *lumen* sibi CREARE contendit; quæque, vagis excursibus fessa, è lapsu in lapsum, à REGENTE MAGNO, exquisito judicio, virili ac præsenti animo, senili sapientiâ ac prudentiâ prædito, quæcunque sit ejus potestatis origo, quicunque ejus tentamentorum, operationum scopus et modus, ad derelictam saniorem mentem redire coacta est.

Pari modo, nisi summo ac vigilanti imperio, in novis collegiis, scholis, relligionis et moralis officia ordinet ipse ac præcipiat primus Consul, semper reluctantibus, machinantibus pravis et mulierariis magistris, nuptis presbyteris (*Journ. des défens. de la patr.* 24 *brum. an* 11 [15 *nov.* 1802], *p.* 3), nullus, è restituto cultu, fructus emerget.

Enim verò prænotatam generationem *ignaram* vocare nefandum; læsæ majestatis crimen, *barbaram* eam nuncupare, quæ, optimo rege trucidato, Parisiis, 30, 40, 60 damnatos, indemnatos, ficto scelere, etiam nomine, quasi spectaculum edens, ad patibulum (*la guillotine*) catervatim agebat; quæ *Nannette*, homines et mulieres, nudo corpore simul ligatos, matrimonia ludens, in naviculas, valvulis mobilibus armatas, detrusos submergebat, in *Avenionensi* crymothecâ ingestos *suffocabat!*

De *Instituto* nationali sat dictum : doctos qui in eo sunt, et certè admodùm paucos, modò *Galvanismo* et *Vaccinismo* se abstineant, testari audeo : nihil 144 litteratorum junctione dignum, hucusquè ex illâ societate prodiit.

Bona verba, quæso, doctor *decadarie;* quasdam velim observationes ausculta.

1.° Lege, si lubet, attentè ENNII *fragmenta* (edit. HESSELIO et WESTENIO; 1707), PLAUTUM ac TERENTIUM : et τοῦ OUPNEK'HAT versionis latinæ anomalias, ellenismos minùs indignè feres : quemadmodùm Persicè et Samscreticè scientem, propriorum nominum è Persico principis DARA SCHAKO, Indo-Mogolis, erudito, et *Benarès Pandetan*, *Brahmenan*, quasi dictantibus scribentis, sumptorum, varia, et fortè minùs accurata ore *Gallico* (quid esset *Anglico*, singulari vocalium emissione, toti Europæ extraneâ?) data, non terrebit pronunciatio, orthographia.

P. PAULINUS, qui *Cochineam*, eruditus *Wilkins*[1], qui *Patnaïcam* aut *Benaresicam* tantam habent et sapiunt vocum Samskreticarum emissionem (oris *Malabarensi* et *Coromandelensi*, *Veda*, *Vedom*, *Vischnou;* in *Bengala*, *Beid*, *Beschn* etc; ut in Europâ *Græcus*, *Latinus*, *Hebraicus* sermo, pro linguarum viventium naturâ, populorum gutture, palato, diversè profertur); nec quidquam Persicè nôrunt, fortè ut erroneam quam adhibui verborum prolationem arguere non dubitabunt. At si D. HALHED, linguæ Persiæ perito, D. BOUGTHON ROUSE τοῦ *Oupnek'hat* exemplarium (*suprà*, *T.* 1, *Monit. p. VI*, *VII*, *not.* 2) copia facta est, isque illius operis qualemcunque versionem (quæque ut brevi cum lucido commentario *latinè* publici juris fiat, vehementer opto) in musæo Brittannico asservatam elaboravit : tùm si propria nomina in MENU *institutis*, Anglicâ linguâ Bengalæ, à celeb. JONES redditis, pauco numero sparsa, cum meâ translatione conferre haud dedignetur, consonantium solummodò, ut in *Persico* (ubi *a* in Indiâ, *e* in Persiâ effertur, etc.), *Arabico*, *Syriaco*, ratione habitâ, operis quantùm potis erat, nitorem, saltem rerum facilè

1. « I am concerned, inquit D. SAMUEL HENLEY, F. R. S. rector of Rendlesham, in Suffolk (*Epist.* « *ad summum Orientalistam* D. DE SACY, *octob.* 1802), to find that in the late publication of *Anque-* « *til Duperron* there should be so many errors as to the orthography of the proper names, which M. « *Wilkins* informs me are almost every-where mistaken. We have in the *British Museum* an admi- « rable translation of it by M. *Halhed* (fato functum dicunt), which I hope will be published. »
Primus Anglorum litteratorum bellici tympani ictus : si valent, *res* post *nomina*.

Digitized by Google

deprehendet substantiam : quò unicè, Romanam *infallibilitatem*, *inerrantiam* non intendens, collineavi.

Opus imperfectum supplet perfectius, quod, priore deficiente, non fuisset editum. Huic ergò (imperfecto) incœpti gloria, si qua est, et primum debetur emolumentum. (Britannicum Indiæ Imperium Du Pleix creavit) : sic sensim è puteo exit alma veritas.

2.° Europæis moralem Indiam, in opere philosophico patefaciens, Indis moralem Europam debui patefacere : *moralior* fiat, *moraliorem* describam. È mutuâ collatione, collisione, ut ignis è caute, veritas adsilit, et recta quandòque rerum exsurgit ordinatio.

Qui ex omnibus theogoniis, cosmogoniis, castrata, redactoris more, excerpta eduxerit, *ridiculum* at non verum *ucri*, eum *miscere* facilè agnoscetur.

3.° Si sola celebritas, quoquo modo parta, si famosa hominum coagmentatio, sapientis et probatæ censuræ telis facit impervium, Græcorum, Latinorum, Barbarorum scripta moralia, Æsopi et Phedri fabulas, Horatii, Juvenalis, Persii, Desbeaux satyras, quibus nihil aliud quæritur,

Quàm corrigatur error ut mortalium,
Acuatque sese diligens industria; Phedr. *lib.* 2, *Prol.* 3.

cuncta hæc unâ liturâ expungendum, delendum est.

In litterariâ, ut in politicâ republicâ, qui primas tenent, larvam induunt, quæ nisi audaci et forti manu, etiam facie, si necesse est, laceratâ, detrahatur, quis sit verus actoris vultus nunquàm cognoscetur.

4.° Meum cum *Instituto*, cum novis *philosophis*, *illustribus* sæculi, generis humani *illuminatoribus* (*éclaireurs*), cum *revolutionis generatione*, progenie (cujus turpitudo, substitutâ atroci falsæ relligionis zelo, furibundâ, ignarâ, crassâ impietate, omninò *anabaptisticâ* [1], portentum, monstrum, commentum videbitur) bellum, in spisso ferè 900 pag. *in*-4.° latino (et quis nunc Parisiis, in Galliâ, latinè legit ?) latebat reconditum, demersum : illud è tenebris eruit, duobus aut tribus *libellorum publicorum* millibus *gallicè* promulgat imprudens diariarius. Indè duo inexpectata (crederes, de industriâ) : libri desiderium excitat, in impugnatos, si non prostratos, invidiæ dentem acuit, mordacem risum movet : me, et *illustrium* olim directorem, posteà quasi sepultum, magnis nunc odiis facit innotescere, clarescere ; simul et *Instituto*, *muneribus*, *pensionibus* immunem absolutè reddit et liberum. Grates ex animo.

Epicureo-Materialistas, qui à quinquaginta et ampliùs annis *spiritualitas* conspuunt, *fastidiosâ morositate* insectando, par pari retuli. *Responde stulto juxtà stultitiam suam*, inquit Salomo (Proverb. XXVI, 5), *ne sibi sapiens esse videatur.*

Utinam Prophetæ effato eventus respondeat!

Imple facies eorum ignominiâ, et quærent nomen tuum, Domine. Ps. LXXXII.

In III.° diario, excerpti auctor, recto judicio, profundo, acri et miti ingenio vir, bonum, raro malum refert ; utrumque æquâ lance ponderat ; ergà opus et editorem pariter benevolus, et doctâ, accuratâ τοῦ *Oupnek'hat* synopsi, verâ apologiâ, præsentes et futuras detrectatorum objectiones refellit, linguam et sermones retundit.

---

1. *Histoire des Anabaptistes, conten. leur doctrine, les divers. opin. qui les divis., les troubl. qu'ils ont causés etc., depuis* 1521 (1700), *p.* 61-192-205.

Digitized by Google

Indè farraginis insolitæ compositori, novarum elucidationum, tomo 4.° publici juris facto, spes exsurgit; indè novarum in *Oupnek'hat*, in Indicum systema, re, ut apprimè fecit sagax et peritus senator LANJUINAIS, *penitiùs* consideratâ, lætanti et grato animo se offert, in posterùm, amicarum et solidarum, inter sinceros veritatis amatores, etiam in quibusdam dissentiendo, series discussionum [1].

Vide MAGASIN ENCYCLOPÉDIQUE, *n.°* 10, *vendém. an* 11, *T. III*, 8 *an.* LITTER. ORIENT. OUPNEK'HAT etc. *pag.* 172-200; *n.°* 11, *brum. p.* 312-340. Datâ (*lib. cit. vendém. p.* 174, *brum. p.* 336-339) editoris verâ effigie, eum à molestâ mundanorum, politicorum, etiam proborum, relligiosorum, propinquorum, qui subausterum ad commodiorem morem suum adducere tentant, insectatione liberavit benignus Senator: doctum ac haud sperandum *reῦ Oupnek'hat* defensorem, inexpectatum et strenuum vindicem (*Vindem. p.* 176) [1], ad cognitionum, præsertim Orientalium incrementum sospitem servare dignetur, proborum altor et fautor, Deus, supremus rerum arbiter!

Parisiis, 16 novemb. 1802.

---

1. « Une des questions d'histoire, inquit D. *Lanjuinais* (*Magas. encyclop. brum. p.* 334, 335), les « plus intéressantes, est, sans doute, celle de l'antiquité du monde. Sans avoir encore vu le *Voyage* « *en Égypte*, par le cit. DENON, ouvrage qui paroît en ce moment, le C. A. D. P. apporte « un contingent honorable de recherches et de réflexions (*Cid. T. I, p.* 700-702) contre l'argument « tiré des fameux *Zodiaques* de *Denderah*: mais l'écrivain qui jusqu'à présent a recueilli le plus « de faits et de raisons pour l'opinion commune de la nouveauté du monde, est le C. LE COZ, arche- « vêque de Besançon (ancien évêque constitutionnel de Rennes), dans son livre intitulé: *Défense de* « *la Révélation chrétienne* (*et Preuves de la Divinité de J. C.*), *ou Lettre sur le Mémoire en fa-* « *veur de Dieu*, *in*-8.° *Paris* 1802. »

Vesuntiani Præsulis propositum laudo, non autem argumentandi modum.

1.° Ad novorum philosophorum genua, pedes, archiepiscopum se provolventem oculo mœrenti aspicio.

2.° È *Diluvio* præcipuè *Zodiacorum* falsitatem concludit D. LE COZ (*lib. cit. p.* 229): et hoc ipsum est, propter cujus veritatem evertendam *astronomicos* et antiquissimos *Zodiacos* effingunt recentes *increduli*. Insuper solida è lapide ædificia, aquarum 150 diebus stagnantium (GENES. VII, 24), quarumque inundatio, generis humani scelerum pœna (*ibid.* VI, 7), *delevit* tantummodò *omnem substantiam*, *quæ erat super terram*, *ab homine usque ad pecus*, *tam reptile*, *quàm volucres cœli* (*ibid.* VII, 23); aquarum, inquam, actioni, æquè ac *ramum olivæ*, *virentibus foliis*, quem *portans in ore suo*, undis effluxis, ad arcam columba reversa est (*ibid.* §. VIII, 11), resistere non potuisse, foret probandum.

3. Verùm, quidquid sit, hoc effatum libenter non audiet auris Christiana: « Je l'avoue en général, « ait D. LE COZ (*lib. cit. p.* 207), la question de l'âge du monde n'est que de curiosité: aucun de « nos systèmes de chronologie ne tient à la foi. »

De curiosité? In re admodùm gravi, vox adminùs absona. Sic sentit sapiens et verè relligiosus LANJUINAIS, cùm (*Magas. encycl. brum p.* 335), de inductione ex *Zodiacis* contrà sacræ et receptæ chronologiæ sententiam loquens: « Un sujet, inquit, aussi important! « Etenim si *merum curiositatis* alimentum est, de ætate mundi quæstio, à 4000, 6000, ad 16 17,000, 100,000 annos, indefinitum, *æternum* tempus, protrahi, salvâ fide, poterit *mundi ætas*: nulla orbis creatio: septem dies (in EPISTOLA AD HEBRAEOS IV, 4, 10, memorati), allegoria: similiter diluvium, historia Abrahæ, egressus, sub Mose, ex Egypto. Sic ruit sacra vetus historia; novum testamentum veteri innixum, ejus auctoritas: indè orta Christiana relligio, quod intendunt impii, infirmatur; quin imò, evertitur.

At præsulem, *revolutionis* æstro percitum (*lib. cit. p.* 250, 258, 259, 263), unâ manu struere, alterâ destruere, nil mirum.

INDEX

Digitized by Google

INDEX SECTIONUM

τ̃ OUPNEK'HAT TΘMI SECUNDI.

Opere absoluto, eoque, compositionis labore mens libera, rebus, quæ in reliquis OUPNEK'HATHA continentur, diutiùs immorari potuit. Indè exsurgit amplior *sectionum* INDEX, qui non modò lectori erudito, et Orientalium opinionum scrutatori, fastidium non pariet, verùm etiam, tutiùs et enucleatiùs ad ipsum libri *textum*, et *observationes*, eum deducet. In viâ obscurâ et difficili, filum longiùs protrahi non potest.

EPISTOLA.

Pag.

Quibus potissimùm disquisitionum objectis se tradere possent docti Indorum Brahmanes, *cum* Calcuttanis *academicis litterario commercio juncti* . . *VII*, *IX*.

Optandum eos, Indorum libros, variis linguis scriptos, Persicâ, *cujus in totâ Asiâ, præsertim Indiâ, usus, tradere, et Europæos inter et seipsos, quod ad res spirituales, eodem idiomate commercium habere* . . . . . *IX*.

Latinæ linguæ, in Europâ, inter diversorum populorum doctos, usûs necessitas. X, XI.

Indorum scientiæ . . . . . *XVI*, not. 1.

7. OUPNEK'HAT NARAIN, ex ATHRBAN BEID (excerptum).

N.° LXXXVII. Naraïn, *Ens unum, anima omnium animantium; ex eo diversa entia prodeunt : ejus descriptio ;* Brahma *est*, Maha diw, Andr, 11 Roudr, 8 Vas (Beschn), Aschnikamar, *annus, natura tota ... ordo creationis.* Brahma, *qualitas creationis;* Maha diw, *destructionis ;* Beschn, *nutriens. Magnum hujus* Oupnek'hat *lectionis meritum* 1

8. OUPNEK'HAT TADIW, è DJEDJR BEID (excerptum). *Id est, lumen, quod omne id est.*

N.° LXXXVIII. Fusa et sublimis essentiæ et attributorum Dei expositio, à Pradjapat *tradita, et ab Indo, litaniæ modo, recitata. Forma totius mundi est, simul et singillatim. Diversæ temporis partes. Ens supremum, demonstrationis expers, suî ipsum dat noscenti cognitionem. Mundus aquæ in* Atmam, *et primùm in aquâ, quæ in* Atmam, *et undè* Haranguerbehah *et* Pradjapat. Bin, *antiquus* Radjah, *primi entis scientiâ præditus.* Antrdjami, Maïa, Brahm 5

N.° LXXXIX. Modus τ̃ Korban Sarb [mideh] *est, quod maximum τῶν Korbanha est. Omnia, omnes mundos in ignem, id est, in vim, potentiam τ̃* Brahm, *quod maximum* Korban *est, projicere.* Bram diw 10

Digitized by Google

9. OUPNEK'HAT ATHRBSAR, ex ATHRBAN BEID (exceptum); *id est, caput (principale) libri* ATHRBAN BEID.

Pag.

N.° XC. Præstans τ̃ Roudr, *seu* Maha diw, *ab ipsomet pronunciatum encomium, omnes ejus qualitates, scilicet summi et unici entis naturam, proprietates, operationes, exhibens; tùm à* Fereschtehha, *in litaniæ formâ, fusè et prolixè pronunciatum.* Brahma, Brahm *est, homo et non homo. Tres ignes. Mensura* Kaïtri. Parbati, *mulier* τ̃ Roudr, *ejus forma, qualitates.* Nabaïk, *quid. Septem* τ̃ Behescht *tabulata. Octo* Kreh. Pran. Djam, *rex mortis, judex defunctorum.* 12

N.° XCI. Brahmen. *Quarè ens unicum multiplex appareat.* Maïa, Aoudia, *quid.* Eidjad, Abka, Afna. *Auxilium efficax ad bona opera à summo Ente datum. Aqua vitæ. Non scientia, magnus inimicus.* Pranou, *nomen Entis. Tria* Matraï, Nim Matraï τ̃ Pranou. Deïoutaha. Sarbbiabi, Anant, Tar, Soutschhem, Schokhl, Badat, Bark, Tadat, Pra Brahm, *quid* 17

N.° XCII. Brahmen. *In explicationem* τ̃ Pranou. *Undè* Pranou, *nomen* Oum, *dictum : epithetorum præcedentium et aliorum specialis et longior explicatio. Qualitates* Radj, Tam, Satguen. Isan, Bhagwan, Metsir, Diw, *quid? sensus ad primi entis cognitionem impares. Patientia et tolerantia homini præscriptæ.* Tẽ *Saniasi cinis, quid.* Bhout Akasch. Bratha, Kaïtri, *mensuræ.* Sandhaha . . 20

10. OUPNEK'HAT HENSNAD, ex ATHRBAN BEID (excerptum).

N.° XCIII. Goutam, *rek'heschir*, Sant, Sadjat, *antiqui, primi unificationis assertores, precones.* Parbati *à* Maha diw *erudita.* Hens, *halitus* Pram Hens, *cui ejus expositio tradenda; quâ ratione ejus cognitio acquiratur; in omnibus animantibus est.* Brahmtschari, *quisnam.* Mantr, Hens Hens, *unificationis prolatio.* 27

N.° XCIV. Brahmen. *Practicus spiritualis, gaudium æternum afferentis, halitûs, aspirationis modus.* Apan, *ventus;* Pran. Tschekr *quid, quot.* Anahed. Adjpa. *Aspiratio et respiratio,* — 15.'' Hens, Pram Hens, *quid.* Djiw âtma. *Octo folia* Nilouferi; *cordis* Nilouferi. *Juxtà istius cordis folia quæ cor naturale respicit, diversæ ejus affectiones.* Akni, Nirat, Baïp, Ischan, Schali, Sak'hepat, Teria, Nad, Djiw âtma, Pram âtma, Pram Brahm, Anahed Schabd, Sanklap, Baklap, Pan, Pap, Sàdaschou. Tẽ Nad, *soni, decem species: cujusque, cùm auditur, in corpore, in toto homine effectus.* Tschen, Kantha, Schank'heh, Bin, Tal, Pak'haoudj, Bans, dda dda ddha : Selouk. . . . 28

11. OUPNEK'HAT SARBSAR, è RAK BEID (excerptum).

N.° XCV. Cognitio, ad obtinendum Atma, *vera via; antiqui Patriarchæ viam istam secuti. Ignis, sol, ventus, prima cultûs idololatrici objecta; tùm, animantia, homo, vegetabilia, res terræ.* Akt *quid?* Maschghouli τοῖς Mokelan τ̃ *extrà; alius, interioris corporis. Omne ex, cum alimento : edens et estum.* 35

Digitized by Google

Pag.

N.° XCVI. Explicatio productionis aquæ genitalis (spermatis). Pradjapat. Prani. *Quomodò entia, etiam spiritualia, unum alterius semen sunt genitale.* . . . 39

N.° XCVII. Expositio τῦ *venire* τὸν Pran *in corpus; à pede, ad cerebrum : undè diversarum corporis partium, capitis, nomen; quatuor sensus et cor; cogitans, in capite.* Sarkeratschheh rek'heschir. *Calor naturalis.* Brahm *in calore stomachi, et in corde.* 39

N.° XCVIII. Disputatio sensuum cum uno alterius (super magnitudine suâ). Scherir, *quid. Peccata, interiores hominis inimici.* Tῦ Pran *supereminentia; undè diversa ejus nomina,* Akt, Prabat Saïm, Aheh, Apan. 41

N.° XCIX. Brahmen. Mokelan *extrà (corpus), et* Mokelan *intrà,* τῦ Pran *(halitûs) natura, attributa, qualitates, operationes, sensus; ex his, filii, diversæ mundi partes, astra, elementa.* Harnden, Rek'heschir. Sati, Trabrat *quid.* Sat, t, i, *significatio. Mensura* Brahti, *ejus lectionis meritum; in eâ omnes mensuræ.* Tschehend, *quid.* Dabrik tsema, Rek'heschir. *Quidquid è patre, ex filio; et vicissim.* Mehdas *antiquus doctor. Sensuum, eorum* Mokelan, *ac* τῦ Pran *explicator et præco.* P'hou P'hou, *sonus quem halitus exeundo edit.* Porsch. *Vita hominis centum annorum.* Ssad ratsch, Bad, Garsch, Mad, Gardesnad, Bam, Bam diw, Atr, Bhardouadj, Schascht, Prakasch, Madbani, Tschhoudr Soukt Maha Soukt, Soukt, Rak, Arohedah, Pad, Atschher, τῦ Pran *nomina.* Korban Mahabarat. Beschwamther, Rek'heschir, *tempore* τῦ Mahabarat. *Somreh* annus, 360 dierum. Akt. Bhout âkasch. *In naturâ, quid edulium, quid edens? Animalia quædam dentes deorsùm non habent.* Atma *in omni. In quo homo vegetabilibus et aliis animantibus perfectior, ab iis distinguatur; in eo quinque res.* Tῦ Pran *quinque divisiones* : sicut et τῦ Djak *seu* Korban; *scilicet,* Aguen houtr, Darschen pouran mas, Tschatr mas, Pas, Sarm . . 42

N.° C. [Adhiaï *quartum.*] Brahmen. Atma, *initio, antè omnia solus et unicus, mundos producere vult, illos producit et eorum custodes.* Anbheteh, Marikh, Mar, Ap, Loupalan, *quid. Primæ figuræ animalis, ex aquâ prodeuntis, ejus membrorum, partium, simul et sensuum indè ortorum, et elementorum, astrorum eis accommodatorum, creatio. Figuræ, bovis, equi, hominis, præsentes effectæ; in istam hominis figuram sensuum et eorum* Mokelan *ingressus. Fames et sitis illorum* Mokelan. *Persona, hominis ab* Apan, *qui* Pran, *alimentum capit : è viâ pedis* Pran, *in eam intrat. Sensuum, in corpore sedes, actionis locus. Viâ cerebri* âtma, *corpus ingreditur.* Pedrat, Mendan, *quid.* 57

N.° CI. Via τῦ *intrare sensus, qui cum (in) loco famulorum sunt, alia est : et via* τῦ *ingredi* âtma *in corpus, cerebrum (est). Tres* Aousthaï, *corporis, domus* τῦ âtma. Djiw âtma, âtma, *undè dictus.* Tsched âkasch, Avandr, *quid. Omnia, in corpore,* Brahm *ipse.* Fereschtehha, *enigmaticè loquuntur* . . . 62

N.° CII. Adhiaï *decimum* (10). Brahmen. *Fetûs productio, in dorso patris. Triplex hominis nativitas. Patris, matris, pueri, concordiæ, mutuæ benevolentiæ, causa, ratio* 63

Digitized by Google

Pag.

N.° CIII. Et in alio loco τῦ *mantr* τῦ *Beid conforme huic (expositioni) est, quòd :* Bam diw. *Morte, vera hominis liberatio.* 65

N.° CIV. Adhiaï *undecimum* (11). Atma, *inter sensus etc. in corpore, quisnam. Sensationes per* âtma, djiw âtma, *exercentur. Ejus nomina,* Hardi, Kian etc. Atma *cuncta entia, ipse* Brahma, Brahm, *omnia producens, movens est* . . 65

N.° CV. Deaaï (*votum*), *quòd, in tempore* τῦ *incœptum et absolutum esse hoc* Oupnek'hat, *oportet pronunciare, ... hoc est : cordis et loquelæ jussa concordia* . 67

12. OUPNEK'HAT KOK'HENK, è Rak Beid (excerptum).

N.° CVI. Tschetr, Brahmani. Arn, Rek'heschir; Sopatkit, *ejus filius. Boni operis, intuitu mercedis facti, præmium primò, lunæ mundi habitatio, deindè pœna* Djehennam, *metamorphosis. Lunæ cursu, anni sex tempestates cognitæ. Mensis (medietas) quindecim temporum, dierum.* Diwdjan, *via* τῦ Selouk, *veræ liberationis. Mundorum superiorum ordo.* Brahma, *idem ac* Djibril (Gabriel). *Viæ ad supremum felicitatis locum, nempè sedem* τῦ Brahma, *ducentis, rerum, agentium quæ in eo reperiuntur, fusa et amœna descriptio.* Aousch, Behra, Al, Sabeh, Apradjat, Nahatschhen, Antatschar, Mansi, *quidnam. Mare vitiorum ;* τῦ *in illud cadere, eo submergi, periculum et causa : aliud mare primam juventutem reddens. Beati opera ad amicos aut inimicos redeuntia. Beatus, ad thronum* τῦ Brahma *pergens, quisnam in viâ efficiatur. Hujus throni descriptio. Beati cum* Brahma *colloquium.* Sati *quid. Quare* Brahma *homo, femina et neutrum dictus.* Tῦ Lingam *origo.* Tῦ Brahma *facultates, operum causæ* ... Haranguerbehah. *Homo* Brahma factus 68

N.° CVII. [Brahmen.] Belank, rek'heschir. *Quomodò* τῷ Pran, *qui* Brahm *est, sensus subserviant etc.* 77

N.° CVIII. Expositio modi resignationis (fiduciæ in Deum) et affectatæ nolitionis (renitentiæ) ; quòd : perfectæ abnegationis præmium, effectus. Betak, rek'heschir τῦ Prani, *qui forma* τῦ Brahm *est, ad sensus ratio. Elementorum, astrorum, meteororum, humani corporis sensuum vis et actio undè ; cùm cessant, in quod intrat.* Maschghouli τοῖς Mokelan ; *alius,* τῷ *corpori.* Hamatschel, *mons septentrionalis ;* Band, *mons meridionalis. Sensuum* τῦ Pran *super magnitudine disceptatio. Morbo ingravescente præscriptæ Indo ceremoniæ ; facultates, tùm corporales, tùm spirituales, cum bonis, opibus, in filium, qui ea accipit, transfert homo vitam relinquens ; quiquidem, si valetudinem recuperat, in eadem voluntariâ paupertate manere, vel* τῦ Saniasi *statum eligere tenetur.* Partroun, Radjah, *ab* Andr, *qui forma veritatis,* τὸ *benè hominis edoctus.* Diwdas, Radjah τῦ Benarès. Djeni, *trium capitum, ab* Andr *occisus. Maxima facinora, cognitione Dei quasi deleta ; nempè cum eâ consistere nequeunt.* Tῦ Pran *magnitudo. Per eum sensus agunt. In* τῦ sak'hepat, *et hominis, mortis tempore, mentis, sui haud compotis, statu, sensus in* Pran *ingressi : omnia elementa in* Pran *deleta. Scientiæ ope agunt sensus ac eorum organa, ut et intellectus,* τῷ Pran, *qui iis in-*

Digitized by Google

Pag.

sidet, ejusdem scientiæ comite, quam, solum, verum nempè sensuum actionum principium, homo debet in mente habere, velle. Decem partes scientiæ, decem sensus. Atma, Djiw âtma. *Prædestinatio et reprobatio Indica.* 77

N.° CIX. Historia directionis (institutionis, præceptorum) τȣ̃ Adjat schetr (Djedaschter), *cum (ergà)* Darpat Palak : *quod forma historiæ* τȣ̃ Oupnek'hat Brehdarang *memorati est.* Zinardari. Kark. Tȣ̃ *âtma cognitione* Andr τȣ̀ς Djenian *vincit, profligat, et* τῶν Fereschtah *imperium obtinet* 93

13. OUPNEK'HAT SATASTER, è Djedir Beid (excerptum).

N.° CX. Octo de rerum universitatis causâ, ortum, vitam, actum dante, τȣ̃ Oupnek'hat *sæculo, opiniones. Tempus, quasi primum entium principium;* Haranguerbehah ... Djiw âtma, τῷ Atma, Brahm, *utpotè è productis,* Atma *operante, voluptatem sumens, inferior, nec proindè ipse productor.* Maïa, *è* 50 *rebus constans.* Bramtschekr, *quid. In eo* 48 *res. Octo* Vas. *Octo* Sadeh : Anma, Mehma, Lak'hema, Krma, Prapat, Prakrami, Aïescht, Schapt. *Quinque sensus, elementa,* Pran, *status hominis, divisiones* τῆς Aoudia. 50 *litterræ* Samskreticæ. Pram âtma. Djiw âtma, Maïa *et mundus, in* Brahm *deleti.* Akrta. Santaster, *doctor.* Brahm *in omni absconditus.* Sank, Rek'heschir. Maschghouli τῷ Brahm, *duo modi.* Marbee, *quid. Locus* τȣ̃ Maschghouli. *Quâ formâ* τȣ̃ Salek *cordi* Brahm, *in* Maschghouli, *se ostendat. In* Selouk *octo (sex) res.* Deharna, *pars* τȣ̃ Selouk, *quid.* Roudr, *unicus; ejus, ut primi, summi Entis attributa, operationes : omnia tùm producit, tùm destruit;* Kilas, *ejus sedes.* Sankra Tscharedj, *doctor.* Anand sroup, *quid. Corpus hominis, urbs novem portas habens.* Hens. Teria, Lahout. Bran. *Primum Ens, femina et homo; ipsum in errorem hominem inducit.* Maïa, *æternus, primi entis volitio. Duæ aves in arbore; altera fructum ejus, scilicet operum mercedis voluptatem sumens; altera non sumens.* Tsched âkaschi. Mehtsir. *Duo* Djiw âtma, *doctus et non doctus.* Kapl. Kiani. Maha âtma. Djiw âtma *in omnibus creaturis, animantibus juxtà entis mensuram; nec femina, nec homo, nec neuter* 94

N.° CXI. [Adhiaï *sextum.*]. *Mundus nec per seipsum productus, nec tempus. Ens supremum ejus causa et motor. Octo (sex) modi* τȣ̃ Djog. *Perfectionis, liberationis acquirendæ ratio.* Akla, *quid. Ductus, seu gratia efficax à Deo. Sex res, à primo ente, quod homo in seipso sciens, æternitatem assequitur. Ens supremum nec producit, nec producitur; araneæ instar, è se educit; primum,* τὸν Brahma. τȣ̃ Sanias *quatuor modi.* Pram hens, *quid* 121

14. OUPNEK'HAT PORSCH, ex Athrban Beid (desumptum); *id est, in hoc Oupnek'hat quæstio et responsum multum est.*

N.° CXII. Soukba, Bhardouadj, Satkam, Sourdjabli, Koslbeid, Ati, Khindi, Pilad, Rek'heschiran. *Unius anni jejunium. Rursùs de mundi creatione. Peractâ*

Digitized by Google

Pag.

